VII. IDUS FEBR. — In Britanniis, civitate Augusta, natalis sancti Angulii [c] episcopi et martiris. Eodem die, Moysetis episcopi et confessoris. Hierapoli, Apollinaris [d] episcopi, viri eruditissimi. Ipso die, sancte Helene regine.

VI. IDUS FEBR. — Apud Armeniam minorem, natalis sanctorum Dyonisii, Emiliani et Sebastiani. Alexandrie, sancte Chointe martiris. Cordube, beati Salomonis martiris.

V. IDUS FEBR. — Alexandrie, natalis sancte Apollonie virginis et martiris. In Ponto, sancti Athenodori episcopi et confessoris. Suevo apud Cyprum, sanctorum Ammonis et Alexandri. Eodem die, in Mosomensi cenobio, natalis sancti Victoris, ejusdem loci martiris.

IIII. IDUS FEBR. — Rome, natalis sanctorum martyrum Zotici, Hire[13]nei, Jacincti et Amantii. Item Rome, via Lavicana, militum decem. Eodem die, in Oriente, sancte Sotheris virginis et martiris. Apud castrum Casinum, sancte S[c]olastice virginis. Sanctonas, sancti Trojani episcopi et confessoris.

III. IDUS FEBR. — Lugduno Gallie, natalis sancti Desiderii episcopi et confessoris. Eodem die, castro Nathonense, sancti Severini abbatis monasterii Agaunensis. Alexandrie, Eufrasie virginis.

II° IDUS FEBR. — In Hispaniis, natalis sancte Eulalie virginis et martiris. In Affrica, sanctorum martirum Saturnini presbiteri, Dativi, Felicis, Apelii et sociorum ejus. Apud Alexandriam, Modesti et Ammonii, infantum et martirum. In Affrica, passio sancti Damiani militis.

IDUS FEBR. — Apud Antiochiam, natalis Agabi prophete. In Militana civitate Armenie, passio sancti Poliocti martiris. Andegavis, sancti Licinii episcopi et confessoris.

XVI. KAL. MARC. — Rome, natalis sancti Valentini pres-

a. *Ms.* innunera. — b. *D'abord* Cathesium. — c. *Lire* Auguli. — d. *Ms.* Apolimaris.

byteri et martiris. Eodem die, sancti Valentini Interamnensis episcopi et martyris. Item Rome, sanctorum martirum Vitalis, Felicule et Zenonis. Apud Alexandriam, sanctorum martirum Bassi, Amonii, Protolici ; item Cyrionis presbyteri, Moyseos, Bassiani lectoris, Agathonis exorciste : qui omnes igne combusti sunt ; item Dionisii et Ammonii decollatorum.

XV. Kal. Marcii. — Rome, natalis sancti Crathonis martiris, cum uxore et omni domo sua. Apud Sebasten civitatem, passio sancti Blavii episcopi et martiris, cum duobus pueris et septem feminis. Civitate Brixa, sanctorum martirum [v°] Faustini et Jobite virginis. In Gallia, civitate Vasionensi, depositio sancti Quinidii episcopi et confessoris. Interamnis, sancte Agapes virginis ; et depositio sancti Silvini Taruannensis episcopi et confessoris.

XIIII° Kal. Mart. — Natalis sancti Honesimi episcopi et martiris, disciputi beati Pauli apostoli. Civitate Cumis, sancte Juliane virginis et martiris. In Egipto, sancti Juliani martiris, cum aliis numero quinque milibus.

XIII° Kal. Marc. — In Perside, civitate Babilonia, natale beati Polochromii episcopi et martiris. Apud urbem Concordiam, sanctorum martirum Donati, Secundiani, Romuli, cum aliis octoginta sex. In Scocia, sancti Fintani episcopi et confessoris.

XII. Kal. Marc. — Hierosolimis, beati Symeonis episcopi et martiris. Civitate Hostia, natalis sanctorum martirum Maximi, Claudii et uxoris ejus Prepedigne, cum duobus filiis Alexandro et Civa. Apud Alexandriam, depositio sancti Dyonisii episcopi et confessoris.

XI. Kal. Marc. — Rome, natalis sancti Gabinii presbiteri et martiris. In Affrica, sanctorum martirum Publii et Juliani.

X. Kal. Marc. — Apud Alexandriam, sanctorum martirum Juliani, Euni, Macharii, Epimachi, Alexandri, Metrani, Apollonie, Armonarie, Chointe, cum aliis x. Apud Tyrum, natalis sanctorum innumerabilium martirum, quorum nomina Deus scit. In Alemannia, depositio sancti Galli confessoris. Rome, Gaii episcopi.

VIIII. Kal. Mart. — [14] In Sicilia, passio sanctorum martirum septuaginta novem. In Affrica, civitate Adrometo, sanctorum martirum Veroli, Secundini, Servili et aliorum viginti.

VIII. Kal. Mart. — Cathedra sancti Petri apostoli, qua primum sedit apud Antiochiam. Hierapoli, sancti Papie episcopi, discipuli beati Johannis apostoli ; item Aristionis, qui unus fuit de lxx duobus Xpisti discipulis. Alexandrie, sancti Ablii episcopi.

VII. Kal. Marci. — Apud Syrmium, natalis sancti Syneri

monachi et martiris. In eadem urbe, sanctorum martirum sexaginta duorum. Ipso die, sancti Policarpi presbiteri et confessoris, qui inscribitur in passione beati Sebastiani.

VI. Kal. Mart. — Natalis Mathie apostoli. Apud Samariam, prima inventio capitis sancti Johannis Baptiste a duobus monachis. In Cesarea Capadocie, beati Sergii martiris, cujus gesta habentur.

V. Kal. Marc. — In Egipto, natalis sanctorum Victorini, Victoris, Nichofori, Claudiani, Dioscori, Serapionis et Papie, preclarissimorum martirum.

IIII. Kal. Marc. — In civitate Pergen Pamphilie, natalis beati Nestoris episcopi et martiris. Apud Alexandriam, sancti Alexandri ejusdem civitatis episcopi.

III. Kal. Mart. — In Hispaniis, civitate Hispali, depositio beati Leandri episcopi et confessoris. Alexandrie, natalis sanctorum Juliani et Euni martirum. Lugduni, sancti Baldomeris viri Dei.

II. Kal. Marc. — In territorio Lugdunensi, natalis beati Romani abbatis et mona[v°]chi. Eodem die, sanctorum martirum Macharii et Rufini.

Kalendas Marcii. Letanie indicende. — Rome, natalis sanctorum ducentorum sexaginta martirum. Cartagini, sancti Donati martiris. Andegavis, sancti Albini episcopi et confessoris. Apud urbem Antinoum, passio sancti Leonidis martiris. Civitate Massilia, sanctorum Hermetis et Adriani martirum.

VI. Nonas Marcii. — Rome, via Latina, natalis sanctorum Jovini et Basilei martirum. Item Rome, passio plurimorum martirum, quorum nomina Deus scit. In pago Remensi, passio sancte Macre virginis.

V. Non. Marc. — In Hispaniis, apud urbem Calagurrum, natalis sanctorum Emitherii et Cheledonii martirum. Apud Cesaream Palestine, sanctorum martirum Marini militis et Asterii senatoris.

IIII. Non. Marc. — Rome, via Appia, natalis sancti Lucii pape et martiris. Item Rome, via Appia, passio sanctorum nongentorum martirum. Eodem die, sancti Gaii militis martiris. Nichomedie, sancti Adriani martiris, cum aliis viginti tribus.

III. Nonas Marcii. — Apud Antiochiam, passio sancti Foce martiris ; item passio sancti Eusebii, Palatini et aliorum novem martirum.

II. Non. Marc. — Nichomedie, natalis sanctorum Victoris

et Victorini martirum. Toleto civitate, depositio beatissimi Juliani episcopi et confessoris.

NONAS MARC. — In Mauritania, civitate Tuburbitanorum, pas[15]sio sanctarum Perpetue et Felicitatis, et cum eis sanctorum Revocati, Saturnini et Secundoli martirum.

VIII IDUS MARC. — Apud civitatem Antinoum, passio sanctorum martirum Philemonis et Apollonii diaconi. Eodem die, apud eandem urbem, passio sanctorum Arriani, Theotici et aliorum trium. Cartagini, beati Poncii martiris, diaconi sancti Cipriani episcopi.

VII. IDUS MARC. — Apud Missenam civitatem, natalis sancti Gregorii, fratris beati Basilii. In Sebasten Armenie minoris, passio sanctorum quadraginta militum, quorum nomina in passione ipsorum habentur scripta. Civitate Barcinona, sancti Paciani episcopi et confessoris.

VI IDUS MARC. — Apud Apamiam, natalis sanctorum Alexandri et Gaii martirum. Eodem die, in Perside, natalis sanctorum quadraginta duorum martirum. Parisius, depositio beati Droctovei abbatis, discipuli beati Germani episcopi.

V. IDUS MARC. — Apud Alexandriam, natalis sanctorum martirum Philomii episcopi, Candidi, Valerii et aliorum xx^ti^.
Cartagini, sancti Heraclii martiris.

IIII. IDUS MARC. — Rome, natalis sanctorum confessorum pariterque pontificum Gregorii doctoris pii et Innocencii pape. Apud Nichomediam, beati Petri gloriosissimi martiris, super cratem ferream diutissime adusti. Item Nichomedie, natalis sanctorum martirum Egduni presbiteri et aliorum VII^tem^.

III. IDUS MARC. — [v°] Nichomedie, natalis sanctorum martirum Macedonii presbiteri, et Patricie uxoris ejus et filie Modeste. Nicea civitate, passio sanctorum Theusete et Horris filii ejus, Theodore, Nimpodore, Marci et Arabie, qui omnes igni traditi sunt.

II. IDUS MARC. — Rome, passio sanctorum quadraginta et VII^tem^ martirum. Apud Laodiciam, sancti Sagaris episcopi et martiris. In Affrica, sancti Petri martiris.

IDUS MARC. — In Cesarea Cappadocie, passio sancti Longini martiris. Apud Tessalonicam, sancte Matrone [*bis*] martiris.

XVII. KAL. APRIL. — Rome, passio sanctorum Ciriaci diaconi, Largi et Smagrandi, et aliorum xx^ti^ martirum : horum festivitas VI° idus Augusti recolitur.

XVI KAL. APRIL. — In Scothia, sancti Patricii episcopi et confessoris. Alexandrie, natalis sancti Ambrosii, ejusdem eccle-

sie diaconi. Nivigella monasterio, depositio sancte Gertrudis virginis.

XV. Kal. April. — Natalis sancti Alexandri episcopi et martiris, qui episcopus Cappadocie primum, postea Hierosolimorum, ductus Cesaream martirizatus est ad ultimum. Nichomedie, sanctorum martirum Aprilis, Servuli et militum viginti trium.

XIIII. Kal. April. — In Italia, apud urbem Penarensem, natalis beati Johannis abbatis et monachi, magne sanctitatis viri. Eodem die, apud Surrentum, sanctorum martirum Quinti, Quintilli, Quartille et Marci, cum aliis novem. Civitate Brixa, passio sancti Caloceri martiris.

XIII. Kal. April. — In Asia, sancti Archippi, commilitonis beati Pauli. In Syria, passio sanctorum Pauli, Cirilli, Euge[16]nii, cum aliis quatuor. In Britanniis, natalis sancti Chutberti, ecclesie Lindisfarnensis episcopi. Ipso die, sancti Vulfranni confessoris.

XII Kal. April. — In Italia, apud castrum Cassinum, natalis beati Benedicti abbatis et monachi. Alexandrie, beati Serapionis anachorite. In territorio Lugdunensi, apud Laocoense monasterium, sancti Lupicini abbatis.

XI. Kal. April. — In Galliis, civitate Narbona, natalis sancti Pauli episcopi et confessoris, apostolorum discipuli. Apud Corinthum, beati Dyonisii episcopi et confessoris. Civitate Biterris, depositio sancti Afrosidii episcopi et confessoris.

X. Kal. April. — In Affrica, natalis sanctorum martirum Victoriani, Frumencii et alterius Frumentii, et duorum germanorum. Item in Affrica, beati Fidelis martiris. Apud Antiochiam, sancti Theodori presbiteri. Civitate Cesarea, sancti Juliani.

IX Kal. April. — Rome, natalis beati Pigmenii presbiteri et martiris. In Mauritania, sanctorum martirum Romuli et Secundoli fratrum. In Siria, sancti Seleuci. Item in Frigia, sancti Agapiti.

VIII. Kal. April. — Apud Nazareth Galilee, Annunciatio Domini nostri Jhesu Xρisti et passio ipsius. Apud Sirmium, sancti Hyrenei episcopi et martyris. Rome, sancti Cirini martiris. Nichomedie, sancte Dule virginis et martiris. In Antro insula, depositio sancti Hermelandi abbatis.

VII. Kal. April. — Rome, via Lavicana, natalis sancti Castuli martiris. Apud Panthapolim Libie, passio sanctorum Theodori episcopi, Hyrenei diaconi, Serapionis et Ammonii lectorum. In Sirmio, sanctorum Montani presbiteri et Maxime, in ma[v°]ri submersorum.

VI.[a] KAL. APRIL. — Resurrectio Domini nostri Jhesu Xpisti. Apud Smyrnam, beati Trasee episcopi et martiris. In Pannonia, sancti Alexandri martyris. In Egipto, depositio beati Johannis heremite.

V. KAL. APRIL. — In Cesarea Palestine, natalis sanctorum martirum Prisci, Malchi et Alexandri. Tharso Cilicie, Castoris et Dorothei martiris. Apud urbem Cavillonensem, depositio domini Guntranni regis.

IIII KAL. APRIL. — In Affrica, natalis sanctorum confessorum Armogasti, Archinimi et Satiri. Eodem die, depositio beati Eustasii Luxoviensis monasterii [abbatis].

III KAL. APRIL. — Rome, sancti Quirini tribuni et martiris. Thessalonice, passio sanctorum Domni et Victoris. Apud castrum Silvanectensium, depositio sancti Reguli episcopi et confessoris.

II. KAL. APRIL. — Depositio Amos prophete. Rome, via Appia, sancte Balbine virginis. In Affrica, sanctorum Diodoli et Anesi martirum.

KAL. APRILIS. LETANIE INDICENDE. — Rome, passio beatissime Theodore martiris. In Thessalonica, natalis sanctarum[b] virginum Agapis et Cyonie martirum. Eodem die, sancti Venancii episcopi et martiris. In Egipto, passio sanctorum Victoris et Stephani. In Sardinia, beati Meritonis episcopi et confessoris.

IIII. NON. APRIL. — In Gallia, beati Nicecii Lugdunensis episcopi et confessoris. [17] Apud Palestinam, depositio Marie Egiptiace, cujus miri actus leguntur. In Affrica, passio sanctorum Amphiani, Victoris et aliorum quatuordecim.

III. NON. APRIL. — Apud Cesaream Cappadocie, passio sancte Theodosie virginis. In Scithia, civitate Thomis, natalis sanctorum Evagii et Benigni. Apud Taurominium Sicilie, beati Pancracii martiris.

II NON. APRIL. — Mediolani, depositio beatissimi Ambrosii episcopi et confessoris. Apud Hispalim, depositio sancti Ysidori episcopi et confessoris.

NON. APRIL. — In Thessalonica, natalis sancte Hyrenis virginis et martiris. In Egipto, passio sanctorum Marciane, Nichanoris et Apollonii, quorum gesta habentur. Cathalaunis, depositio Arulphi episcopi.

VIII IDUS APRIL. — Rome, natalis sancti Sixti pape et

a. *Du* VI *au* II Kal. April. *les chiffres étaient d'abord en avance d'une unité.* — b. *D'abord* sancte Hyrenis *(voir* Non. April.)

martiris. In Macedonia, sanctorum Thimothei et Diogenis. Trecas, sancti Vuinobaudi presbiteri et confessoris.

VII. Idus April. — In Affrica, passio sanctorum Epiphanii episcopi, Donati et aliorum tredecim. Eodem die, depositio beati Hejesippi historiographi. In Alexandria, sancti Pelusii presbiteri et confessoris.

VI Idus April. — Apud Tholosam, natalis sancti Exuperii episcopi et confessoris.

V. Idus April. — Apud Antiochiam, natalis sancti Prochori [a] diaconi et martiris, unius de vii^{tem} primis. In Syrmio, passio sanctarum martirum septem vir[v°]ginum.

IIII Idus April. — Hiezechielis prophete. Rome, beatorum martirum plurimorum, quos beatus Alexander positus in carcere baptizavit. Alexandrie, passio sancti Apollonii presbiteri et aliorum quinque.

III Idus April. — Rome, natalis Leonis pape, cujus temporibus extitit sancta synodus Calcedonensis. Apud Cretam, urbe Gortina, sancti Philippi episcopi. In Dalmatia, civitate Salona, passio sancti Domionis episcopi, cum militibus octo. Nichomedie, sancti Eustorgii presbiteri.

II Idus April. — Rome, via Aurelia, beati Julii pape. Vapingo oppido, depositio sancti Constantini episcopi et confessoris.

Idus Aprilis. — In Calcedonia, natalis sancte Eufemie virginis et martiris. Apud Pergamum Asie urbem, passio sanctorum Carpi episcopi, Papilii diaconi et Agathonice optime femine, aliarumque multarum, cum quibus eciam Justinus vir eloquentissimus passus est. In Hispania, natalis sancti Herminigildi regis et martiris.

XVIII. Kal. Maii. — Rome, via Appia, natalis sanctorum martirum Tyburcii, Valeriani et Maximi. Interamnis, sancti Proculi martiris. Alexandrie, beati Frontonis abbatis. Item sancte Domne virginis, cum sociis virginibus coronate.

XVII. Kal. Maii. — In Perside, civitate Cordula, passio sanctorum Olimpiadis et Maximi martirum. In Italia, sanctorum martirum Maronis, Euticetis et Victorini. In Reomago cenobio, sancti Silvestri, discipuli sancti Johannis confessoris. [18]

XVI Kal. Maii. — Cesar Auguste, passio sanctorum decem et octo martirum, Quintiliani, Cassiani, Matutini, Publii, Urbani, Marcialis, Fausti, Successi, Felicis, Januarii, Primitivi, Evoti, Ceciliani, Optati, Frontonis, Luperci, Apodomi et Julii. Apud

a. *La première lettre de ce mot a un signe d'abréviation* = Perrochori.

Corinthum, natalis sanctorum Calisti et Carisii, cum aliis septem, omnium in mare mersorum.

XV. Kal. Maii. — In Affrica, natalis sancti Mappalici, qui cum aliis pluribus martirio coronatus est. Antiochie, sanctorum martirum Petri diaconi et Hermonis. Item Cordube, sanctorum martirum Helie presbiteri et Isidori monachorum.

XIIII. Kal. Maii. — Apud Messanam Apulee civitatem, natalis sanctorum martirum Eleutherii episcopi et Anthie matris ejus. Rome, beati Apollinii senatoris et martyris. Apud Cordubam, sancti Perfecti presbiteri et martiris.

XIII. Kal. Maii. — Apud Corinthum, natalis beatissimi Thimonis diaconi et martiris, unius de septem primis. In Armenia, civitate Militana, natalis sanctorum Hermogenis, Gaii, Expediti, Aristonici, Rufi, Galate, una die coronatorum. Apud Septimania, civitate Caucoliberi, natalis sancti Vincencii martiris. Cenobio Laubiis, depositio sancti Ursmari episcopi et confessoris. Rome, natalis beati noni Leonis pape.

XII. Kal. Maii. — Rome, Victoris pape et martiris. Item Rome, sanctorum martirum Sulpicii et Serviliani. Autisiodoro, depositio sanctorum confessorum Mamertini et Mariani presbyterorum. [v°]Trecas, dedicatio basilice Sancti Michaelis archangeli, et translatio corporis sancte Exuperancie virginis.

XI. Kal. Maii. — In Perside, beati Simeonis episcopi et martiris, cum aliis centum, ex quibus alii erant episcopi, alii presbiteri, alii diversorum ordinum clerici; passi sunt cum eo eciam clarissimi quidam viri, Vastazadis, Abdella, Ananias et Prisycius, cum filia virgine. Alexandrie, sanctorum Aratoris presbiteri, Fortunati, Felicis, Silvii, Vitalis martirum. In Galliis, civitate Ebredunensi, sancti Marcelli[ni], ejusdem urbis episcopi primi atque confessoris.

X. Kal. Maii. — Rome, via Appia, natalis beati Gaii pape et martiris. In Perside, passio multorum martirum, in quo certamine passus est Melesius episcopus, Accepsimas episcopus, cum Jacobo presbitero, Mareas et Bicor nihilominus episcopi, cum clericis fere ducentis et quinquaginta monachis, eciam et sacratis virginibus plurimis. Civitate Cordula, passio sanctorum Parmemi [a] et Helimene et Crisoteli presbiterorum, Luce et Mucii diaconorum. Lugduni, sancti Epopodii martiris. Apud Senones, depositio sancti Leonis episcopi et confessoris. Parisius, inventio vel translatio sanctorum martirum Dyonisii, Rustici et Eleutherii.

a. *Lire* Parmenii.

IX Kal. Maii. — In Perside, civitate Diospoli, passio sancti Georgii martiris. In Galliis, civitate Valencia, sanctorum martirum Felicis presbiteri, Fortunati et Achillei diaconorum. Fontanella monasterio, sancti Wlfranni episcopi et confessoris.

VIII Kal. Maii. — [19] Lugduno Gallie, natalis sancti Alexandri, victoriosi martiris et cum eo triginta quatuor martirum. In Britannia, depositio sancti Melliti episcopi et confessoris. Civitate Heliberri, sancti Georgii episcopi et confessoris. Remis, natalis sanctarum virginum Bove et Dode.

VII Kal. Maii. — Apud Alexandriam, natalis beati Marci evangeliste et martiris. Civitate Siracusa, passio sanctorum Evodii et Hermogenis. Eodem die, Rome, Letania major ad Sanctum Petrum. Lugduni, depositio Rustici episcopi et confessoris.

VI Kal. Maii. — Rome, beati Cleti pape et martiris, et aliorum Claudii, Cirini et Antonini martirum, [a] sub Diocleciano imperatore ; quo tempore fuit maxima persecutio, ita ut intra unum mensem decem et septem [millia] martirio coronarentur. Cenobio [b] Centule, depos[it]io sancti Richarii confessoris. Trecas, sancte Exuperancie virginis.

V Kal. Maii. — Rome, natalis Anastasii pape. Apud Nichomediam, passio sancti Antimi episcopi et martiris, cum innumerabili multitudine gregis sui. Tarso Cilicie, sancti Castoris.

IIII Kal. Maii. — Apud Ravennam, natalis sancti Vitalis martiris. Alexandrie, passio sancte Theodore virginis et Didimi martiris. Eodem die, Afrodisii, Carillippi, Agapii et Eusebii martirum. In Pannonia, sancti Pollionis martiris.

III. Kal. Maii. — In Numidia, apud Circensem [v°] coloniam, natalis sanctorum martirum Agapii et Secundini episcoporum ; passi sunt cum eis Emilianus miles, Tertulla [c] et Antonia sacre virgines, et quedam mulier cum suis geminis. Apud Paphum, Tychici diaconi, apostolorum discipuli. In Tuscia, natalis sancti Torpetis martiris. Apud Avenniacum, sancti Gomberti regis.

II. Kal. Maii. — Apud Lambesitanam urbem, passio sanctorum martirum Mariani lectoris et Jacobi diaconi, cum aliis multis. Sanctonas, sancti Eutropii martiris. In Asia, passio sancti [Maximi] martyris, cujus gesta habentur.

Kal. Maias. Letanie indicende. — In Egipto, Hieremie prophete. Eodem die, natalis beatorum apostolorum Philippi et

a. *Cancellé :* In Britannia, depositio sancti Melliti et confessoris *(voir* VIII kal. Maii) ; *au-dessus :* Va-cat. — b. *Ms.* Cenobie. — c. *Ms.* Terculla.

Jacobi Alphei, qui et frater dicitur Domini. Hierosolimis, sancti Quiriaci episcopi et martiris. In Gallia, territorio Vivariensi, sancti Andoeli subdiaconi et martiris. In territorio Remensi, vico qui vocatur Avenniacus, passio sancte Berte, uxoris sancti Gomberti regis. Civitate Sedunensi, loco Agauno, passio sanctorum martirum Sigismundi regis, et uxoris ejus et duorum filiorum. Apud civitatem Auscium, depositio sancti Oriontis episcopi et confessoris. Autisiodero, sancti Amatoris episcopi et confessoris. Remis, depositio sancti Theodulfi abbatis. Ambianis, sanctorum martirum Acii et Acioli. In Germania, sancte Vuaburgis [a] virginis. In territorio Laudunensi, sancti Marculfi confessoris atque abbatis.

VI. Non. Maii. — Natalis sancti patris nostri Athanasii, Alexandrine [20] urbis episcopi. Eodem die, sanctorum Saturnini et Neopolis, qui in carcere quieverunt.

V. Non. Maii. — Hierosolimis, inventio sancte Crucis ab Helena regina sub Constantino principe, post passionem Domini anno ducentesimo tricesimo tercio. Rome, via Numentana, natalis sanctorum martirum Alexandri pape et Eventii et Theodoli presbiterorum. Ipso die, sancti Juvenalis episcopi et confessoris.

IIII Non. Maii. — In Palestina, civitate Gàza, natalis sancti Silvani episcopi, qui cum plurimis clericorum gregis sui martirio coronatus est. In metallo Fanensi, sanctorum quadraginta martirum. Nicomedie, passio sancte Antonie, flammis exuste. In Norico Riopensi, loco Lauriaco, sancti Floriani martiris. Autisiodero, depositio et translatio corporis sancti Corcodimi diaconi et confessoris.

III. Non. Maii. — Apud Alexandriam, sancti Euthimii diaconi, in carcere quiescentis. Autissiodero, sancti Joviniani lectoris et martiris. Thessalonice, natalis sanctorum Hirenei, Peregrini et Hirenis, ignibus combustorum. Apud Arelaten, sancti Hylarii episcopi et confessoris. Item Vienne, beati Nicecii episcopi, venerabilis sanctitatis viri. [b]

II Non. Maii. — Rome, ante portam Latinam, sancti Johannis apostoli et evangeliste, ubi a Domiciano in ferventis olei dolium missus, sed minime lesus. Antiochie, natalis sancti Evodii episcopi et martiris. In Affrica, sanctorum martirum Heliodori,

a. *D'abord* Vuagburgis, *le* g *exponctué*. — b. *Ce paragraphe a d'abord été transcrit sans interruption avec le précédent, par suite de l'omission de la date :* III. Non. Maii ; *puis a été copié sur la marge inférieure, sans autre variante que* martyris *au lieu de* martiris ; *plus tard on a mis en marge :* III° non. Maii.

Venusti, Postumi, Maximi, Niceti, cum aliis septuaginta duobus. Autisiodero, depositio sancti Valeriani episcopi et confessoris. [v°]

Non. Maii. — Apud Terracinam Campanie urbem, natalis beate Domitille virginis et martiris, simulque passio sanctarum Eufrosine et Theodore. Nicomedie, passio sanctorum Flavii, Augusti et Augustini fratrum. Eodem die, sancti Juvenalis martiris. Lauduno Clavato, depositio sancti Basonis confessoris.

VIII. Idus Maii. — Mediolani, sancti Victoris martiris. In territorio Sanctonico, Vertanense monasterio, depositio sancti Martini presbiteri et confessoris. In Egipto, passio sanctorum Stephani et Victoris. In pago Cathaulaunico, depositio sancti Gibriani presbiteri et confessoris.

VII. Idus Maii. — [a] Constantinopoli, translatio sancti Andree apostoli, beati quoque Luce evangeliste et Timothei martiris, discipuli beati Pauli apostoli. In Perside, passio sanctorum trecentorum et decem martirum. Rome, sancti Herme, cujus apostolus meminit. Castro Vindicino, depositio Beati confessoris, cujus gesta habentur.

VI Idus Maii. — Transitus Job prophete. Rome, via Latina, natalis sanctorum Gordiani et Epimachi martirum. Item Rome, sancti Calepodii presbiteri et martiris; et in eadem urbe, passio sancti Palmacii consulis, cum uxore et filiis, et aliis promiscui sexus quadraginta duobus. Cum quibus eciam passus est Simplicius senator, cum uxore et filiis; de familia quoque ipsius, promiscui sexus sexaginta et octo; Felix quoque, cum uxore sua nomine Blanda. Item via Latina, ad Centum Aulas, natalis sanctorum Quarti et Quinti.

V. Idus Maii. — Rome, natalis beati Anti[21]mi presbiteri et martiris. Vienne, depositio beati Mamerti confessoris.

IIII Idus Maii. — Rome, via Ardeatina, passio sanctorum Nerei et Achillei fratrum. Item Rome, via Aurelia, sancti Pancracii martiris, et depositio beati Dyonisii, patrui ejusdem Pancracii. Apud Cyprum, sancti Epiphanii viri doctissimi, Salamine urbis episcopi.

III Idus Maii. — Rome, dedicatio templi quod Panteon vocabatur, in honore beate Marie omniumque martirum. Constantinopoli, beati Maucii presbiteri et martiris; et [b] sancti Marcelliani episcopi. Ipso die, sancti Servacii, ecclesie Tungrensis episcopi et confessoris.

II Idus Maii. — In Galliis, civitate Cimela, sancti Poncii

a. *Au XV*e *siècle on a ajouté en interligne :* **Translatio sancti Nicholay episcopi et confessoris.** — b. *Addition postérieure.*

martiris. In Syria, natalis beati Victoris victoriosissimi pariterque sancte Corone martiris. Eodem die, sancti patris nostri Pachomii. Apud Tharsum, natalis sancti Bonefacii martiris.

IDUS MAII. — In Hispaniis, natalis sanctorum confessorum pariterque pontificum Torcati, Tisefontis, Secundi, Indalecii, Cecilii, Esicii[a], Eufrasii, qui ab apostolis Rome episcopi ordinati, ad Hispanias predicandi gratia sunt directi. Apud insulam Chium, natalis sancti Ysidori martiris. Lamosaco, passio sanctorum Petri et Andree, Pauli et Dionisie, quorum mire passiones leguntur.

XVII. KAL. JUN. — Autisiodero, vico Bangiaco, natalis sancti Peregrini martiris, primi ejusdem civitatis episcopi. In Hisauria provincia, Aquilini et Victoriani, quorum gesta habentur. In pago Trecassino, depositio sancti Fidoli presbiteri [v°] et confessoris; et in pago Foro Juliensi, vico qui vocatur Calidianus, sancte Maxime virginis. Ambianis, sancti Honorati episcopi et confessoris.

XVI. KAL. JUN. — Apud Hierapolim, sancti Papie antistitis, disciputi beati Johannis apostoli. In Tuscia, depositio corporis beatissimi Torpetis martiris. Civitate Nividuno, passio sanctorum Heraclii, Pauli, Aquilini, cum aliis duobus.

XV. KAL. JUN. — In Egipto, passio beatissimi Dioscori lectoris et martiris. Apud Pellatensem urbem, natalis sancti Felicis episcopi et martiris. Rome, sancti Johannis pape et martiris.

XIIII. KAL. JUN. — Rome, via Appia, natalis sanctorum martirum Calocerii et Parthemii. Item Rome, sancte Pudenciane virginis; et natalis beati Pudentis, apostolorum discipuli et patris ejusdem virginis.

XIII. KAL. JUN. — Rome, via Salaria, natalis sancte Basille virginis et martiris. In Galliis, civitate Nemauso[b], sancti Baudelii martiris. Bituricas, depositio beati Austrigisili episcopi et confessoris.

XII. KAL. JUN. — In Mauritania Cesariensi, natalis sanctorum martirum Tymothei, Polii et Eutichii diaconi. Item apud Cesaream, passio sanctorum Poliocti, Victorii et Donati. Cordube, sancti Secundini martiris. Autissiodero, depositio sancti Valis presbiteri et confessoris.

XI KAL. JUN. — In Affrica, passio sanctorum Casti et Emilii, qui fuerunt [22] ignibus adusti. Apud Corsiccam, sancte Julie virginis, que crucis supplicio coronata est. Autissiodero, depositio et translatio corporis sancte Helene virginis.

a. *D'abord* Edisii, *exponctué*. — b. *Ms.* Nemanso.

X. Kal. Jun. — Apud Linguones, passio sancti Desiderii episcopi et martiris, cum aliis pluribus de numero gregis sui. Eodem die, passio sanctorum Montani et Lucii, cum sociis suis.

IX Kal. Jun. — Apud Antiochiam, natalis Manahen prophete, Herodis tetrarche collactanei, sub gratia novi Testamenti. Item beatissime Johanne, quam commemorant evangeliste. In Galliis, civitate Namnetis, beatorum martirum Donatiani et Rogatiani fratrum. Apud Istriam, passio sanctorum Zoeli, Servilii, Felicis, Silvani et Dyoclis. In vico Bansiono super fluvium [a] Matronam, depositio sancte Posinne virginis. In Portu Romano, natalis sancti Vincencii martiris.

VIII. Kal. Jun. — Rome, via Numentana, natalis sancti Urbani pape et martiris. Mediolani, sancti Dyonisii episcopi et confessoris. In Moesia, civitate Dorostero, sanctorum martirum Passecratis, Valencionis, cum duobus aliis simul coronatis. In territorio Trecassino, depositio sancti Leonis confessoris et monachi.

VII. Kal. Jun. — Apud Athenas, natalis sancti Quadrati episcopi, apostolorum discipuli. Item ipso die, alterius Quadrati martiris. Autisiodero, in loco Quociaco, passio sancti Prisci martiris [v°] sociorumque ejus, cum innumera multitudine. Rome, beatorum martirum Simmitrii presbiteri et aliorum viginti duorum. In Britannia, sancti Augustini episcopi et confessoris. Tudertina Tuscie, passio sanctorum Felicissimi, Eraclii et Paulini.

VI Kal. Jun. — Apud Moesiam, civitate Dorosterensi, natalis sancti Julii martiris. In Galliis, civitate Arausica, deposit[i]o sancti Eutropii episcopi et confessoris. In territorio Adartensi, sancti Ragnulfi martiris, cujus gesta habentur. Alexandrie, passio sanctorum Aquilini presbiteri et aliorum quindecim.

V. Kal. Jun. — Rome, translatio corporis a Ravenna beati Johannis pape et martiris. Parisius, depositio sancti Germani episcopi et confessoris. In Sardinia, sanctorum martirum Emilii, Felicis, Priami [b] et Luciani. Eodem die, apud Carnotum, passio sancti Charauni martiris.

IIII. Kal. Jun. — Apud Iconium, passio beatissimi Cononis et filii ejus martirum. Treveris, beati Maximini episcopi et confessoris. In partibus Anaunie, natale sanctorum Sisinnii et Alexandri atque Martirii martirum. Rome, via Aurelia, sancti Restituti. Item Rome, via Tyburtina, VII^tem germanorum.

III. Kal. Jun. — Rome, via Aurelia, natalis beati Felicis

a. Ms. fluû, *en marge* fluvium. — *b. Le dernier jambage d'*m *semble exponctué.*

pape et martiris. Turribus Sardinie, sanctorum martirum Gabinii et Crispuli. Antiochie, passio sanctorum Isicii et Palatini, qui multa tormenta passi sunt. Eodem die, sancti Hucberti, ecclesie Tungrensis episcopi et confessoris.

II Kal. Jun. — [23] Rome, natalis sancte Petronille virginis, filie beati Petri apostoli. Apud urbem Aquileiam, natalis sanctorum martirum Prothi, Cancii, Cantiani et Cancianille fratrum. Turribus Sardinie, sancti Crescenciani martiris et aliorum plurimorum sanctorum martirum.

Kal. Junii. — Rome, dedicatio ecclesie Sancti Nichomedis presbiteri et martiris. Apud Cesaream Palestine, natalis sancti Pamphili presbiteri et martiris. Augustiduno, passio sancti Riviani episcopi et Pauli presbiteri et aliorum x^cem^ martirum. Ipso die, sancti Caprasii abbatis monasterii Lirinensis.

IIII. Non. Jun. — Rome, natalis beatorum martirum Marcellini presbiteri et Petri exorciste. Lugduni, passio sanctorum martirum Fotini ejusdem urbis episcopi, Zacharie presbiteri, Sancti diaconi, Epagati, Maturi, Atthali, Alline [a], Grate, cum aliis xl; coronata est quoque martirio ex eorum collegio beatissima Blandina, multa tormenta perpessa.

III Non. Jun. — Apud Aretium civitatem Tuscie, passio sanctorum Pergentini et Laurentini fratrum. In Campania, beatissimi Herasmi episcopi, diversa tormenta perpessi. Civitate Cordula, natalis sancti Ysaac monachi et martyris. In territorio Aurelianensium, vico Maiduno, depositio sancti Lisardi [b] presbiteri et monachi.

II. Non. Jun. — Apud Illiricum, natalis sancti Quirini episcopi et martiris, quem dum judex ligato ad collum ejus molari lapide vellet mergere, hoc miraculum populo expectante ipsoque molari lapide super aquas natante, vix precibus ut mergeretur fertur [v°] obtinuisse, cujus reliquie Rome postea sunt translate. In Sabaria civitate, natalis sancti Rutuli. Rome, via Appia, miliario quarto, passio sanctorum Arecii, Picti et Daciani.

Nonas Jun. — In Egipto, natalis sanctorum martirum Marciani, Nicandri et Apollonii, quorum gesta habentur. Eodem die Rome, depositio corporis sancti Bonefacii, apud Tharsum Cilicie passi et Rome venerabiliter translati. Item in Frisia, sancti Bonefacii martiris, cum Banco episcopo et aliis servis Dei. Remis, in capella que est [c] infra claustrum, dedicatio oratorii

a. *Lire* Albine. — b. *Lire* Lifardi. — c. *Addition postérieure en interligne.*

Sancti Martini confessoris, in quo posite sunt reliquie ejusdem sancti a domino Gervasio archiepiscopo.

VIII Idus Junii. — Apud Cesaream, natalis beati Philippi diaconi, unius de septem primis. Apud Tharsum Cilicie, passio sanctorum viginti martirum. Rome, passio sanctorum Arthemii, cum uxore sua Candida et filia Paulina. Antiochie, beatissimi Asclepiadis episcopi et confessoris. Civitate Nividuno, passio sanctorum Amancii et Alexandri.

VII. Idus Jun. — Constantinopoli, beati Pauli, ejusdem civitatis episcopi et ab Arrianis pessime strangulati. Cordube, passio sanctorum Petri presbiteri, Avencii, Jheremie et aliorum trium. In Cesarea Cappadocie, sancti Luciani martiris et aliorum v[que].

VI. Idus Junii. — In Sardinia, sancti Salustiani. Cordube, sancti Abundii presbiteri et martiris. In Galliis, civi[24]tate Suessionis, depositio sancti Medardi episcopi Niviomensis, sed et sancti Gildardi ejusdem fratris episcopi Rothomagensis, quos ferunt una die natos, una eademque die episcopos ordinatos, pariterque una die ab hac luce subtractos. Apud Senones, sancti Eraclii episcopi et confessoris.

V Idus Jun. — Rome, in monte Celio, natalis sanctorum martirum Primi et Feliciani. In Galliis, civitate Agenno, loco Pompeiaco, passio sancti Vincencii levite et martiris. In Scothia, sancti Columbe presbiteri et confessoris. Nicea, passio sancti Diomedis.

IIII Idus Jun. — Rome, via Aurelia, natalis sanctorum martirum Basilidis, Tripodis et Mandalis, et aliorum xx[ti] martirum. Item Rome, via Salaria, passio beati Getulii, sociorumque ejus Cerialis, Amancii et Primitivi [a]. Apud Nicomediam, passio sancti Zacharie. Autisiodero, depositio sancti Censurii episcopi et confessoris.

III Idus Jun. — Natalis sancti Barnabe apostoli. In Aquileia, passio sanctorum Felicis et Fortunati fratrum. Apud Corinthum, sancti Sosthenis discipuli beati Pauli apostoli.

II. Idus Jun. — Mediolani, inventio et translatio corporum sanctorum Nazarii martiris et Celsi pueri. Item apud prefatam urbem, passio sanctorum Basilidis, Cirini et Naboris. Eodem die, Nazarii et Celsi, quos ferunt passos apud Ebredunensem urbem.

Idus Jun. — Rome, via Ardeatina, natale sancte Felicule

a. *Ms.* Primititivi.

virginis et martiris. Eodem die, apud Cordubam, passio sancti Flandile [v°] presbiteri et martiris.

XVIII Kalend. Julii. — Helisei prophete. Apud Cesaream Cappadacie, beatissimi Basilii episcopi et confessoris. In territorio civitatis Suessionis, passio beatissimorum martirum Rufini et Valerii. Ipso die, sancti Quinciani presbiteri et confessoris. Remis, translatio corporis sancti Rigoberti episcopi et confessoris.

XVII. Kal. Julii. — Apud Siciliam, passio beatissimi Viti et Modesti atque Crescencie martirum. Eodem die in Cesia [a], civitate Dorostero, passio Esicii militaris viri.

XVI Kal. Julii. — Apud Antiochiam, natalis sanctorum martirum Cirici et Julite matris ejus, et cum eis passio quadringentorum quatuor martirum. In Galliis, apud urbem Vesoncionem, sanctorum martirum Ferreoli presbiteri et Ferrutionis diaconi. Lugduni, depositio beati Aureliani Arelatensis episcopi. Civitate Namnetis, sancti Similiani episcopi et confessoris.

XV. Kal. Julii. — Rome, via Salaria, natalis sanctorum ducentorum sexaginta duorum martirum. Aurelianis, sancti Aviti presbiteri et confessoris. Eodem die, in monasterio quod Harea nuncupatur, sancti Vulmari confessoris.

XIIII. Kal. Julii. — Rome, via Ardeatina, natalis sanctorum martirum Marci et Marcelliani fratrum. In Hispaniis, civitate Malacha, sanctorum martirum Siriaci et Paule virginis. Alexan[25]drie, beatissime Marine virginis et martiris.

XIII. Kal. Julii. — Mediolani, natalis sanctorum martirum Gervasii et Prothasii fratrum. Apud Ravennam, natalis sancti Ursi martiris.

XII. Kal. Julii. — Rome, depositio sancti Novati apostolorum discipuli. Civitate Thomis, passio sanctorum Pauli et Ciriaci. Rome, sancti Silverii pape et confessoris.

XI. Kal. Julii. — In Sicilia, civitate Siracusa, natalis sanctorum Rufini et Marcie martirum. Rome, sancte Demetrie virginis et martiris. In Affrica, passio sanctorum Quirini et Apollinaris. Eodem die, depositio sancti Eusebii Cesariensis episcopi, fide et doctrina clarissimi.

X. Kal. Julii. — In Britannia, sancti Albani martiris et cum illo passio cujusdam militis. Apud Nolam Campanie, depositio beatissimi Paulini episcopi et confessoris. Ipso die, sancti Nicee, Romaciane civitatis episcopi. In pago Odominse, super

a. *Lire* Mesia.

fluvium Matronam, vico qui vocatur Duromannis, depositio sancte Nonice virginis.

IX. KAL. JUL. — Vigilia sancti Johannis Baptiste. Rome, via Salaria, natalis sancti Johannis presbiteri et martiris. Eodem die in Britannia, sancte Ediltrudis virginis et regine.

VIII KAL. JUL. — Nativitas beati Johannis Baptiste et precursoris Domini. In territorio Parisiacensi, in vico Cristoilo, passio sanctorum Agoadi et Gliberti, cum aliis innumeris promiscui sexus. Augustiduni, depositio sancti Simplicii episcopi et confessoris. Ambianis, inventio corporis sancti Quintini martiris.

VII. KAL. JUL. — [v°] Apud Pirriboroeam, sancti Sosipatris, discipuli beati Pauli apostoli. Alexandrie, sancti Gallicani gloriosissimi martiris. Rome, via Salaria, natalis sancte Lucie virginis et martiris, cum aliis viginti duobus, simulque Auceie regis barbari. Apud Cretam, depositio sancti Philippi Gortinensis episcopi.

VI. KAL. JUL. — Rome, natalis sanctorum martirum Johannis et Pauli fratrum. In pago Pictavensi, sancti Maxencii presbiteri et confessoris. Eodem die, sancte Perseverancie virginis.

V. KAL. JUL. — Apud Galaciam, beati Crescentis discipuli beati Pauli apostoli. Apud Tiburtinam urbem Italie, natalis sancte Simphorose martiris et passio septem filiorum ejus Crescentis, Juliani, Nemesii, Primitivi, Justini, Stactei et Eugenii. Cordube, sancti Zoeli martiris et aliorum decem et octo martirum. Cartagini, sancte Guddene martiris. In Oia monasterio, translatio corporis sancti Florencii confessoris. Ambianis civitate, inventio corporum sanctorum Fusciani et Victorici atque Genciani.

IIII. KAL. JUL. — Vigilia beatissimorum apostolorum Petri et Pauli. Eodem die Rome, depositio sancti Leonis pape, qui merito excellentis ingenii apud Romanos magnus Leo appellatur. Lugduno Gallie, sancti Hirenei, qui cum omni fere civitatis sue plebe martirio coronatus est. Alexandrie, natalis sanctorum martirum Plutharchi, Sereni, Heraclidis, Herois, cum aliis tribus. Eadem die, in eadem urbe, sancte Potamiene virginis et Marcelle ejusdem matris, que ignibus sunt combuste. [26]

III KAL. JUL. — Rome, natalis beatorum apostolorum Petri et Pauli. Eodem die, apud castrum Argentomacum, sancti Marcelli martiris. Item Rome, via Aurelia, passio sanctorum quadringentorum septuaginta et septem martirum.

II. KAL. JUL. — Commemoratio beati Pauli apostoli. Rome, natalis beatissime Lucine, apostolorum discipule. Lemovigas, depositio sancti Marcialis episcopi et confessoris, cum duobus

presbiteris Alpiano et Stratocliano. Eodem die, sancti Corsici presbiteri et Leonis subdiaconi. In territorio Vivariensi, sancti Hostiani presbiteri et confessoris.

KALEND. JUL. — In monte Or, depositio Aaron, sacerdotis primi. Turonis, sancte Monegundis virginis. In territorio Lugdunensi, loco qui Vallis Vebrona nuncupatur, depositio beatissimi Domiciani abbatis. Aninsule monasterio, sancti Carilephi presbiteri et confessoris. Civitate Engolisma, sancti Ebarchii monachi, episcopi et confessoris. In territorio Remensi, sancti Theodorici presbiteri et confessoris. Et in territorio Cameracensi, portu Valencianas, natalis beati Salvii [a] martiris.

VI. NON. JULII. — Rome, via Aurelia, natalis sanctorum martirum Processi et Martiniani. Ipso die, sanctorum trium militum qui cum beato Paulo apostolo passi sunt. Item, sanctorum martirum Aristhonis, Crescentiani, Euticiani, Urbani, Vitalis, Justi, Felicissimi, Felicis, Marcie et Simpho[v°]roso, qui omnes apud Campaniam martirio coronati sunt. Turonis, depositio sancte Monegundis abbatisse.

V. NON. JULII. — Apud Indiam, passio sancti Thome apostoli. Ipso die, apud Gneocesaream Ponti, beatissimi Gregorii episcopi et martiris, miraculorum patratoris. Constantinopoli, sancti Eulogii. Apud Laodiciam Syrie, beati Anatholii episcopi. Alexandrie, passio sancti Triphonis et aliorum duodecim martirum.

IIII. NONAS JULII. — Osee et Aggei prophetarum. Turonis, translatio corporis sancti Martini confessoris, et ordinatio episcopatus ejus et dedicatio basilice ipsius. In Affrica, sancti Jocundiani martiris, in mare mersi. In territorio Biturice civitatis, vico Vestenno, natalis sancti Lauriani episcopi et martiris. Apud Syrmium, passio sanctorum Innocencii, Sabacie, cum aliis triginta. Ipso die, transitus venerandi episcopi Odalrici et confessoris.

III. NON. JULII. — Rome, natalis sancte Zoe martiris, sancti Nicostrati uxoris. In Syria, sancti Domicii gloriosissimi martiris, qui virtutibus suis multa incolis prestat beneficia.

II. NON. JUL. — Ysaie prophete. Rome, octave apostolorum. Item Rome, sancti Transquillini martiris. In pago Trecarensi [b], depositio sancti Goaris, presbiteri et confessoris.

NON. JUL. — Apud Alexandriam, natalis sancti Pantheni, viri apostolici et omni sapiencia adornati. Rome, pas[27]sio sanctorum

a. *Ms.* Salj-vi. — b. *Lire* Treverensi.

Nicostrati primiscrinii, Claudii commentariensis, Castorii, Victorini, Simphroniani, qui omnes in mare sunt precipitati. Eodem die, festivitas omnium sanctorum archiepiscoporum Remis et alibi.

VIII. IDUS JULII. — In Asia minore, sancti Aquile et Priscille uxoris ejus, de quibus in Actibus apostolorum scribitur. In Palestina, natalis sancti Procopii martiris. Apud Heracleam, passio sanctorum Johannis et Apri. Eodem die, sancti Cyliani martiris.

VII IDUS JULII. — Civitate Marcula, depositio beatissimi Briccii episcopi et confessoris. Rome, ad Guttam jugiter manantem, passio sancti Zenonis et aliorum decem milium ducentorum et trium. Eodem die, sancti Cirilli episcopi et martiris. In civitate Tyria, passio sancte Anatholie et Audacis martirum; et depositio sancti patris nostri Effrem diaconi.

VI. IDUS JUL. — Rome, passio septem fratrum, filiorum sancte Felicitatis, id est Januarii, Felicis, Philippi, Alexandri, Vitalis, Silvani, Martialis. In Affrica, natalis sanctorum Januarii, Naboris et Felicis, quorum corpora Mediolani sunt translata. Rome, passio sanctarum virginum Rufine et Secunde sororum.

V. IDUS JULII. — In territorio Aurelianensi, apud vicum qui vocatur Floriacus, exceptio corporis beatissimi Benedicti abbatis et monachi et sancte Scolastice sororis ejus, quorum corpora ab Italia majore in Gallias venerabiliter [v°] a quibusdam religiosis viris sunt translata et honorifice recondita. In Armenia minore, civitate Nichopoli, natalis sanctorum Januarii et Pelagie martirum. In territorio Senonico, beati Sidronii martiris. In territorio Pictavensi, sancti Sabini confessoris.

IIII. IDUS JULII. — Apud Ciprum, beati Nasonis antiqui Xρisti discipuli. In Aquileia, passio beati Hermagore episcopi, discipuli sancti Marci evangeliste, et Fortunati ejusdem diaconi. Mediolani, translatio corporum martirum Naboris et Felicis. In Cesarea, sancti Dyi.

III IDUS JUL. — Johel et Ezre prophetarum. Apud Macedoniam, natalis sancti Sylee apostoli. In Affrica, sanctorum confessorum Eugenii Cartaginensis episcopi et ejusdem ecclesie universi cleri, qui cede inediaque macerati, fere quingenti vel eo amplius procul crudeli exilio extrusi sunt. In Britannia minore, natalis sancti Turiani episcopi et confessoris.

II. IDUS JULII. — Apud Pontum, natalis sancti Focce episcopi et martiris. Alexandrie, depositio sancti Heracle antistitis, viri maxime sanctitatis, ob cujus opinionem celeberrimam commemorat se Affricanus nobilis historiographus Alexandriam properasse.

IDUS JULII. — Nisibi, sancti Jacobi episcopi, magne sanctitatis viri. Cartagini, passio sanctorum Catulini diaconi, Januarii, Florencii, Julie et Juste. Alexandrie, sanctorum martirum Philippi, Zenonis, Narsei et decem infantium. Rome, in Portu, natalis sanctorum Eutropii, Zosime et Bonose sororum. Ticini, sancti Cy[28]ri. Ipso die, divisio XII[cim] apostolorum.

XVII. KAL. AUG. — In Hostia, natalis beati Hylarini monachi et martiris. Apud Antiochiam Sirie, natalis sancti Eustachii episcopi et confessoris. In Cesarea, sancti Pauli, cujus gesta habentur. Eodem die, sancti Alexii confessoris.

XVI KAL. AUGUSTI. — Apud Cartaginem, passio duodecim Scillitanorum, id est Sperati, Narthali, Cythini, Becurii, Felicis, Aquilini, Letatii, Januarie, Generose, Bassie, Donate et Secunde. Autisiodero, depositio sancti Theodosii episcopi et confessoris.

XV. KAL. AUG. — Rome, passio septem germanorum, id est Petri, Marcelliani, Januarii, Dyonisii, Simpronii, Clementis et Hirenei, quorum gesta habentur. Eodem die, natalis beati Arnulphi Turonensis episcopi et martiris.

XIIII KAL. AUG. — Natalis beati Epafre martiris, qui a beato Paulo est episcopus ordinatus Colossis. Apud Thebaidem, depositio beatissimi patris nostri Arsemi monachi. In Hispaniis, civitate Hispali, passio beatarum martirum Juste et Rufine. Lugduni, sancti Rustici episcopiet confessoris.

XIII KAL. AUG. — Apud Judeam, natalis beati Joseph, qui cognominatus est Justus : hic multa perpessus a Judeis, victoriosissimo fine quievit. In Siria, civitate Damasco, passio sanctorum Sabini, Maximini, Juliani, Macrobii, Cassii, Paule et aliorum decem martirum. In Thebaide, sancti Victoris. Civitate Corduba, sancti Pauli diaconi et martiris. In Antiochia, passio sancte Margarete virginis. [v°]

XII. KAL. AUG. — Obitus Danihelis prophete. Rome, natalis sancte Praxedis virginis. In Galliis, civitate Massilia, passio beati Victoris martiris, pariterque trium militum Alexandri, Feliciani et Longini. Trecas, passio sancte Julie virginis et martiris. Civitate Carentis, depositio sancti Leubini episcopi et confessoris.

XI. KAL. AUG. — Natalis beate Marie Magdalene, quam evangeliste commemorant. Philippis, beatissime Sinthides, discipule Pauli apostoli. Anchyra Galacie, sancti Platonis martiris, cujus gesta habentur. Monasterio Fontanella, depositio sancti Wandregisili monachi et confessoris. In territorio Arvernensi, sancti Menelei abbatis.

X KAL. AUG. — Apud Ravennam, natalis beatissimi Apollinaris episcopi et martiris, qui a beato Petro apostolo episcopus

ordinatus et ab ipso Ravennam missus, multa a paganis est perpessus, multosque ad fidem convertit et miracula maxima fecit. Rome, via Tiburtina, sancti Vincencii martiris. Remis, translatio corporis sancti Nichasii episcopi et martiris, et sancte Eutropie sororis ejus.

IX Kal. Aug. — Apud Emeritam[a] Hyspanie civitatem, natalis sancti Victoris martiris et duorum fratrum ejus, Stercacii et Antiogeni. In Italia, civitate Tyro, que est circa lacum Vulsinum, natalis Cristine beatissime virginis et martiris. Eodem die, in Perside, passio sanctarum Nicete et Aquile. Civitate Amiternina, passio militum octo[29]ginta trium.

VIII. Kal. Aug. — Natalis beati Jacobi apostoli, fratris sancti Johannis evangeliste : hujus sacratissima ossa Jherosolimis ad Hispanias sunt translata. In Licia, civitate Samon, natalis sancti Xρistofori martiris. Civitate Barcinona, passio sancti Cucufatis gloriosissimi martiris. Rome, beati Nemesii diaconi et martiris. Parisius, translatio corporis sancti Germani episcopi et confessoris.

VII. Kal. Aug. — Philippis, beati Herasti martiris, a sancto Paulo ejusdem civitatis ordinati episcopi. Rome, passio sancti Jacincti martiris. Item Rome, via Latina, sanctorum martirum Simpronii, Theodoli, Olimpii, Exuperie, qui ignibus conflagrati sunt. Et beate Anne, matris beate virginis Marie.

VI. Kal. Aug. — Apud Ephesum, passio sanctorum Maximiani, Malchi, Martiniani et aliorum IIII^{or}, quorum gesta habentur. Nicomedie, natalis sancti Ermelai presbiteri et martiris, qui beatum Pantaleonem baptizavit. Item Nichomedie, sanctorum martirum Hermolai presbiteri, Hermempi et Hermogratis fratrum. Eodem die, in Sicilia, beati Symeonis monachi. Autisiodero, depositio Etherii episcopi et confessoris.

V Kal. Aug. — Apud Nicomediam, natalis beatissimi Panthaleonis martiris. In Britannia minore, Dolo monasterio, sancti Sansonis episcopi et confessoris. Mediolani, passio sanctorum Nazarii et Celsi pueri, quorum festivitas pridem idus junii celebrior agitur. Eodem die, Lugduni, sancti Peregrini presbiteri et confessoris.

IIII. Kal. Aug. — [v°] Rome, transmutatio corporis beati Felicis pape et martiris, cujus martirium III° idus novembris celebratur. Item Rome, via Portuensi, natalis sanctorum martirum Simplicii, Faustini et sancte Beatricis sororis eorum. Civitate Trecas, sancti Lupi episcopi et confessoris.

a. *Ms.* Emītam.

III Kal. Aug. — Rome, natalis sanctorum martirum Abdon et Sennis subregulorum. Apud Affricam, civitate Lucernaria, passio sanctarum virginum Maxime, Donatille et Secunde. Autisiodero, depositio sancti Ursi episcopi et confessoris.

II Kal. Aug. — Apud Ravennam Italie civitatem, transitus sancti Germani Autisioderensis episcopi. Apud Cesaream, passio sancti Fabii martiris. Civitate Sinnada, passio sanctorum Democriti, Dionisii et Secundi.

Kal. Augusti. — Rome, ad sanctum Petrum ad Vincula. Antiochie, passio sanctorum Machabeorum. In Italia, civitate Vercellis, sancti Eusebii episcopi et martiris. Apud Arabiam, civitate Philadelphia, natalis sanctorum martirum Cirilli, Aquile, Petri, Domiciani, Rufi, Menandri, una die coronatorum. In Hispaniis, civitate Gerunda, natalis sancti Felicis, felicissimi martiris et multa tormenta perpessi. Rome, passio sanctarum virginum Spei, Fidei et Caritatis, et beate Sophie matris earum. In territorio Parisiacensi, sancti Justini martiris. In [30] pago Lisvino, sancti Nemesii confessoris. Rome, via Latina, sanctorum martirum Boni presbiteri, Fausti, Mauri, cum aliis septem qui in Stephani pape actibus describuntur.

IIII. Non. Aug. — Rome, in cimiterio Calixti, natalis sancti Stephani pape et martiris. In provincia Bithinie, urbe Nicea, passio sancte Theodore et trium filiorum ejus, ignibus examinatorum.

III Non. Aug. — Jherosolimis, inventio corporis beati Stephani prothomartiris, sed et Nichodemi et Gamalielis atque Abibon filii ejus, a Luciano presbitero. Rome, via Appia, natalis sancti Tharsicii martiris. Constantinopoli, sancti Hermelli martiris. Augustiduno, depositio Eufronii episcopi et confessoris.

II Non. Aug. — Thessalonice, passio beati Aristarchi episcopi et confessoris et commilitonis Pauli apostoli. Rome, ad Sanctum Laurentium, natalis sancti Justini presbiteri, qui beatum Laurentium et multorum sanctorum corpora sepelivit. Item Rome, in cripta Harenaria, beati Tertulliani martiris.

Non. Aug. — Augustiduno, natalis sancti Cassiani episcopi et confessoris. Cathalaunis, sancti Memmii ejusdem civitatis primi episcopi. In provincia Recie, civitate Augusta, natalis sancte Afre, flammis conflagrate. Eodem die, natalis sancti Osvualdi Anglorum regis et martiris.

VIII Idus Aug. — Transfiguratio Domini nostri [v°] Jhesu Xpisti in monte. Rome, natalis sancti Sixti pape et martiris ; passi sunt cum eo Felicissimus et Agapitus diaconi, Januarius,

Magnus, Vincencius et Stephanus subdiaconi, sed et quidam nomine Quartus. In Hispaniis, civitate Compluto, passio sanctorum Justi et Pastoris fratrum.

VII. Idus Aug. — Apud Tusciam, civitate Arecio, natalis sancti Donati episcopi, nobilissimi martiris. Rome, sanctorum martirum Petri, Juliani, et aliorum decem et octo martirum. Apud Mediolanum, sancti Faustini martiris.

VI. Idus Aug. — Rome, translatio corporis sancti Cyriaci diaconi et martiris, pariterque sanctorum martirum Largi et Smaragdi et aliorum viginti martirum. Apud Viennam Gallie urbem, sancti Severi presbiteri et confessoris.

V. Idus Aug. – Vigilia sancti Laurencii martiris. Rome, sancti Romani militis et martiris. Item Rome, in cymiterio Calixti, depositio Dionisii episcopi et confessoris. Apud Coloniam Tuscie, natalis sanctorum Secundiani, Marcelliani et Veriani martiris.

IIII. Idus Aug. — Rome, via Tiburtina, natalis beati Laurencii archidiaconi et martiris. Eodem die, Rome, militum centum sexaginta quinque.

III Idus Aug. — Rome, inter duos Lauros, sancti Tyburcii martyris. Eodem die, Rome, sancte Susanne virginis et martiris. Civitate Cameraco, depositio beati Gaugerici episcopi et confessoris. Apud castellum Ebroicas, sancti Taurini episcopi et martiris. [31] Remis, translatio sancti Calixti pape et martiris.

II Idus Aug. — In Sicilia, civitate Cathina, natalis sancti diaconi Eupli et martiris. In provincia Retie, civitate Augusta, passio sancte Hilarie, matris beate Afre, cum Digna, Eumenia et Euprepia, que ignibus examinate sunt. Passi sunt eodem die, non longe ab urbe Roma, Quiriacus, Largio, Crescencianus, Nimia, Juliana, cum aliis viginti. Civitate Falare, passio sancti Graciliani et Felicissime virginis. In Syria, passio sanctorum Macharii et Juliani.

Idus Aug. — Rome, passio beati Yppoliti martiris et sancte Concordie nutricis ejus, et aliorum decem et novem martirum de domo ejus. Eodem die, apud Forum Sylle, natalis sancti Cassiani martiris. Pictavis, depositio sancte Radegundis regine.

XIX. Kal. Sept. — Vigilia Assumptionis sancte Marie. Rome, via Appia, beati Eusebii presbiteri et confessoris. In Aquileia, natalis sanctorum martirum Felicis et Fortunati fratrum.

XVIII. Kal. Sept. — Assumptio beatissime Marie semper virginis, matris Domini nostri Jhesu Xpisti. Rome, via Appia, natalis sancti Tarsicii acoliti et martiris. In Palestina provincia

Syrie, natalis sancti Eusebii martiris. Cartagini, passio sanctorum Ysaac, Maximiani et Marciani.

XVII. Kal. Sept. — In Nicea civitate Bithinie, natalis sancti Ursani confessoris. Rome, sancte Serene, uxoris quondam Diocleciani augusti. In Perside, sancti Tyrsi cum sociis suis. Metis, beati Arnulphi episcopi [v°] et confessoris.

XVI. Kal. Sept. — Octave sancti Laurencii levite et martiris. Apud Cartaginem, natalis sanctorum Liberati abbatis, Bonefacii diaconi, Servii et Rustici subdiaconorum, Rogati et Septimi monachorum et Maximi pueri, nobilium martirum. Apud Cesaream Cappadocie, sancti Mammetis martiris.

XV. Kal. Sept. — Apud Prestinam civitatem, miliario ab urbe tricesimo tercio, natalis sancti Agapiti martiris, gravia tormenta satis perpessi. Eodem die, Rome, beatorum martirum et presbiterorum Johannis et Crispi. Item Rome, sancte Helene matris Constantini imperatoris. Cartagini, passio sanctorum martirum masse candide.

XIIII. Kal. Sept. — Rome, natalis sancti Magni seu sancti Andree martiris, cum sociis suis duobus milibus quinquaginta et septem martiribus. Item Rome, beati Julii senatoris et martiris. In Galliis, pago Sigisterico[a], sancti Donati presbiteri et confessoris. In territorio Bituricensi, sancti Mariani confessoris, cujus gesta habentur.

XIII. Kal. Sept. — Samuelis prophete, cujus sacra ossa ab Archadio imperatore in Thaiciam sunt translata. Eodem die, beati Porphirii, didascali sancti Agapiti martiris. Herio insula, sancti Philiberti abbatis, sacerdotis ac monachi. Civitate Corduba, sanctorum monachorum Leovilgii et Cristophori martiris. Eodem die, sancti Bernardi Clerevallensis abbatis.

XII Kal. Sept. — [32] Apud civitatem Salonam, natalis sancti Anastasii martiris. Eodem die, natalis sanctorum martirum Bonosi et Maximiani, quorum gesta habentur. In territorio civitatis Guavalitane, natalis sancti Privati episcopi et martiris.

XI. Kal. Sept. — Rome, via Ostensi, beati Thimothei martiris. Eodem die, in Portu Romano, passio sanctorum martirum peregrinorum Marcialis, Epicteti, Saturnini, Aprilis et Felicis, cum sociis eorum. Item Rome, sancti Anthonii martiris. Augustiduni, beatissimi Simphoriani martiris. Remis, passio sanctorum Mauri presbiteri, cum eo quinquaginta martirum et aliorum plurimorum sanctorum martirum.

a. *Ms.* Sigisterice.

X. Kal. Sept. — Remis, natalis beatorum martirum Thimothei et Apollinaris. Apud Antiochiam, passio sanctorum Donati, Restituti, Valeriani, Fructuose et aliorum duodecim martirum. Apud Alexandriam, beati Theone, fidei puritate clarissimi. Jherosolimis, beati Zachei episcopi. Lugduno Gallie, sanctorum martirum Minervii et Eleazari, cum filiis octo. In Portu urbis Rome, passio sanctorum Yppoliti, Quiriaci et Archilai. Apud Liciam, civitate Egea, sanctorum Claudii, Asterii et Neonis, qui post varia tormenta cruci affixi sunt.

IX. Kal. Sept. — In India, passio beati Bartholomei apostoli, cujus sacratissimum corpus postea Beneventum translatum est. Apud Cartaginem, passio trecentorum martirum, qui omnes in clibanum calcis [v°] accensum examinati sunt, unde massa candida nuncupantur. Rome, sancti Genesii martiris. Civitate Rothomago, depositio beati Audoeni episcopi et confessoris. In territorio Nivernensi, sanctorum confessorum Patricii abbatis et Geldardi presbiteri.

VIII. Kal. Sept. — Rome, natalis sanctorum martirum Eusebii, Ponciani, Vincencii et Peregrini. Arelato, sancti Genesii martiris. In Hispaniis, civitate Compluto, sanctorum martirum Justi et Pastoris fratrum. Item in Hispania, civitate Italica, sancti Geroncii episcopi, in carcere quiescentis.

VII. Kal. Sept. — Rome, natalis sancti Zepherini pape, et passio sanctorum Abundii et Herenei martirum. Apud Victimilium castrum Italie, natalis sancti Secundi martiris. Item in Italia, civitate Pergamis, sancti Alexandri martiris. Civitate Salona, sancti Anastasii martiris. Autisiodero, sancti Eleuterii episcopi.

VI. Kal. Sept. — Apud Capuam, natalis sancti Rufi martiris. Thomis, sanctorum martirum Marcelliani tribuni, et Manuee uxoris ejus et Johannis filii ejus, et Serapionis clerici et Petri militis. Apud Cordubam, passio sanctorum martirum Georgii diaconi et monachi, Aurelii, Felicis, Nathalie et Liliose. Civitate Arelatensi, depositio sancti Cesarii episcopi et confessoris. Augustiduni, sancti Siagrii episcopi et confessoris.

V. Kal. Sept. — Rome, passio sancti Hermetis martiris. Constantinopoli, natalis sancti Alexandri episcopi, gloriosi senis. [33] In Affrica, civitate Ippona, depositio sancti Augustini episcopi, excellentissimi doctoris, cujus sacrum corpus Ticini translatum est. In territorio Arvernensi, Brivato vico, natalis sancti Juliani martiris. Apud Sanctonas, depositio sancti Vibiani episcopi, cujus gesta habentur.

IIII. Kal. Sept. — Secunda inventio capitis Johannis Bap-

tiste in Emessa civitate a quodam presbitero Marcello nomine; eodem die decollatio ejus eciam veneratur, quamvis circa sollempnitatem Paschalem extitisse magis credatur. Rome, ad arcum Faustini, natalis beatissime Sabine martiris. Item in pago Trecassino, sancte Sabine virginis. Parisius, depositio Mederici presbiteri. Ipso die, sancte Candide virginis.

III. Kal. Sept. — Rome, via Ostensi, passio sancti Felicis presbiteri; passus est eciam cum eo quidam cujus nomen ignorantes xρistiani Adauctum eum vocaverunt, eo quod auctus sit bono Felici ad coronam martirii. Item Rome, sancte Gaudencie virginis. Rasbatis monasterio, depositio sancti Agilii abbatis atque confessoris. In Venusia civitate Apulie, passio sanctorum Felicis episcopi civitatis Tubzocensis, Audacti et Januarii presbiterorum, Fortunaciani et Septimini lector[um].

II. Kal. Sept. — Treveris, sancti Paulini episcopi et confessoris, magne sanctitatis viri. Apud Athenas, beati Aristidis, fidei devotione clarissimi. Autisiodero, sancti Optati episcopi et confessoris. [v°]

Kal. Septembr. — Jesunave et Gedeon prophetarum; et natalis beatissime Anne prophetisse, quam evangelicus sermo prodit. Apud Capuam, via in Aquaria, sancti Prisci martiris, unius de antiquis Xρisti discipulis. Remis, depositio beatorum confessorum pariterque ejusdem urbis pontificum Sixti, Sinicii atque Nivardi. Apud Senones, beati Lupi episcopi et confessoris. Cenomannis, sancti Victoris episcopi et confessoris, cujus gesta habentur. Ambianis, transitus sancti Firmini episcopi et confessoris. Apud Nemause territorium, sancti Egidii confessoris atque abbatis.

IIII. No. Septemb. — Lugduni Gallie, exceptio corporis ab heremo beati Justi ejusdem urbis episcopi, beati quoque Viatoris ejus ministri. Eodem die, apud prefatam urbem, depositio sancti Helpidii episcopi et confessoris. Apud Appamiam, beati Antonini martiris.

III. No. Sept. — Natalis beatissime Phœbes, discipuli Pauli apostoli. Rome, passio beate Seraphie virginis et martiris. In Capua, sanctorum martirum Antonini pueri annorum viginti et Aristei episcopi, quorum gesta habentur. Leodio, sancti Remacli episcopi et confessoris.

II No. Sept. — Moysi prophete. Anchyra Galacie, natalis sanctorum martirum trium puerorum Rufini, Silvani et Vitalici. Cabillone civitate, natalis sancti Marcelli martiris. Ipso die, sanctorum Magni et Casti.

NON. SEPT. — [34] Rome, beati Victorini martiris, episcopi Amiternine urbis. Item Rome, in Portu, natalis sancti Herculiani martiris. Capue, sanctorum martirum Quinti, Arconcii et Donati. Eodem dié, in territorio Taruannensi, depositio sancti Bertini abbatis et monachi.

VIII. IDUS SEPT. — Obitus Zacharie prophete. Eodem die, natalis sancti Honesiphori, de quo apostolus scribit. Apud Affricam, beatorum confessorum et episcoporum Donaciani, Presidii, Mansueti, Germani, Fuscoli, qui ob catholicam fidem exilio eliminati sunt.

VII. IDUS SEPTEMB. — Apud Nicomediam, natalis beati Johannis martiris. In territorio Augustidunensi, sancte Regine virginis et gloriosissime martiris. Aurelianis, depositio beati Evurcii episcopi et confessoris. In territorio Parisiacensi, sancti Clodoaldi presbiteri et confessoris. Cathalaunis, sancti Alpini episcopi et confessoris.

VI. IDUS SEPT. — Nativitas sancte Dei genitricis et perpetue virginis Marie. Rome, festivitas sepulture sancti Adriani martiris, qui apud Nicomediam cum aliis viginti tribus passus est III° nonas marcias. Alexandrie, natalis sanctorum martirum Ammonii, Neotherii, Theophili et aliorum viginti duorum. Antiochie, passio sanctorum Timothei et Fauste. Remis civitate, natalis sancti Vivencii episcopi et confessoris ejusdem civitatis.

V. IDUS SEPT. — Apud Nicomediam, passio sanctorum Dorothei et Gor[v°]gonii gloriosorum martirum, qui Nichomedie quidem sunt passi et martirio coronati sunt; interjecto autem tempore, beatus Gorgonius Romam translatus est. In Sabinis, miliario ab urbe tricesimo, passio sanctorum Jacincti, Alexandri et Tyburcii. In territorio Tharuannensi, depositio sancti Audomari episcopi et confessoris, In Scothia, sancti Quirani abbatis.

IIII. IDUS SEPT. — Rome, depositio sancti Hylarii pape. Apud Affricam, natalis sanctorum episcoporum Nemesiani, Felicis, Lucii, item Felicis, Littei, Poliani, Victoris, Laderis et Dativi, qui ob confessionem fidei exilio sunt eliminati, sed et exemplum illorum secuta multiplex portio populi est martirio coronata. In Calcedona, natalis sanctorum Sostenis et Victoris martirum.

III IDUS SEPT. — Rome, via Salaria vetere, natalis sanctorum martirum Prothi et Jacincti. Item in Portu urbis Rome, passio sanctorum Ingenui et Yppoliti. Lugduno Gallie, depositio sancti Patientis episcopi et confessoris.

II IDUS SEPT. — Apud urbem Ticinium que et Papia dicitur, natalis sanctorum confessorum pariterque pontificum Syri et

Invencii. Augustiduno, depositio sancti Evancii episcopi et confessoris. In Sicilia, civitate Catina, passio sancti Serapionis martiris.

Idus Sept. — Apud Egiptum, civitate Alexandria, natalis beati Philippi episcopi et martiris. Eodem die, sancti Amati presbiteri, anachoritice vite sectatoris et monasterii Romarici abbatis. Andegavis, sancti Maurilii episcopi et confessoris. [35] Augustiduno, Nectarii episcopi. Turonis, sancti Litorii episcopi et confessoris.

XVIII. Kal. Oct. — Exaltatio sancte Crucis, quando Heraclius imperator eam de Perside retulit. Rome, beati Cornelii pape et martiris, cujus sacrum corpus a[a] Roma translatum a Karolo juniore augusto positum est in monasterio quod construxit infra palatii edes Compendii. Eodem die Rome, sanctorum viginti et unius martirum, sed et passio Cerealis et uxoris ipsius Salustie. Apud Carthaginem, passio beatissimi Cipriani doctoris excellentissimi, cujus sacratissimum corpus temporibus Karoli Magni imperatoris in Franciam est delatum et Lugduni venerabiliter reconditum; referuntur cum eo passi Crescencianus, Victor, Rosula et Generalis.

XVII. Kal. Oct. — Rome, via Numentana, beati Nichomedis presbiteri et martiris. In territorio Cavillonense, natalis sancti Valeriani martiris. Tullo, depositio sancti Apri episcopi et confessoris. Item Carnoto, sancti Leobini episcopi et confessoris.

XVI Kal. Oct. — Apud Calcedonam, natalis beate Eufemie virginis et martiris. Rome, natalis Lucie nobilis matrone et beatissime martiris, que pro Xpisto gravia tormenta perpessa est ; pariterque passio sancti Geminiani martiris.

XV. Kal. Oct. — In Britanniis, passio sanctorum Socratis et Stephani. Apud Leodium, natalis sancti Lamberti martiris, episcopi Tungrensis. Rome, natalis sancti Justini presbiteri et martiris. Item Rome, passio sanctorum Narcisi et Crescencionis. Nivi[v°]duno, sanctorum martirum Valeriani, Macrini et Gordiani. Apud Cordubam, sancti Emiliani diaconi et Jeremie decollatorum.

XIIII. Kal. Oct. — Natalis sancti Methodii, Olimpi Licie civitatis episcopi et martiris. Apud Viennam, sancti Ferreoli martiris. Mediolani, depositio sancti Eustorchii episcopi et sancti Satyri.

a. *Addition postérieure.*

XIII [Kal. Oct.]. — In Neapoli Campanie, passio sanctorum Januarii Beneventane urbis episcopi, Sossii, Festi et Proculi diaconorum, Desiderii lectoris, Eutici et Acuti martirum. In Palestina, natalis sanctorum Pelei et Nili episcoporum, qui cum plurimis clericis pro Xρisto igne consumpti sunt. Apud Nuceriam, natalis sanctorum Felicis et Constancie martirum. In territorio Lingonice civitatis, monasterio Segestro, depositio sancti Sigonii presbiteri et monachi.

XII Kal. Oct. — In Cizico, natalis beate Fauste virginis et martiris, cujus mira et gravia tormenta leguntur ; passus est cum ea eciam Evilasius judex. Eodem die, passio sanctorum Eustachii cognomento Placide et uxoris ejus Teospis, cum filiis Agapio et Theospite, quorum miri actus leguntur. In Frigia, passio sanctorum Dionisii et Privati.

XI Kal. Oct. — Natalis beati Mathei apostoli et evangeliste. Rome, via Claudia, vicesimo miliario ab urbe, natalis beati Alexandri episcopi et martiris. Item Rome, sancti Pamphili martiris.

X. Kal. Oct. — In Galliis, civitate Seduno, loco Agauno, natalis sanctorum martirum Thebeorum Mauri[36]cii, Exuperii, Candidi, Victoris, Innocencii, Vitalis, eorumque sociorum sex milium quingentorum octoginta quinque martirum. Apud Beioariam, sancti Emeramni episcopi et confessoris. In pago Pictavensi, sancti Florencii presbiteri. In territorio Bituricensi, sancti Silvani confessoris. Autisiodero, adventus et exceptio corporis ab Italia sancti Germani ejusdem civitatis episcopi. Lauduno Clavato, depositio sancte Sallaberge abbatisse.

VIIII Kal. Oct. — In Campania, beati Sossii Mesenate civitatis diaconi et martiris. Eodem die, sancte Tecle virginis, discipule beati Pauli apostoli, de Yconio civitate, que post immensa certamina et gravia tormenta superata, apud Seleuciam requievit. In territorio civitatis Constancie, depositio sancti Paterni episcopi et confessoris.

VIII. Kal. Octobr. — Conceptio sancti Johannis Baptiste. Augusti[du]no, natalis sanctorum martirum Andochii presbiteri, Tirsi diaconi et Felicis. Avernis, depositio sancti Rustici episcopi et confessoris.

VII Kal. Oct. —Natalis beati Cleophe martiris, qui fuit unus de septuaginta Xρisti discipulis. Lugduno Gallie, depositio sancti Lupi episcopi et confessoris. In civitate Ambianensium, natalis beati Firmini martiris, primi episcopi ejusdem civitatis. Autisiodero, sancti Aunarii episcopi et confessoris. Rome, passio sancti Herculiani militis, qui in passione sancti Alexandri legitur.

Item sancti Sollempnis episcopi. Suessionis, natalis sancti Principii episcopi, fratris sancti Remigii.

VI Kal. Oct. — Passio sancti Cipriani episcopi [v°] et sancte Justine virginis, qui apud Antiochiam multa et gravia tormenta perpessi nec superati, novissime apud Nicomediam martirio sunt coronati, atque inde Romam corpora eorum sunt delata et venerabiliter tumulata. Civitate Albano, sancti Senatoris. Arvernis, depositio sancti Apollinaris episcopi et confessoris.

V Kal. Oct. — Apud civitatem Egeam, natalis sanctorum martirum Cosme et Damiani, quorum festivitas Rome celebris habetur ; passi sunt quoque cum eis tres fratres eorum, Antimus, Leoncius et Euprepius. Apud Cordubam, sanctorum martirum Adulfi et Johannis fratrum. In territorio Augustidunensi, castro Pseuduno, passio sanctorum Florentii et Hylarii martirum.

IIII. Kal. Oct. — In Hispaniis, civitate Corduba, natalis sanctorum martirum Fausti, Januarii et Marcialis. Apud Tolosam, sancti Exuperii episcopi et confessoris. Rome, sancti Stactei. Civitate Janua, depositio sancti Salonis episcopi et confessoris. Autisiodero, depositio sancti Alodii episcopi et confessoris.

III. Kal. Oct. — In monte Gargano, venerabilis memoria beati archangeli Michaelis, ubi ipsius consecrata nomine habetur ecclesia. Autisiodero, depositio sancti Fraterni episcopi et confessoris. In Traicia, passio sanctorum Eutici et Placidi et Eracle.

II. Kal. Oct. — In Galliis, castro Salodoro quod est super Arulam fluvium, natalis sanctorum martirum Victoris [37] et Ursi, ex gloriosa legione Thebeorum. Eodem die, apud Bethleem Jude, depositio beatissimi Jeronimi, scripture divine interpretis. Civitate Placencia, sancti Antonini confessoris. Cathalaunis, sancti Leodemari episcopi et confessoris.

Kal. Octobris. — Tomis civitate, passio sanctorum Prisci, Crescentis et Evagrii. Apud provinciam Lusitaniam, civitate Olisepona, sanctorum martirum Verissimi, Maxime et Julie sororum. Civitate Tornaco, sancti Piatonis martiris. In portu Ganto, sancti Bavonis confessoris, cujus gesta habentur. Autisiodero, depositio beati Germani episcopi, quando idem honorifice traditus est sepulture. Eodem die, translatio corporum beatorum confessorum pariterque pontificum Remigii ecclesie Remensis et Vedasti Attrabatensis.

VI. Nonas [Oct.]. — Apud Nicomediam, natalis beati Eleutherii martiris cum aliis innumeris, quorum alii gladiis truncati,

alii ignibus cremati, alii in mare sunt precipitati. In territorio Adartensi, passio beati Leodegarii, Augustidunensis episcopi. Eodem die, sancti Sereni confessoris.

V. Nonas Octobr. — Natalis beati Dionisii Ariopagite, qui ab apostolo Paulo apud Athenas episcopus ordinatus ibidem glorioso martirio coronatus est. Apud antiquos Saxones, natalis sanctorum duorum Euvaldorum presbiterorum et martirum. Rome, ad Ursum Pileatum, sancti Candidi [v°] martiris.

IIII. Non. Octob. — Apud Corinthum, natalis beatorum Crispi et Gaii, quorum Paulus apostolus meminit. In Egipto, sanctorum martirum Marci et Marciani fratrum, et cum eis aliorum innumerabilium utriusque sexus atque etatis, quorum alii flammis traditi, alii in mare precipitati, alii capite cesi, alii inedia consumpti, nonnulli patibulis sunt affixi. Autisiodero, sancti Marsi presbiteri et confessoris. Parisius, depositio Auree virginis. Apud Assisiam civitatem, sancti Francisci mire sanctitatis viri et confessoris.

III. Non. Oct. — In Sicilia, natalis sanctorum martirum Placidi, Euthicii et aliorum xxx[ta]. In Eumenia, beati Trasee episcopi, apud Smyrnam martirio consummati. In Galliis, civitate Valencia, sancti Apollinaris episcopi et confessoris. Autisiodero, depositio sanctorum germanorum Firmati diaconi et Flaviane virginis.

II. Non. Octob. — Apud Capuam, natalis sanctorum martirum Marcelli, Casti, Emilii et Saturnini. Eodem die, beati Sagaris martiris, episcopi Laodicensis. Civitate Agenno, natalis Fidis virginis et martiris. Autisiodero, depositio sancti Romani episcopi et confessoris.

Non. Oct. — Rome, natalis sancti Marci pape. Item Rome, beatorum martirum Marcelli et Apulei, discipulorum beati Pauli apostoli. Apud provinciam que nuncupatur Augusta Eufratesia, sanctorum martirum Sergii et Bacchi; item apud eandem provinciam, sancte Julie virginis et martiris. Bituricas, sancti Au[38]gustini presbiteri et confessoris. In pago Remensi, vico qui vocatur Buxiolus, depositio sancti Elani presbiteri et confessoris.

VIII Idus Oct. — Apud Cretam, urbe Gortine, beati Philippi episcopi. Thessalonice, natalis sancti Demetrii martiris. Eodem die, juxta montem Oliveti, depositio sancte Pelagie, que Peccatrix appellatur. In pago Laudunensi, natalis sancte Benedicte virginis et martiris.

VII. Idus Oct. — Obitus Abrahe patriarche. Parisius, natalis beatissimorum martirum Dionisii episcopi, Rustici presbiteri et Eleutherii diaconi. Item apud Juliam, via Claudia, sancti Domnini martiris.

VI. Idus Oct. — Apud Cretam, natalis beati Piniti inter episcopos nobilissimi. Apud Coloniam Aggripinam, sancti Gereonis martiris, cognomento Mallosi, et aliorum trecentorum decem et octo martirum ; item in territorio ejusdem urbis, sancti Victoris martiris et aliorum x et vii martirum. Item sanctorum martirum Cassi et Florencii, cum aliis pluribus. In Britannia, sancti Paulini episcopi et confessoris. In pago Meldensi, monasterio Jotero, depositio sancte Theodehildis abbatisse.

V. Idus Oct. — Apud Tharsum metropolim Cilicie, natalis beatorum martirum Tharaci, Probi et Andronici. In Scochia, sancti Cainichi abbatis. In civitate Uzecia, sancti Firmini episcopi et confessoris. Turonis, sancti Venancii abbatis.

IIII Idus Oct. — Apud Ravennam, via Laurentina, natalis sancti Hedistii martiris. In Affrica, sanctorum confessorum et martirum quatuor milium [v°] nongentorum septuaginta et sex, qui cum essent ecclesiarum Dei episcopi, presbiteri et diaconi, adjunctis sibi fidelium [t]urbis populorum [a] in horribilis heremi sunt trusi exilium et ad extremum varie excruciati celebrarunt martirium ; inter quos erant Ciprianus et Felix, precipui Domini sacerdotes [b]. In Siria, sancti Eustachii presbiteri.

III. Idus Octob. — Apud Troadem, natalis sancti Carpi, discipuli apostoli Pauli. Antiochie, beati Theophili episcopi, viri eruditissimi. In Hispaniis, civitate Corduba, natalis beatorum martirum Fausti, Januarii et Marcialis. In Aquitania, monasterio Aureliaco, depositio sancti Geraldi confessoris.

II Idus Octob. — Rome, via Aurelia, natalis beati Calixti pape et martiris. In Tuscia, civitate Tudertina, depositio sancti Fortunati episcopi et confessoris. Eodem die, transitus beatissimi Justi, Lugdunensis episcopi, in heremo.

Idus Octob. — In Galliis, apud Coloniam Agrippinam, natalis quinquaginta martirum ex illa sacra legione Thebeorum. Rome, via Aurelia, sancti Fortunati. Lugduno Gallie, sancti Antiochi episcopi et confessoris. In territorio Remensi, natalis beati Basoli confessoris.

XVII. Kal. No. — In Affrica, sanctorum martirum ducentorum septuaginta pariter coronatorum, et sanctorum martirum Marciani et Satyri, cum duobus fratribus eorum, et sancte Maxime virginis et martiris. In territorio Bituricensi, sancti Ambrosii presbiteri et confessoris.

XVI. Kal. No. — Natalis beate Marthe, sororis Lazari, et beati Arustionis, unius de septuaginta Xρisti [39] discipulis. Apud

a. *D'abord* popul[is]. — b. *Ms.* sacerdotis.

Antiochiam, beati Heronis episcopi et martiris. Civitate Arausica, depositio sancti Florencii episcopi et confessoris.

XV. Kal. No. — Natalis beati Luce evangeliste, qui septuaginta et trium annorum obiit in Bithinia plenus Spiritu sancto. Rome, sancte Triphonie, uxoris quondam Decii cesaris. In territorio Belvacensi, natale sancti Justi martiris. Remis, dedicatio ecclesie majoris in honore sancte Dei genitricis omniumque sanctorum.

XIIII. Kal. No. — Apud Alexandriam, natalis sanctorum martirum Ptholomei et Lucii. In Antiochia Syrie, sanctorum martirum Beronici et Pelagie, et aliorum quadraginta et novem martirum. Turonis, depositio sancti Columbani abbatis et confessoris.

XIII. Kal. No. — In Galliis, civitate Agenno, passio sancti Caprasii martiris. Apud Aviensem provinciam, natalis beati Maximi levite et martiris. Civitate Colonia, passio sanctarum virginum Marthe et Saule, cum aliis pluribus. In territorio Remensi, villa que dicitur Alsoncia, depositio sancti Sindulfi presbiteri et confessoris.

XII. Kal. No. — Apud Nicomediam, sanctorum martirum Dasii, Zotici, Gaii cum duodecim milibus. Eodem die, depositio sancti patris nostri Hylarionis. Ipso die, transitus sancti Viatoris, ministri beati Justi episcopi. Civitate Hostia, natalis sancti Hasterii presbiterii et martiris. In Nicea Bythinie, nathalis sanctorum Macharii, Modesti, Festi et aliorum ducentorum septuaginta duorum martirum. Lauduno Clavato, natalis sancte Cilinie matris sancti Remigii.

XI Kal. No. — [v°] Jherosolimis, natalis beati Marci episcopi et martiris. Apud Adrianopolim Tracie, sanctorum martirum Philippi episcopi, Eusebii et Hermetis. In civitate Osca, sanctarum virginum Nunilonis et Helodie martirum. In pago Cathalaunensi, sancti Lupencii martiris.

X. Kal. No. — Apud Antiochiam Syrie, natalis sancti Theoderici presbiteri et martiris. In Hispaniis, natalis sanctorum Servandi et Germani martirum. Civitate Colonia, depositio sancti Severini episcopi et confessoris. In pago Pictavensi, sancti Benedicti episcopi et confessoris. Item, sancti Graciani martiris et sancti Domicii confessoris.

IX Kal. No. — In Venusia civitate Apulie, natalis sanctorum Felicis episcopi, Audacti et Januarii presbiterorum, Fortunati et Septimi lectorum et martirum. Vertao monasterio, depositio sancti Martini abbatis.

VIII. Kal. No. — Rome, natalis sanctorum martirum quadra-

ginta et sex mili[t]um. Item Rome, sanctorum martirum Theodosii, Lucii, Marci, Petri et aliorum centum viginti militum. Petragoras civitate, sancti Frontonis episcopi, disciputi beati Petri apostoli. Civitate Florencia, passio beati Mineatis martiris. In Galliis, civitate Suessionis, natalis sanctorum Crispini et Crispiniani martirum. Civitate Gavalis, depositio sancti Hylarii episcopi et confessoris. Remis, sancti Celsini presbiteri et confessoris, disciputi sancti Remigii.

VII. Kal. No. — In Affrica, natalis sanctorum martirum Rogaciani presbiteri et Felicissimi. Apud Ephesum, [40] depositio beati Policratis episcopi et confessoris. Narbona civitate, sancti Rustici episcopi et confessoris.

VI. Kal. No. — In Hispaniis, civitate Helbora, natalis sanctorum Vincencii, Sabine et Cristete martirum. Autisiodero, depositio beati Desiderii episcopi et confessoris. In pago Pictavensi, sancti Florencii presbiteri et monachi.

V. Kal. No. — Natalis beatorum apostolorum Symonis Chananei, qui et Zelotes, et Taddei, qui et Judas Jacobi legitur et alibi Lebbeus appellatur. Rome, sancte Cirille martiris, filie Decii cesaris. Civitate Meldis, sancti Faronis episcopi et confessoris. Parisius, translatio corporis sancte Genovefe virginis. Suessionis, depositio sancti Diviciani episcopi et confessoris.

IIII Kal. No. — Jherosolimis, natalis sancti Narcisi episcopi, fidei devotione clarissimi. Apud Sydonem urbem, beati Zenobii presbiteri et martiris. In Lucania provincia, sanctorum martirum Jacincti, Quinti, Felicis et Lucii.

III. Kal. No. — Civitate Tingitana [a], natalis sancti Marcelli centurionis et martiris. Apud Affricam, natalis sanctorum ducentorum viginti martirum. Antiochie, sancti Serapionis episcopi. Tolosa civitate, translatio corporis Saturnini episcopi et martiris.

II. Kal. No. — Vigilia Omnium Sanctorum. Rome, via Appia, natalis sanctorum martirum Nemesii diaconi et Lucille filie ejus. In Galliis, oppido Virmandensi, sancti Quintini martiris. [v°]

Kal. November. — Festivitas Omnium Sanctorum, quam Bonefacius papa omnibus annis agi instituit. Apud castrum Divionem, natalis sancti Benigni presbiteri et martiris. In Campania, civitate Terracina, sanctorum martirum Cesarii diaconi et Juliani presbiteri; et natalis sancti Severini monachi et sancte

a. *Ms.* Tingitaitana, *avec le premier* a *exponctué.*

Marie virginis et martiris. Parisius, depositio sancti Marcelli, ejusdem urbis episcopi. Apud Baiocas, sancti Vigorii episcopi.

IIII. Non. Novemb. — Natalis beati Victorini Pitabionensis episcopi. Apud Laodiciam, sancti Theodoti episcopi, doctissimi viri. Eodem die, sancti Ambrosii abbatis monasterii Agaunensis. Rome, sancti Eustachii martiris, cum uxore et duobus filiis Agapio et Theopiste, quorum miri actus leguntur.

III. Non. Novemb. — Natalis sancti Quarti apostolorum discipuli. Apud Cesaream Cappadocie, passio sanctorum Germani, Theophili, Cesarii et Vitalis martirum. Cesar Auguste, sanctorum innumerabilium martirum, qui sub Daciano preside occubuerunt mirabiliter pro Xpisto.

II. Non. No. — Apud Alexandriam, depositio sancti Jherii presbiteri, admirabilis doctrine viri. In Galliis, civitate Rotenus, natalis sancti Amancii episcopi et confessoris. In pago Vilcasino, sancti Clari presbiteri et martiris. Bituricas, sancti Luxoris pueri et confessoris. Augustiduni, depositio sancti Proculi episcopi.

Non. Novemb. — Zacharie prophete, patris beati Johannis Baptiste. In Terraci[41]na Campanie civitate, natalis sanctorum martirum Felicis presbiteri et Eusebii monachi.

VIII Idus No. — Toniza Affrice, natalis sancti Felicis martiris. In Oriente, civitate Theopoli, passio sanctorum decem martirum. In Frigia, sancti Attici martiris. In territorio Aurelianensi, sancti Leti confessoris.

VII Idus No. — Alexandrie, depositio beati Achillee episcopi. Apud urbem Albigensem, natalis sancti Amaranti martiris. Apud Perusinam urbem Italie, sancti Herculiani episcopi et martiris. In Frisia, depositio sancti Vuilebrordi episcopi et confessoris.

VI Idus No. — Rome, natalis beatorum martirum Claudii, Nicostrati, Simproniani, Castorii atque Simplicii. Item Rome, sanctorum martirum quatuor coronatorum, id est Severi, Severiani, Carpofori et Victorini.

V Idus No. — Apud Amasiam [a] civitatem Marimaritanorum, natalis sancti Theodori martiris. Bituricas, sancti Ursini, primi ejusdem civitatis episcopi.

IIII. Idus No. — In territorio Agathensi, natalis sanctorum martirum Tyberii, Modesti et Florencie. Apud Antiochiam, passio sanctorum Demetrii episcopi, Aniani diaconi, Eustosii et

a. *Ms.* Amatiam.

aliorum viginti martirum. Aurelianis, depositio Coonitonis[a] episcopi. Cersone, natalis sancti Martini pape.

III. Idus No. — In Galliis, Turonis civitate, natalis beati Martini episcopi et confessoris. In Scythia, metropoli Frigie Salutarie, passio sancti Menne martiris, cujus sacra[v°]tissimum corpus Constantinopolim translatum est. Lugduni, depositio sancti Verani epicopi et confessoris.

II Idus Novemb. — Apud Affricam, commemoratio sanctorum Archadii, Paschasii et Euticiani. Apud provinciam Tarragonensem, civitate Tyrassona, depositio beati Emiliani presbiteri et confessoris. Civitate Aggrippinensi, sancti Chuniberti episcopi. Castello Miliduno[b], sancti Leonis confessoris. Eodem die, sancti Melanii Rodonice civitatis episcopi. Alexandrie, natalis beati Johannis Elemosinarii episcopi et confessoris.

Idus Novemb. — Apud Ravennam, natalis sanctorum Valentini, Solutoris et Victoris martirum. In Provincia, apud civitatem Aquis, beati Mitrii[c] clarissimi martiris. Toleto civitate, depositio beati Eugenii episcopi et confessoris. Turonis, sancti Briccii episcopi et confessoris. In territorio Senonico, passio sancti Paterni martiris.

XVIII. Kal. Decemb. — Apud Traciam, civitate Heraclea, natalis sanctorum martirum Clementini, Theodoti, Philomini. Alexandrie, beati Serapionis martiris. In Laodicia, sancti Anatholii episcopi, viri eloquentissimi.

XVII. Kal. Decemb. — Apud Nolam Campanie urbem, natalis beati Felicis episcopi, a quinto decimo etatis sue anno miraculorum insignis fuit et sub Marciano preside cum aliis triginta martiribus martirium complevit. Eodem die, in territorio Parisiacensi, sancti Eugenii martiris. [42]

XVI. Kal. Decemb. — Lugduno Gallie, depositio sancti Eucherii, admirande sanctitatis et sciencie viri. In Affrica, passio sanctorum Petri, Pauli, Adriani et Secundiani. Apud Capuam, sanctorum martirum Vitalis, Januarii et Justi.

XV Kal. Decemb. — Apud Alexandriam, natalis sancti Dyonisii episcopi, in multis confessionibus clari et pro passionum tormentorumque diversitate magnifici. Aurelianis, depositio sancti Aniani episcopi et confessoris. Apud Pontum, natalis beati Gregorii Gneocesariensis episcopi et martiris.

XIIII Kal. Decem. — Corduba civitate, natalis sanctorum martirum Aciscli et Victorie. Apud Antiochiam, natalis sancti

a. *Lire* Monitoris. — b. *Ms.* Milidurio. — c. *Ms.* Mitrie.

Romani monachi, gloriosissimi martiris, cum quodam puero Barala nomine, cujus agonem Aurelius Prudentius luculentissime describit. Eodem die, in eadem urbe, beati Esychii martiris.

XIII Kal. Decemb. — Rome, via Appia, natalis sancti Maximi presbiteri et martiris. Apud Viennam, passio sanctorum Severini, Exuperii et Feliciani martirum. Civitate Astiagensi, sancti Crispini episcopi et martiris. Eodem die, passio beati Fausti martiris. Augustiduno, depositio sancti Simplicii episcopi et confessoris,

XII Kal. Decemb. — Rome, natalis sancti Ponciani pape et martiris. In Sicilia, civitate Messana, passio sanctorum Ampeli et Gaii. Civitate Taurinis, passio sanctorum Octavi, Solutoris et Adventoris. [v°] Apud Cavillonem, depositio sancti Silvestri episcopi et confessoris.

XI. Kal. Decemb. — Natalis beatissimi Rufi, de quo Apostolus scribit. In Histria [a], passio sancti Mauri martiris.

X. Kal. [Dec.]. — Rome, natalis sancte Cecilie virginis et martiris. Item Rome, sancti Mauri martiris. Apud Cesaream Cappadocie, natalis sanctorum martirum Longini militis et Afrodisii commentariensis. Augustiduni, sancti Pragmacii episcopi et confessoris.

IX Kal. Decemb. — Rome, natalis sancti Clementis pape et martiris. Item Rome, sancte Felicitatis martiris, matris septem filiorum martirum. In pago Hasbanio, depositio sancti Trudonis presbiteri et confessoris. Parisius, beati Severini monachi et solitarii. In Italia, Bobio monasterio, sancti Columbani abbatis, qui multorum fundator cenobiorum et innumerabilium pater extitit monachorum. Civitate Emerita, sancte Lucrecie virginis. In pago Laudunensi, sancti Godeberti presbiteri et confessoris.

VIII. Kal. Decemb. — Rome, natalis beati Grisogoni martiris. Item Rome, sancti Crescenciani martiris. Civitate Corduba, passio sanctarum virginum Flore et Marie. Apud Pelusiam Tuscie civitatem, sancti Felicissimi.

VII Kal. Decemb. — Apud Alexandriam, natalis beati Petri episcopi, satis excellentis ingenii et victoriosissimi martiris ; passi sunt cum eo ex Egipto episcopi fere cum clericis et laicis sexcenti sexaginta. Ant[i]ochie, sancti Herasmi [b] martiris. Item apud Alexandriam, passio beate virginis [43] Katherine, cujus sacratissimum corpus ab angelis in montem Synai translatum est et ibidem gloriose sepultum.

a. *Ms.* Sustria. — b. *Ms.* Herasi-ni.

VI. KAL. DECEMB. — Rome, in Vaticano, natalis beati Lini pape et martiris. Apud Alexandriam, passio sanctorum Fausti presbiteri, Dii et Ammonii martirum. Item Rome, translatio corporis et festivitas ejusdem [a] beati Alexandri episcopi et martiris. Augustiduni, depositio sancti Amatoris episcopi et confessoris. In pago Remensi, depositio beati Basoli presbiteri et confessoris.

V. KAL. DECEMB. — Apud Bononiam Italie urbem, natalis sanctorum Vitalis et Agricole martirum, qui post gravia tormenta cruci affixi sunt. In Galliis, civitate Regiensi [b], sancti Maximi episcopi, qui tres mortuos suscitavit et alia miracula maxima fecit.

IIII. KAL. DECEMB. — Apud Corinthum, natalis beati Sosthenis, disciputi Pauli. Rome, sancti Rufi martiris, quem Dioclecianus cum omni domo sua punitum Xρisti martirem fecit. In Affrica, sanctorum martirum Papinii et Mansueti episcoporum.

III. KAL. DECEMB. — Vigilia sancti Andree apostoli. Rome, natalis sancti Saturnini martiris et Sysinnii diaconi. Item Rome, passio sancti Crysanti, multa et gravia tormenta perpessi, et Darie virginis et martiris. Item apud Tolosam, sancti Saturnini episcopi et martiris.

II. KAL. DECEMB. — In civitate Patras provincie Achaie, passio beati Andree apostoli. Eodem die, apud Sanctonas, sancti Trojani episcopi et martiris. [v°]

KAL. DECEMBRIS. — Rome, natalis sanctorum martirum Diodori presbiteri et Mariani diaconi, cum aliis pluribus. Apud civitatem Magontiam, natalis sancti Albini martiris. Civitate Noviomo, depositio sancti Eligii episcopi et confessoris. Civitate Narnia, sancti Proculi presbiteri. Apud Bizanciam, sancte Natalie, uxoris beati Adriani martiris.

IIII. NON. DECEMB. — Natalis sanctorum Veri et Securi fratrum, qui apud Affricam martirio coronati sunt. Rome, sancte Viviane virginis et martiris.

III. NON. DECEMB. — Rome, natalis sanctorum martirum Claudii tribuni et uxoris ejus Hilarie, ac filiorum Jasonis et Mauri, cum septuaginta militibus. Tingi, metropoli Mauritanie Tingitane, natalis sancti Cassiani martiris.

II NON. DECEMB. — Rome, natalis sanctorum martirum Simphronii, Olimpii et uxoris ejus Exuperie ac filii Theodoli, qui

a. *Voir au* XI. kal. octob. — b. *D'abord* Remensi, *corrigé postérieurement*.

omnes igne examinati sunt. In Affrica, natalis sanctorum Armogasti, Archinimi et Satyri martirum. Apud Pontum, beati Meletii episcopi et confessoris. Alexandrie, sancti Clementis presbiteri, viri eruditissimi.

NONAS DECEMB. — In Affrica, apud coloniam Thebestinam, natalis sancte Crispine martiris. Eodem die, in Italia, beati Dalmatii martiris. Treveris, sancti Nicecii episcopi et confessoris. In Affrica, Julii et Potamie.

VIII IDUS DECEMB. — Natalis beati Nicholai, episcopi [44] Murreorum Licie. In Affrica, natalis sanctarum Dionisie, Dative et Leoncie, et religiosi viri nomine Tercii, et Emiliani et Bonefacii, cum aliis tribus, qui ob catholicam fidem multa et gravia tormenta perpessi sunt.

VII. IDUS DECEMB. — In Alexandria, natalis beati Agathonis martiris. In Spolitana urbe, sancti Sabini episcopi et martiris. Apud Sanctonas, depositio beati Martini abbatis. In pago Meldicensi, sancte Fare virginis.

VI IDUS DECEMB. — Rome, natalis sancti Eutichiani pape et martiris. Apud Alexandriam, beati Macharii martiris. In territorio Dunensi, depositio sancti Leonardi confessoris. Item, conceptio beate virginis Marie, cum majori sollempnitate que sit in hac ecclesia, et distribuuntur canonicis qui intererunt officio LX[a] solidi Paris., quos debent persolvere senescalli, quos accipient apud Justinas, quos emit magister Guillelmus de Cramaus a capitulo, precio LX libr. Paris.; et communitas cappellanorum debet dare capellanis qui intererunt matutinis V solidos Parisien. et illis qui intererunt misse V sol. Paris., pro quibus dictus magister G. dedit eis X libras Paris.

V. IDUS DECEMB. — Apud Toletum, natalis sancte Leuchadie virginis et martiris. Eodem die, beati Cypriani abbatis Petragorici, magnifice sanctitatis viri.

IIII. IDUS DECEMB. — Apud Emeritam Hispanie civitatem, natalis sancte Eulalie virginis et martiris. Eodem die, apud prefatam urbem, sancte Julie virginis et martiris. Civitate Spoleta, natalis sanctorum martirum [v°] Carpophori presbiteri et Abundii diaconi.

III IDUS DECEMB. — Danihelis prophete. Rome, depositio Damasi pape. Item Rome, natalis sanctorum Pretextati atque Thrasonis martirum. Civitate Ambianis, passio sanctorum Victorici, Fusciani atque Genciani, preclarissimorum martirum. In Hispaniis, civitate Emerita, sancti Euthicii, cujus gesta habentur.

II. IDUS DECEMB. — Natalis sanctorum martirum Hermogenis, Donati et aliorum viginti duorum. Apud Alexandriam, passio

beatorum Epimachi et Alexandri martirum. Eodem die, apud prefatam urbem, passio sanctarum IIII^{or} mulierum, id est Ammonarie, Mercurie, Dionisie, item Ammonarie. Apud urbem Narbonam, depositio beati Pauli episcopi et confessoris. In pago Vinmacense, natalis sancti Walerici presbiteri et confessoris.

IDUS DECEMB. — Apud Siracusam, Sicilie civitatem, natalis sancte Lucie virginis et martiris. Eodem die, sancti Autberti Cameracensis episcopi.

XIX. KAL. JAN. — Apud Cyprum, natalis beati Spiridionis episcopi et confessoris. Antiochie, passio sanctorum Drusi, Zosimi et Theodori martirum. Apud Alexandriam, passio beatorum Heronis, Arsenii et Ysidori atque Dioscori martirum. Remis, sancti Nichasii episcopi et martiris, et sancte Eutropie sororis ejus, cum sociis eorum.

XVIII KAL. JAN. — Apud Affricam, beati Valeriani episcopi et confessoris. In territorio Aurelianensium, sancti Maximi presbiteri et confessoris.

XVII. KAL. JAN. — Trium puerorum Ananie, [45] Azarie et Misahelis. Eodem die, natalis beatorum martirum Rufi et Zosimi. In Tuscia, passio sancte Barbare virginis et martiris, que maxima et gravia tormenta pertulit pro Xpisto. Ravenne, sanctorum martirum Valentini, Naulis et Agricole.

XVI. KAL. JAN. — Apud Antiochiam, translatio corporis sancti Ignacii martiris ab urbe Roma, qui passus est Rome kal. februarii. Eodem die, natalis beati Lazari, quem Dominus suscitavit; item beate Marthe, sororis ejus. In Oriente, apud Eleutheropolim civitatem, passio sanctorum quinquaginta martirum.

XV. KAL. JAN. — In Affrica, natalis sancti Moysitis martiris. Rome, passio beate Anatholie virginis et martiris. Turonis, sancti Taciani, primi ejusdem urbis episcopi.

XIIII KAL. JAN. — In Egipto, natalis beati Nemesii martiris. Civitate Nicea, sancti Darii martiris. Aurelianis, depositio sancti Aviti abbatis. Autisiodero, depositio beati Gregorii episcopi et confessoris.

XIII. KAL. JAN. — Apud Alexandriam, natalis beatissimorum martirum Ammonis, Zenonis, Ptholomei, Ingenii et Theophili. In Tracia, civitate Gedulba, sancti Julii martiris. Item in Amphitrea, sancti Liberati.

XII KAL. JAN. — Apud Edessam civitatem, translatio corporis sancti Thome apostoli, qui in India v° nonas julii passus, in Edessam civitatem Syrie XII° kal. januarii est translatus. Cathalaunis, sancti Memmii, episcopi primi illi civitati ab urbe

Roma directi, qui inter alia innumera miracula mortuum suscitavit. In Tuscia, passio sanctorum Johannis et Festi.

XI Kal. Jan. — [v°] Rome, via Lavicana, inter duas Lauros, natalis sanctorum triginta martirum, qui omnes uno die persecutione Diocleciani coronati sunt, Apud Alexandriam, beati Schyrionis martiris. Civitate Hostia, passio sanctorum Demetrii, Honorati et Flori. In Egipto, natalis plurimorum martirum, qui in desertis locis et montibus oberrantes, fame, siti, frigore, langore, latronibus bestiisque consumpti sunt. Eodem die, sancte Teodosie virginis et martiris, et sancti Didimi monachi, eruditissimi viri.

X. Kal. Jan. — Apud Nicomediam, natalis sanctorum viginti martirum. Rome, passio beatissime Victorie virginis et martiris. Item Rome, sancti Evaristi pape et martiris. Item Rome, depositio beati Servuli, de quo sanctus Gregorius scribit.

VIIII. Kal. Jan. — Vigilia natalis Domini. Apud Antiochiam Syrie, natalis sanctarum quadraginta virginum et martirum. Apud Spoletum, natalis sancti Gregorii presbiteri et martiris incliti. Civitate Tripoli, sancti Luciani.

VIII Kal. Jan. — Nativitas Salvatoris Domini nostri Jhesu Xpisti, ex Maria virgine temporaliter geniti, ex Deo Patre ante omnia tempora eternaliter. Eodem die, natalis sancte Anastasie martiris, cum ducentis viris et septingentis feminis. Item Rome, in cimiterio Aproniani, natalis sancte Eugenie virginis et martiris.

VII. Kal. Jan. — Apud Jherosolimam, passio sancti Stephani prothomartiris, qui ab apostolis diaconus est ordinatus atque eodem anno quo et Xpistus passus [46] a Judeis est lapidatus. Rome, via Appia, depositio sancti Dyonisii pape. Eodem die, natalis sancti Marini clarissimi martiris.

VI. Kal. Jan. — Natalis sancti Johannis apostoli et evangeliste. Jherosolimis, ordinatio episcopatus beati Jacobi apostoli, fratris Domini. Alexandrie, natalis sancti Maximi episcopi et confessoris. In partibus Aquileie, sancti Zoeli presbiteri et confessoris.

V Kal. Jan. — Bethleem, natalis sanctorum Innocentum, qui ab Herode rege interfecti sunt. Anchira Galacie, passio sanctorum Eutici presbiteri et Domiciani diaconi.

IIII [Kal. Jan.] — Jherosolimis, depositio David regis. Apud Arelaten, sancti Trophimi episcopi, qui ab apostolis ad eandem urbem directus est. Et in pago Oximinse, sancti Ebrulfi confessoris. In Anglia, apud urbem Cantuariam, natalis beati Thome episcopi et martiris.

III Kal. Jan. — Apud Spoletum, passio sanctorum martirum Sabini episcopi, Exuperancii et Marcelliani diaconorum, Venustiani quoque cum uxore et filiis. Alexandrie, sancti Mansueti martiris, cum aliis decem. Turonis, natalis sancti Perpetui episcopi et confessoris. In Oia insula, depositio sancti Florencii confessoris. Suessionis, translatio corporis sancti Onesimi episcopi et confessoris.

II. Kal. Jan. — Rome, natalis sancti Silvestri pape. Apud Senones, sanctorum Sabiniani et Potenciani martirum; et in eadem urbe, passio sancte Columbe virginis. Re[v°]tiarie, sancti Hermetis exorciste. In Cesarea Cappadotie, depositio sancti Basolii episcopi et confessoris.

CALENDARIUM

ECCLESIAE CATHEDRALIS REMENSIS.

[*Ms. de Reims 326, f° A*].

JANUARIUS XXXI dies habet, luna XXX.

Prima dies Jani septena detur inani.

III	A	Kal.	Januarii. Circumcisio Domini, IX lectiones cum IX candelis. *Johannis de Sparnato*[1].
	B	IIII Non.	Octave sancti Stephani, III lectiones. *Odonis regis*[2], C et XV solid.
XI	C	III —	Genovefe, virginis, III lectiones.
	D	II —	Rigoberti, archiepiscopi et confessoris, IX lectiones cum IX candela[3]. *Gode-*
XIX	E	Non.	[*fridi scholais*[4], LX solid.
VIII	F	VIII Id.	Epiphania Domini, IX lectiones cum IX can-
	G	VII —	*Anselli de Torota*[5], VI libr. [delis.
XVI	A	VI —	
V	B	V —	*Milonis de Lagerio*[6], L solid.
	C	IIII —	
XIII	D	III —	[delis.
II	E	II —	Octave Epiphanie, IX lectiones cum V can-
	F	Idus.	Remigii, archiepiscopi et confessoris, IX lectiones cum IX candelis. *Basonis, archidiaconi*[7], XVIII libr.

1. *Jean d'Épernay, chanoine. Mentionné au 2 janvier dans l'Obituaire de l'église de Reims* (VARIN, Arch. législ. de Reims, Statuts, t. I, p. 63). — 2. *Eudes, roi de France en 888, mort le 1er janv. 898.* — 3. *Lire* candelis. — 4. *Lire* scholastici. *Godefroy, chanoine et écolâtre de l'église de Reims, disciple et successeur de st Bruno, chancelier dès l'année 1078* (MARLOT, Metrop. Remens. hist., t. II, p. 135). — 5. *Anselme de Thourotte, sous-diacre et chanoine* (VARIN, Statuts, t. I, p. 63). — 6. *Milon de Lagery, chanoine* (VARIN, *ibid.*, p. 64). — 7. *Boson, archidiacre de Champagne en 1170* (cf. VARIN, *l. c.*).

X	G	XIX	Kal.	Februarii. Felicis in Pimcis[1], confessoris, III lectiones.
	A	XVIII	—	*Gregorii*[2], LXX solid.
XVIII	B	XVII	—	Marcelli, pape et martiris, IX lectiones cum IX candelis.
VII	C	XVI	—	Antoignii, martiris[3].
	D	XV	—	Prisce, virginis, III lectiones.
XV	E	XIIII	—	Octave beati Remigii, IX lectiones cum V candelis.
IIII	F	XIII	—	Fabiani et Sebastiagni[4].
	G	XII	—	Agnetis, virginis, IX lectiones cum V candelis. *Rainardi*, *archiepiscopi*[5], XXIIII libr.
XII	A	XI	—	Vincencii, martiris, IX lectiones cum IX candelis.
I	B	X	—	Macharii et Emerenciane, virginis, III lectiones.
	C	IX	—	*Hadebordi*, *comitis*[6], XXX solid.
IX	D	VIII	—	Conversio sancti Pauli; Prejecti, martiris; IX lectiones cum V candelis. *Bliardi*[7],
	E	VII	—	[C solid.
XVII	F	VI	—	Juliani, episcopi et confessoris, IX lectiones cum V candelis.
habentur in quarta ebdomada, ita ordinantur laudes : secunda feria ante Natale proxima, repetuntur laudes que remanserunt in festo beate Lucie, scilicet *Rorate celi*, mutata tamen antiphona de cantico ad illam antiphonam de cantico que dicta fuit feria II^a^ precedenti, scilicet *Haurietis*; antiphona ad Benedictus *Ave Maria*. Secunda etiam feria, V^a^ et VI^a^ hujus ebdomade responsa de *Canite* [1] repetuntur.

Tercia feria repetuntur ℟ et laudes que remanserunt in festo sancti Nichasii, videlicet *Clama* et *Prophete*, mutata tamen antiphona de cantico *Da mercedem*, que dicenda remansit de laudibus *Rorate*; ant. ad Benedictus *Quomodo fiet*.

Quarta feria celebratur festum beati Thome, apostoli, et dicitur ad matutinas, post orationem de apostolo, hec antiphona de Adventu *Noli timere*.

Quinta feria recolliguntur hee antiphone *Dicit Dominus*, *Consurge*, *Elevate*, *Ecce Deus meus*, que dicta fuit ad canticum quinta feria precedenti ; ad Laudate ant. *Ponant Domino*; ad Benedictus *Dabit ei*.

Sexta feria recolliguntur hee antiphone *Omnis vallis*, *Consolamini*, *Le*[v°]*tamini*, *Deus a Libano veniet*, que dicta fuit ad canticum VI^a^ feria precedenti; ad Laudate *Hoc est testimonium* ; ad Benedictus dicitur *Vigilate*.

QUANDO NATALE SECUNDA FERIA CELEBRATUR, MULTA RESTANT DICENDA. — Precedenti ebdomada habentur, sicut dictum est, proprie laudes. V^a^ feria ad Benedictus ant. *Nolite timere*. In supervigilia Natalis ant. *Vigilate animo*. In vigilia, in invitatorium, quod est proprium, canitur *Hodie scietis*; dicea [2], sicut mos est, canitur ; sex lectiones et sex ℟ de dominica dicuntur; evangelium de vigilia pronunciatur *Cum esset desponsata*; tria ultima ℟ de vigilia dicuntur *Sanctificamini*. Ad laudes *Judea et Jherusalem* et alie que sequuntur ; ad Benedictus ant. *Completi sunt*. Post matutinas non repetitur antiphona vel [3] collecta de dominica, cum evangelium de dominica non fuit pronunciatum. Missa de vigilia cantatur cum Alleluia de dominica *Veni Domine*; collecta de dominica non dicitur.

Quando Natale tercia feria celebratur, plena sunt omnia, et die dominica precedenti dicitur ad Benedictus hec ant. *Vigilate*, sicut superius est expressum.

1. *Le* 4e *dimanche de l'Avent. Ce mot* Canite *est le* 1er *mot du* 1er *répons de matines. Cette manière de désigner les dimanches par le* 1er *mot du* 1er *répons existait aussi à Laon : voir* Bibl. liturg., *t. VI, pp. 7, 82, 163, 165.* — 2. *Lire* dieta, *les psaumes de la férie.* — 3 *Lire* et.

Quando Natale quarta feria celebratur, II^a feria precedenti repetuntur ℟ *Paratus* et laudes que remanserunt in festo sancti Thome *Venit*, mutata tamen ant. de cantico ad illam ant. que dicta fuit ad canticum II^a feria precedenti, scilicet *Haurietis* ad hanc *Vigilate*.

Quando Natale V^a feria celebratur. — Quando Natale V^a feria celebrabitur, dominica precedenti ad matutinas, post orationem de apostolo, dicitur antiphona de Adventu *Nolite timere*. Secunda (a) feria ante Natale canuntur tria prima ℟ de *Canite* et laudes *Canite tuba*, sicut in ordine inveniuntur, etiam? ant? ad Benedictus.

Tercia feria. Tercia feria dicuntur tria media ℟ de *Canite* et laudes de IIII^a dominica repetuntur, scilicet *Veniet*, que remanserunt in festo sancti [3] Nichasii; ad Benedictus *Vigilate*.

Quando Natale VI^a feria celebratur. — Quando Natale VI^a feria celebratur, ℟ et laudes de beate Lucia, cujus festum tunc accidit die dominica, cantantur sabbato precedenti. Secunda feria instanti ante Natale agitur festum sancti Thome apostoli. Post matutinas de apostolo sequitur ant. de Adventu *Nolite timere*. III^a feria repetuntur laudes *Ecce veniet*, que remanserunt in festo sancti Nichasii, mutata tamen ant. de cantico *Da mercedem*, que dicta fuit III^a feria precedenti; ant. ad Benedictus *Ave Maria gratia plena*.

IIII^a feria. Quarta feria colliguntur laudes de hiis ant. *Dicit Dominus*, *Consurge*, *Elevare*; quarto loco repetitur ant. de cantico *Ecce veniet*, que dicta fuit quarta feria precedenti; ad Laudate ant. *Ponatur Domino*; ad Benedictus ant. *Vigilate*.

Quando Natale sabbato celebratur. — Quando Natale celebratur sabbato, II^a feria precedenti repetuntur laudes que remanserunt in festo beate Lucie *Ecce veniet*, sicut in ordine inveniuntur; ant. ad Benedictus *Ave Maria*.

Tercia feria. Tercia feria ad matutinas, post orationem de beato Thoma apostolo, sequitur de Adventu *Nolite timere*.

IIII^a feria repetuntur laudes *Rorate celi*, que remanserunt in festo beati Nichasii, mutata tamen ant. de cantico, que dicta fuit IIII^a feria precedenti; ad Benedictus ant. *Quomodo*.

V^a feria. Quinta feria recolliguntur ad laudes antiphone hee *Omnis vallis*, *Consolamini*, *Consolamini*, *Letamini*; ad canticum repetitur ant. que dicta fuit ad canticum V^a feria precedenti, scilicet *Ecce Deus meus*; ad Laudate ant. *Hoc est testimonium*; ad Benedictus ant. *Vigilate*. Ideo autem dicimus, hoc anno, ad laudes has antiphonas *Omnis*, *Consolamini* et sequentes, preter-

missis prioribus que in anno precedenti dicte fuerunt, ut saltem que dicte non fuerunt in uno, in [v°] alio dicantur [1].

Presbiteri et pueri tenentur esse rasi.

Sabbato itaque proximo ante dominicam initiantis Adventus canitur ℟ ad vesperas *Ecce dies veniunt*. Hymnus *Conditor*. Commemoratio sancte Crucis pretermittitur omnino per totum

1. *Ms. 328, fol. 15 v° et suiv.* DE BEATA MARIA PER ADVENTUM AD MISSAM. Per totum Adventum ad missam de beata Maria canitur introitus *Rorate*; epistola *Locutus est Dominus ad Achaz dicens*; ℟ *Qui sedes*; alleluia *Ostende*; evangelium *Missus est*; offertorium *Ave Maria*; communio *Ecce virgo*. Sabbato *Gloria in excelsis* non dicitur; sequentia dicitur *Ave Maria* et *Credo*; *Ite missa est* non dicitur, sed *Benedicamus*; et diaconus et subdiaconus utuntur casulis.

Omni die dominica tenentur pueri nostri ferre crucem ante sacerdotem ad processionem, nisi festum que [= quod] cum IX candelabris agatur ea die acciderit: tunc tenentur duo custodes ferre cruces in capis sericis tam in hyeme quam in estate.

Nunquam canitur *Gloria tibi Domine* ad horas in fine hymni, nisi infra octavas sollempnes et in die dominica infra quaslibet octavas et in octavo die.

Notandum est quod septem sunt generales rasure canonicorum: in Natali, in Pascha, in Pentecoste, in Assumptione beate Marie, in Nativitate, in Purificatione et in Dedicatione ecclesie; presbiteri autem et pueri tenentur esse rasi in festis in quibus dupliciter cantatur, et insuper in principio Adventus [16] et in Quinquagesima et in Ramis palmarum, si tamen dicte rasure a se invicem distent octo diebus; si enim due rasure evenirent infra tempus non habens octo dies, una sola rasura sufficeret. Versus:

Assump. Nati. Dedi. Nata. Puri. Paschaque Penthe.
    Omnes raduntur. Sanctorum nuntiat Ascen.
Adven(i)t. esto Rami. Bis Nicha. Remigii.
    Bis. et (si) sic duplum presbite. perso. pue.
Si rasura duplex contingat in octo diebus,
Fit semel illa. nisi majore sit ultima festo.

OFFICIUM IN CENA DOMINI. — In Cena Domini ad matutinas omnino pretermittitur *Deus in adjutorium*, invitatorium, *Gloria Patri*, sed ab antiphona incipitur *Zelus domus tue*, et statim excelse inchoatur psalmus *Salvum me fac Deus*; quo finito sine *Gloria Patri*, repetitur antiphona et finitur sine tono; simili modo et alii psalmi et alie antiphone cantantur; ℣ *Exurge Domine et judica causam meam*; ad lectiones benedictiones non dantur, nec etiam post *Pater noster* a presbitero dicitur *Et ne nos*; similiter fit in aliis nocturnis, nisi quod versiculi mutantur: in secundo nocturno ℣ *Deus meus eripe me de manu peccatoris*, in III° nocturno ℣ *Homo pacis mee in quo speravi magnificavit adversum me supplantationem*; in singulis autem nocturnis tercia ℟ repetuntur. In laudibus dicuntur antiphone proprie super psalmos, scilicet *Miserere mei Deus* et alios qui pertinent ad V^am^ feriam; versiculus non habetur, sed statim, finita antiphona, super *Laudate Dominum de celis* et sine tono incipitur *Traditor autem*, et decantatur alta voce *Benedictus*; interim vero omne lumen ecclesie extinguitur preter unicam candelam, que intra majus altare abscunditur, et tunc in tenebris decantatur *Benedictus* cum sua antiphona; qua finita sine tono, incipit alte unus puer a dextro latere altaris *Kyrieleison*, et alius a sinistro latere *Xpisteleyson*; tunc duo presbiteri vel duo diaconi, stantes in pulpito ubi legitur evangelium, cantant *Qui passurus*; duo diaconi vel duo subdiaconi stantes ante pulpitum, quod est in medio choro, vel etiam post majus altare dispositi pariter respondent *Domine miserere nobis*; chorus vero [v°] insimul cantat *Xpistus Dominus factus est obediens*; et postea a sinistro altaris incipit puer *Kyrieleyson*, et alius a dextris *Xpisteleyson*; deinde sacerdotes vel dyaconi alium versum *Qui prophetice*, post quem, sicut prius, respondent qui appositi sunt *Domine miserere nobis*; deinde chorus *Xpistus Dominus*; tercio puer a

Adventum et etiam usque ad octavas Pasche. Septem tamen candelabra statuuntur ante majus altare ; verum et precentor ebdomadarius non mutat chorum, si teneat cantum in sinistra parte chori. Ad matutinas legitur Ysaias propheta et usque ad Nativitatem Domini.

Sabbato ad vesperas et tota die dominica sequente subticentur hore de beata Maria.

Hac nocte non canitur *Gloria Patri* post duos primos versus de *Aspiciens* [1], sed tantummodo post tercium ; et infra ebdomadam, quando canitur *Aspiciens*, primus versus dicitur, pretermissis secundo et tercio. Ad matutinas, in primo nocturno ℣ *Ex Syon species decoris ejus*, in II° nocturno ℣ *Egredietur Dominus de loco sancto suo*, in III° nocturno ℣ *Egredietur virga de radice Jesse* ; versiculus ante laudes *Emitte agnum Domine dominatorem terre ;* ℣ ante Benedictus *Vox clamantis in deserto. Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis* per totum Adventum non dicuntur, nisi fuerit festivitas alicujus sancti IX lectionum.

Ad horas diei antiphone de matutinis laudibus replicantur, sed ad vesperas nequaquam ; simile fit in aliis diebus dominicis per Adventum.

Ad processionem in claustro dicitur ℟ *Ecce dies veniunt* cum ℣ ; in introitu ecclesie per totum Adventum ant. *Gaude et letare*,

dextris incipit *Kyrieleyson*, alius a sinistris succinit *Xpisteleison ;* tercium ℣ *Qui expansis* dicunt qui alios duos cantaverunt ; deinde more predicto respondetur *Domine miserere nobis ;* deinde a choro *Xpistus Dominus ;* quo finito sub silencio, stando et sine precibus finiuntur matutine sub hac collecta *Respice quesumus Domine super hanc familiam tuam* etc. Hoc modo finiuntur matutine in duobus diebus sequentibus, nisi quod preces cum *Miserere mei Deus* adjunguntur, et a binis inter se murmuratim dicuntur. Tunc, pulsato uno de stallis bis vel ter, effertur candela que in altari erat recondita, et restituitur luminare per ecclesiam, sicut solitum est.

Officium cantoris. — Officium cantoris est recipere corpora deportata ad hostium ecclesie Remensis, et debet incipere *Subvenite* et alia que secuntur. Debet etiam idem cantor processiones tocius anni et antiphonas que in eisdem incipiuntur, per se vel per alium ordinare. Sciendum est etiam quod predictus cantor debet incipere antiphonam ad *Benedictus* et ad *Magnificat* omni die quando sunt IX lectiones ; et debet in tribus lectionibus intonare psalmum ad *Benedictus* et ad *Magnificat*, et tenere chorum ad missam quandocumque dominum Remensem missam in ecclesia Remensi contigerit celebrare.

Officium succentoris. — Succentoris officium est quod in omnibus diebus quando sunt novem cerei sine duplo, tenetur facere per se vel per alium chorum ad missam cum precentore ebdomadario. Item tenetur facere chorum ad vesperas et ad matutinas et missam, vel alius pro eo, quando dupliciter cantatur ; et quandocumque sunt processiones sollempnes, debet assistere cantori in processionibus ordinandis.

Officium precentoris. — Precentoris ebdomadarii officium est, quando sunt IX lectiones in ecclesia Remensi [17] tenetur chorum facere ad matutinas, vesperas et missam, et cantare ad horas ; quando sunt tres lectiones, tenetur incipere introitum misse, *Kyrieleison, Sanctus, Agnus Dei* et postcommunionem sequentem.

1. *1er répons de matines du 1er dimanche de l'Avent.*

et postea, si opus fuerit, ant. de evangelio modo [1] de consuetu dine semper dicitur ante crucifixum.

Ad terciam dicitur ℟ *Veni ad liberandum nos;* ad VI^am^, ℟ *Ostende nobis Domine;* ad IX^am^, ℟ *Super te Jherusalem; Gloria Patri* canitur, sed *Sicut erat in principio et nunc et semper* non dicitur in dominicis diebus, in aliis vero diebus totum dicitur.

Ad missam, prima tantummodo dominica Adventus canitur sequencia *Salus eterna.* In hac prima ebdomada Adventus leguntur tria evangelia, primum die [4] dominica, secundum IIII^{a} feria, tercium VI^{a} feria. Hoc idem fit in II^{a} ebdomada, et hoc intelligendum est in missa tantum.

Per totum Adventum, preterquam in dominicis diebus, cotidianum invitatorium est *Regem venturum Dominum venite adoremus.*

Secunda feria mutantur antiphone ad horas, sed ℟ non mutan tur; versiculi autem qui dicuntur post *Miserere* ad primam et ad completorium non mutantur, sed ad matutinas versiculus *Rorate;* ad III^{am}, VI^{am}, IX^{am} dicuntur secundum ordinem trium nocturnorum; ad vesperas *Vox clamantis.* Ad I^{am}, ant. *Beati;* ad III^{am}, ant. *Veni et libera nos;* ad VI^{am}, ant. *Tuam Domine excita;* ad IX^{am}, ant. *In tuo adventu;* et hore de beata Maria repetuntur. Ad matutinas de beata Maria ant. ad Benedictus *Spiritus Sanctus in te descendet;* ad Magnificat non mutatur antiphona. Ad matutinas et ad vesperas, collecta de beata Maria per totum Adventum *Deus qui de beate Marie* etc., et etiam ad missam.

Tercia feria et V^{a} et VII^{a}, officium misse de beata Maria per Adventum quere in fine Temporalis [2].

Ad matutinas et ad vesperas de beata Maria, in commemoratione omnium sanctorum ant. *Ecce Dominus veniet;* collecta *Conscientias nostras quesumus.* Collecta pro pace non mutatur neque antiphona.

II^{a} Dominica Adventus. — Secunda dominica Adventus canitur ℟ ad processionem *Docebit nos Dominus.*

III^{a} Dominica Adventus. — Tercia dominica die canitur ℟ ad processionem *Bethleem civitas.*

IIII^{a} Dominica Adventus. — Quarta die dominica canitur ℟ ad processionem *Virgo Israel,* nisi dies Natalis Domini ipso die acciderit vel II^{a} feria, vel III^{a} vel IIII^{a}.

De jejunio x mensis.

De jejunio decimi mensis istud notandum est quod semper

1. *Peut-être faut-il lire* memoria. *Le ms. porte* m°. — 2. *Le propre du temps, le livre qui le contenait.*

plena ebdomada ante Nativitatem Domini, scilicet tercia septimana Adventus celebrari debet, sicut primum legittimum jejunium semper celebrandum est in I[a] septimana Quadragesime, et secundum jejunium quarti mensis infra octavas Penthecostes secundum tradi[vº]cionem apostolórum, tercium vero jejunium septimi mensis semper agitur IIII[a] feria que tercio occurrerit in septembri, vel per alia verba, quod idem est, proxima quarta feria post vº idus septembris, plena ebdomada ante equinoctium autumpnale.

De jejuniis quatuor temporum. — In illa itaque septimana Adventus qua celebrantur jejunia quatuor temporum, feria IIII[a] pronunciatur evangelium ad matutinas, scil. *Missus est angelus Gabriel,* et propria collecta habetur eadem que ad missam, et pretermittuntur matutine de beata Maria ; similiter fit VI[a] et VII[a] feria, scilicet quod evangelium pronunciatur et propria collecta habetur, que ad missam. Feria IIII[a], ad missam ante primam orationem dicitur *Dominus vobiscum*, et statim post lectionem puer [1] cantat gradale [2], ad aliam collectam ante epistolam statim dicitur *Oremus* sine *Dominus vobiscum ;* post epistolam alius puer cantat gradale.

Feria VI[a]. — Feria VI[a], ad matutinas pronunciatur evangelium *Exsurgens Maria*. Matutine de beata Maria pretermittuntur. Ad missam nulla lectio pretermittur [3] ante epistolam. Primum *O* semper inchoatur XVII kalendas januarii.

De sabbato XII lectionum. — Feria VII[a], scil. sabbato XII lectionum, pronuntiatur evangelium ad matutinas *Anno XVº*. Et sciendum quod si in aliqua istarum feriarum occurrerit festivitas IX lectionum, sicut beati Nichasii vel beati Thome apostoli, nichilominus pronunciabitur ad matutinas evangelium de jejunio. Sex lectiones precedentes erunt de festo, et totum cantabitur de festo; post collectam de sancto subinfertur ant. cum collecta de jejunio, et due misse eodem die celebrantur, prima de festo, altera de jejunio. Primum *O* semper inchoari debet XVIIº kalendas januarii. Persona [4] absente que *O* suum deberet inchoare, cantor, si presens fuerit, inchoat ; si vero absens, precentor ebdomadarius.

De ordinibus.

[5] In hoc sabbato XII lectionum celebrantur ordines; ad missam, ante primam orationem dicitur *Dominus vobiscum,* sed ad nullam aliarum orationum sequentium dicitur. Secundum usum Remensis Ecclesie, post primam collectam ante lectionem ordi-

1. *Enfant de chœur.* — 2. Graduale, *le Graduel.* — 3. *Lire* premittitur. — 4. *Un dignitaire du chapitre.*

nantur sine interrupcione hostiarii, lectores, exorciste, acoliti; deinde legitur lectio; post quam alie orationes et ℟ gradale sine intervallo aliquo dicuntur. Responsoria gradalia cantent per se pueri ante faciem altaris; hymnum vero trium puerorum, scilicet *Benedictus es Domine patrum nostrorum*, qui dicitur post lectionem Danyelis prophete, cantat ibidem dyaconus vel subdyaconus, indutus capa serica. Post orationem que est ante epistolam, antequam legatur epistola, vocantur ab archidyacono qui ordinandi sunt subdyaconi, et tunc ordinantur; quibus ordinatis, legitur ab uno eorum epistola, si ipse fuerit noster [1], vel Sancti Symphoriani canonicus [2] vel monachus Sancti Remigii [3]. Tractum post epistolam, scil. *Qui regis Israel intende*, cantat ante altare subdyaconus capa serica indutus. Post tractum ante evangelium dicitur ab archidyacono *Accedant qui ordinandi sunt dyaconi et presbiteri*; et tunc cantatur ex ordine letania. Qua finita, dicitur ab archidyacono *Recedant qui ordinandi sunt presbiteri et remaneant qui ordinandi sunt dyaconi*. Tunc ordinantur dyaconi. Quibus ordinatis, legitur evangelium ab uno eorum si fuerit noster, vel Sancti Simphoriani canonicus vel monachus Sancti Remigii. Lecto evangelio, recedunt dyaconi, et qui ordinandi sunt presbiteri vocantur et ordinantur. Illis ordinatis, missa celebratur, et licet multe orationes ante lectiones et epistolas premisse fuerint, tamen una sola secreta respondet illis omnibus, et una sola postcommunio, nisi forte aliqua suffragia [v°] superaddita fuerint que non pertineant ad diem. Et nota quod feria V^a^ hujus ebdomade ad Benedictus canitur hec ant. *Dies Domini sicut fur*, nisi acciderit Natalis feria II^a^ : tunc enim diceretur predicta V^a^ feria *Nolite timere*.

ITEM DE JEJUNIIS. — Notandum quod in septimana illa, in qua celebrantur jejunia decimi mensis, cotidie habentur antiphone proprie super psalmos ad laudes matutinas, videl. secunda feria *Ecce veniet Dominus* et alie sequentes; tercia feria *Rorate celi* et alie, et sic in aliis diebus. In septimana vero sequente post illam non habentur cotidie proprie ant. ad laudes, sed colliguntur ex quibusdam antiphonis que remanserunt in precedenti ebdomada, scil. *Ponant Domino, Consolamini*, et ex aliis quarum loco dicte fuerunt ad laudes matutinas alie antiphone in festis sanctorum Lucie virginis, Nichasii et Thome apostoli. Repetuntur etiam antiphone que sumpte sunt a canticis, scilicet *Haurietis* et alie consimiles, et quarto loco super cantica dicun-

1. *S'il est membre du chapitre de l'église métropolitaine.* — 2. *Chanoine de Saint-Symphorien, église collégiale.* — 3. *Moine de l'abbaye de Saint-Remi.*

tur; hec antiphona *Beatam me dicent* non dicitur in hoc tempore nec ad vesperas, nec ad matutinas.

In supervigilia Nativitatis. — Nota quod in supervigilia Nativitatis Dominice, id est proxima die ante vigiliam, dicitur ad matutinas ant. ad Benedictus *Vigilate animo*. De hac materia plenius dicitur supra : Cum agitur [1] propter diversas [2].

In vigilia Nativitatis Domini.

In vigilia Nativitatis Domini dicitur diea [3] presentis diei, id est ad diem pertinens. Evangelium de vigilia pronuntiatur. Propria ℟ canuntur, scilicet *Sanctificamini*, et proprie laudes de vigilia, psalmi de laudibus *Miserere*, etc., nisi fuerit dies dominica. Post matutinas nulla antiphona vel collecta subjungitur. Matutine et alie hore de beata Maria pretermittuntur usque ad octavas Epiphanie. Ad horas diei, ant. de matutinis laudibus replicantur et propria ℟ dicuntur.

Ad primam, ant. *Judea*. Ad III^{am}, ant. *Crastina die ;* ℟ *Ho*[6]*die scietis* etc., sicut in Antiphonario reperiuntur.

Ad missam, lectio Ysaie et epistola continue et sine intervallo dicuntur ab eodem subdyacono.

Si autem vigilia ista die dominica evenerit, ad matutinas invitatorium quod est proprium canitur *Hodie scietis*. Diea [4], sicut mos est, canitur; VI lectiones et VI ℟ de dominica dicuntur; evangelium de vigilia pronunciatur *Cum esset desponsata ;* tria ℟ ultima de vigilia canuntur *Sanctificamini*, etc. In matutinis laudibus ant. *Judea et Jherusalem*, et cetere que secuntur ; ad Benedictus ant. *Completi sunt ;* post matutinas non repetitur ant. vel collecta de dominica, cum evangelium de dominica non fuerit pronunciatum. In die ad processionem canitur ℟ *Judea et Jherusalem*. Missa de vigilia canitur cum *Alleluia* de dominica *Veni Domine ;* collecta autem de dominica non dicitur.

In vigilia Nativitatis Domini ad vesperas. — Vigilia Nativitatis Dominice, quando reducitur [5] dom. archiepiscopus in ecclesiam ad vesperas, incipit cantor ant. *Dum ortus fuerit*. In crastino similiter ante vesperas ad processionem dom. archiepiscopi canitur ant. *Hodie Xpistus natus est*. Ad vesperas itaque servant cantum in choro succentor et cantor ebdomadarius in capis sericis, sive presens fuerit dominus archiepiscopus, sive absens. Psalmi de feria dicuntur. Terciam antiphonam incipit

1. *Lire* igitur. — 2. *Voir le paragraphe commençant par ces mots, p. 93.* — 3. *Lire* dieta. *c'est-à-dire l'office de la férie occurrente. On remarquera que les divers manuscrits de Reims (326, 327 et 328) écrivent généralement* diea *et non* dieta. — 4. *Lire* Dieta. — 5. *Lire* deducitur.

ad vesperas dyaconus, et similiter fit quociens sacerdotes cantant invitatorium ad matutinas, sicut in hac nocte Dominice Nativitatis. [a] ℟ canitur *Judea et Jherusalem*.

Ad completorium, prima ant. *Qui habitat*. Hymnus *Jhesu Redemptor seculi*. Ant. ad Nunc dimittis *Evigila*. Similiter fit ad completorium usque ad festum Innocentium, et in ipso festo Innocentium.

De matutinis Nativitatis Domini.

Ad matutinas, duo sacerdotes invitatorium in capis sericis. Ad tercium ℟ descendit cantor in dextera [v°] parte chori et succentor in sinistra, et stant ibi dum cantantur prose. Finitis prosis, statim succentor jubet in sinistra parte antiphonam incipi, et intonat psalmum, et deinde redit ad chorum dextrum. Decursis matutinis et finito IX° ℟, archiepiscopus venit cum processione quinque dyaconorum et totidem subdiaconorum, cum acolitis cereos et thuribula ferentibus, et sic ingreditur chorum. Cantor, si fuerit presens archiepiscopus, et succentor parati debent esse ad custodiendum cantum in choro, et pulsantur campane insimul ; absente vero archiepiscopo, hoc faciunt succentor et cantor ebdomadarius ; deinde incipiunt introitum prime misse *Dominus dixit ad me*. *Gloria in excelsis* et *Credo in unum Deum* altisone cantantur tam ad primam quam ad secundam et terciam missam, et ad *Gloria in excelsis* iterum pulsantur campane ad primam missam tantum. Lectio Ysaia [1] et epistola continue et sine aliquo intervallo dicuntur, lectio a subdyacono procedente et epistola a subdiacono ebdomadario; similiter fit ad secundam et terciam missam. Sequentia canitur *Natus ante secula* vel *Letabundus*. Prefacio vero *Quia per incarnati* et *Communicantes* infra octavas Dominice Nativitatis nullo die omitti debent. Expleta missa usque ad collectam post communionem, sacerdos qui illam cantavit, sicut indutus est sacerdotalibus vestimentis subsistit juxta altare, et diaconus ingreditur chorum sollempni dalmatica ornatus, cum duobus ceroferariis, duabus crucibus precedentibus cum totidem thuribulis, ascendensque pulpitum pronunciat evangelium [2]. Quo decurso, archiepiscopus, si presens fuerit, inchoat *Te Deum laudamus*, vel cantor, si archiepiscopus presens non fuerit. Hoc et decurso, sacerdos qui celebravit missam, sive archiepiscopus sive aliquis alius, dicto *Puer natus*

a. Ad vesperas.

1. *Lire* Ysaie. — 2. *Une semblable cérémonie existait à Laon, mais au lieu de se faire après la messe de minuit, elle avait lieu immédiatement après matines et avant la messe* (Bibl. liturg., *t. VI, p. 47*).

est nobis [1], [9 v°] incipit matutinas laudes. Dum autem cantatur *Te Deum laudamus*, quinque subdiaconi qui processionem fecerunt stant coram altare, et duo acoliti unus cum palla et alter cum cereo quousque finiantur omnino matutine. In matutinis autem laudibus, postquam [10] *Laudate Dominum de celis* fuerit deductum usque ad *Laudate Dominum in sanctis ejus* cum *Gloria Patri et Filio* et *Sicut erat* etc., subsistitur, et ant. *Parvulus filius*, cum qua fuerat inchoatus psalmus, canitur nec totus finitur. Tunc aliquis sacerdotum, cui a precentore fuerit injunctum, incipit antiphonam *Pastores dicite* et totam cantat eam, alter chorus respondet *Infantem vidimus ;* item primus chorus *Laudate Dominum in sanctis*, secundus chorus *Pastores dicite ;* primus chorus *Infantem vidimus*, secundus chorus *Laudate eum in virtutibus ;* et sic reciproca cantilena psalmo decurso cum *Gloria Patri* etc., eadem antiphona *Pastores dicite, Infantem vidimus* ex integro cantatur, et tonus finitur. Postea capitulum subinfertur et versiculus ; deinde ant. *Gloria in excelsis* ab archiepiscopo, si divina celebraverit, vel a cantore, si archiepiscopus non fuerit presens, inchoata, *Benedictus* canitur. Quo finito et cantata antiphona, archiepiscopus vel alius sacerdos, salutato populo et dicto *Dominus vobiscum*, et [2] dicit orationem que est post communionem, et dicto *Ite missa est*, finiuntur simul missa et matutine.

Expleta prima missa, continuo campane insimul pulsantur et idem sacerdos, si opus fuerit, vel alius preparat se ad missam matutinalem, que canitur ad altare Sancte Crucis extra chorum, in qua missa commemoracio agitur sancte Anastasie virginis ; in eadem missa solus precentor ebdomadarius providet cantui ; et procedunt tres diacones et tres subdiacones ; duo accoliti cantant gradale, et duo subdiaconi, quibus a precentore fuerit injunctum, *Alleluia ;* sequencia canitur *Hac clara die*.

Finita missa, domini canonici revertuntur in chorum, et dum revertuntur, cantor alta voce incipit hanc antiphonam *Completi sunt dies*, itemque aliam *Ecce completa sunt ;* deinde sacerdos qui celebravit missam, dicit *Oremus Deus qui salutis eterne ;* non dicitur *Benedicamus Domino*, et sic matutinale officium finitur.

Ad primam dicitur ps. *Confitemini*, et etiam tribus diebus sequentibus ; et ad omnes horas per octabas [3] dicitur *Gloria tibi Domine Qui natus* [es] *de Virgine*.

1. *Il y a ici une lacune dans le ms. 326 par suite de l'enlèvement d'un feuillet ; nous la comblons à l'aide du manuscrit 327.* — 2. *Mot à retrancher.* — 3. *Lire* octavas.

Si hec dies Natalis Domini die dominica acciderit, ad processionem canitur ℟ *Hodie nobis*, quod incipitur a cantore ; in introitu ecclesie et circa claustrum ℟ *Hodie nobis de celo ;* in media navi ecclesie [v°] incipitur a cantore ℟ *Descendit de celis*, super pulpitum canitur ℣ *Tanquam sponsus ;* [1] introitu chori canitur ant. *Hodie Xpistus natus est*, que incipitur a cantore. Cantor servat chorum. Si dom. archiepiscopus fuerit presens, ad missam procedunt VII diaconi et totidem subdiaconi. Si archiepiscopus presens fuerit, laudes canuntur coram archiepiscopo [2] ; sequencia *Eya simul.*

Ad vesperas, super psalmos de Nativitate ant. *Tecum principium* et cetere canuntur ; post vesperas ant. de beato Stephano *Beatus Stephanus levita*, cum collecta de eodem. Nota quod a Nativitate Domini usque ad octabas Epiphanie ℟ et ℣ alleluiantur ad horas, preterquam in festo Innocentium.

Ad matutinas et ad omnes alias horas sequentis diei, totum agitur de beato Stephano, nisi quod ad matutinas, ad missam et ad vesperas repetitur ant. de Nativitate cum collecta. Hoc modo fit de beato Johanne et de sanctis Innocentibus ; et omni die infra octabas Nativitatis repetuntur ant. et collecte de sancto Stephano, de sancto Johanne et de Innocentibus, ad horas predictas.

In nocte sequente post festum beati Thome martyris, ad matutinas invitatorium *Regem natum Dominum*. Novem psalmi qui in nocte Nativitatis Domini super nocturnos cantati sunt, cum prima antiphona, scilicet *Dominus dixit*, revolvuntur ; evangelium pronunciatur *Erat Joseph et Maria*, si necesse est et tempus breve fuerit ; si vero necesse non fuerit, sermo legitur de Nativitate ; ℟ *O regem celi*, et [7] cetera canuntur.

In matutinis laudibus, super psalmos unica ant. *Genuit puerpera*. Ant. ad Benedictus dicitur aliqua in qua habeatur *Hodie*, et sequitur oratio *Concede quesumus*, deinde commemorationes de octavis sanctorum, et si evangelium pronunciatum fuerit, ultimo dicitur de eo antiphona *Dum medium silentium*, cum collecta de dominica.

Ad horas, ant. *Genuit* et alie sequentes.

Ad missam *Dum medium silentium* canitur. Prima collecta est de dominica, secunda de Nativitate et secuntur alie de octavis sanctorum.

Id ipsum fit ad vesperas, excepto quod de dominica tacetur, si dies dominica fuerit.

1. *Sous-entendu* in. — 2. *Le même usage de chanter les* Laudes *existait à Laon (p. 51).*

In hiis iii diebus. — In hiis tribus diebus qui sunt inter festum Innocentium et octavum diem Nativitatis, cotidie campane sollempniter insimul pulsantur; *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis* et *Credo in* et *Communicantes* de Nativitate Domini. Parafonista [1] ad providendum cantum in medio choro capa sollempni induitur. Puer [2] ad missam cantat gradale et subdiaconus *Alleluia;* vii candelabra ante majus altare.

Tercio die ad vesperas de Circoncisione Domini.

Tercio die ad vesperas, de octavis Dominice Nativitatis solummodo agitur. Antiphone canuntur *Tecum principium*, et alie sequentes super psalmos de Nativitate Domini dicuntur ; ℟ non canitur. Illi qui prevident [3] cantui in choro, non induuntur capis sollempnibus. De octavis sanctorum nichil recolitur ; similiter nec ad matutinas, nec tota die sequente. ix candelabra ante majus altare statuuntur.

Ad completorium, ant. *Qui habitat*. Hymnus *Jhesu redemptor*. Duppliciter pulsatur et a binis cantatur.

Ad matutinas, duo dyaconi cantant invitatorium. In nocturnis alie antiphone proprie interseruntur, scil. *In sole*, *Elevamini* et alie, et quidam psalmi mutantur.

In matutinis laudibus proprie ant. habentur, scil. *O admirabile* et alie sequentes.

Ad horas diei eedem antiphone repetuntur et collecta dicitur *Deus* [v°] *qui salutis eterne*. Ad primam dicitur ps. *Confitemini*.

Ad missam, finita collecta *Deus qui nobis nati*, subjungitur collecta *Deus qui salutis eterne*. Sequencia canitur *Letabundus*. *Credo in unum* dicitur, et prefacio *Quia per incarnati* et *Communicantes*.

Ad vesperas, ant. *O admirabile* et alie repetuntur. Collecta *Deus qui salutis eterne*. Pueri non tenentur esse rasi, nisi voluerint.

Si vigilia Epiphanie fuerit in die dominica, invitatorium erit *Xpistus natus*. Versiculi de Nativitate Domini repetuntur. Antiphona unica in quolibet nocturno cum psalmis de octavis Nativitatis dicuntur [4]. ix ℟ de *O regem* cantantur. vi prime lectiones de quodam sermone leguntur. Evangelium de vigilia legitur.

In matutinis laudibus, ant. *O quam* [5] *admirabile*. Ant. ad Benedictus *Ecce advenit*, cum collecta *Corda nostra ;* post illam nulla collecta alia subjungitur.

1. *Lire* Paraphonista, *le chantre.* — 2. *Enfant de chœur.* — 3. *Lire* provident. — 4. *Lire* dicitur. — 5. *Mot à retrancher.*

In vigilia Epiphanie.

Vigilia Epiphanie, ad matutinas invitatorium *Regem natum*. IX psalmi qui cantati sunt in octavis Nativitatis Dominice cum una antiphona, scil. *Dominus dixit ad me*, repetuntur. Evangelium *Defuncto Herode* pronunciatur. Ultima ℟ de *O regem celi* cantantur.

In matutinis laudibus, unica ant. super psalmos *O admirabile* dicitur. Ant. ad Benedictus *Ecce advenit*. Collecta *Corda nostra*, nec subjungitur post illam alia collecta.

Ad horas diei ant. *O admirabile* et alie sequentes resumuntur.

Ad missam *Lux fulgebit* canitur. Collecta *Corda nostra quesumus Domine*; ista vero *Deus qui salutis* nequaquam subjungitur, et nichil de officio *Lux fulgebit* mutatur preter postcommunionem, que est *Tolle puerum*.

Si autem hec vigilia die dominica occurrerit, invitatorium *Xpistus natus*, ℣ de Nativitate Domini repetuntur; VI prime lectiones de quodam sermone leguntur. Si vero propter angustiam temporis existentis inter [8] Nativitatem et Septuagesimam, necesse fuerit cantari dominicalem missam, scilicet *In excelso throno*, profecto hoc die de dominica prorsus agitur ad missam et de vigilia oratio tantum subjungitur. De missa autem ad vigiliam ordinata omnibus modis recitetur. Si vero non exegerit necessitas *In excelso throno* cantari, evangelium quidem de vigilia *Defuncto Herode* pronunciatur ad matutinas, et cetera omnia ad matutinas et ad vesperas more solito cantantur de vigilia.

In Epiphania Domini.

In Epiphania Domini duppliciter pulsatur et cantatur; IX candelabra ante majus altare disponuntur.

Ad vesperas super psalmos hee ant. canuntur *Propter Syon non tacebo*, *Omnes naciones* et alie sequentes. Psalmi de Nativitate non mutantur, nec etiam per octavas. ℟ *In columbe specie*. Ant. ad Magnificat *Magi viderunt*, atque, dicta oratione de Epiphania, vespere prorsus finiuntur.

Ad completorium, ant. *Qui habitat*. Hymnus *Jhesu redemptor*.

Ad matutinas invitatorium non dicitur donec in II° nocturno, loco sex [1] antiphone : sextus enim psalmus est *Venite exultemus* et tunc et per octavas totas ; in ista nocte tantum, dicta v^a antiphona post quintum psalmum, statim incipitur invitatorium *Xpistus apparuit* et *Venite* cantatur. Quo finito cum *Gloria Patri*

1. *Lire* sexte.

et Filio, antiphona cantatur, scilicet *Venite adoremus*, cum tono ; in aliis vero noctibus dicitur *Venite exultemus* sicut alius psalmus. ℟ a binis cantantur. Finito IX ℟, dyaconus ebdomadarius ingreditur chorum ornatus dalmatica sollempni, precedentibus crucibus et cereis et thuribulis, et ascendens pulpitum pronunciat evangelium *Factum est autem cum baptizaretur* [1]. Quo decurso, mox cantor incipit *Te Deum laudamus.*

Ad primam ps. *Confitemini* dicitur.

Ad missam, sola oratio de Epiphania et *Credo in unum*, sed tantum eo die. Se[v°]quentia *Epiphaniam Domino.* Prefacio *Quia cum unigenitus tuus*, sed eo die tantum, et *Communicantes* similiter eo die tantum dicitur.

Ad horas diei ant. de matutinis laudibus resumuntur et ad vesperas similiter, sed loco quarte antiphone que consonat huic hymno *Benedicite*, canitur hec ant. *Stella ista.* Eedem antiphone sigillatim et unice canuntur per octavas tam in matutinis laudibus quam ad horas et ad vesperas. Per totas octavas Epyphanie hore de beata Maria pretermittuntur; ℟ et ℣ ad horas alleluiantur. *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis* non dicuntur, neque prefacio nisi cotidiana. Infra octavas canitur cantus de hymno *Hostis Herodes*, neque ad horas canitur *Gloria tibi Domine*, nisi ad vesperas ; dominica autem infra octavas et in octavis, ad singulas horas canitur *Gloria tibi Domine.* Tria tantum candelabra ante majus altare statuuntur. Ad Benedictus et ad Magnificat de ipsa tantum sollempnitate canitur, et subsequente oratione de Epiphania tam ad vespere [2] quam ad matutinas omnino finiuntur.

De festo Epiphanie. — De festo Epiphanie tria habentur : evangelium primum ipso die [3] festivitatis legitur, scilicet *Cum natus esset Jhesus ;* alterum in crastino die Epiphanie, scilicet *Vidit Johannes Jhesum venientem*, et hec tria ℟ canuntur *Dies sanctificatus, Hic dies preclarus, Hodie celi aperti sunt*, sed hac nocte tantum scilicet [4] legitur evangelium *Vidit Johannes Jhesum:* nam si fuerit dies dominica, pronunciatur evangelium de dominica et legitur ad missam ; et istud evangelium, scil. *Johannes,* feria sequente pronunciatur et legitur ; tercium in octavis pronunciatur et legitur, scilicet *Venit Jhesus a Galylea.*

Dominica infra octabas. — Dominica die que infra octavas has acciderit, sicut jam prenotavimus, si dominicam cantari

1. *La même cérémonie se faisait à Laon (p. 61).* — 2. *Lire* vesperas. — 3. *Dans le ms. 328 la phrase est ainsi construite :* De hoc festo Epyphanie tria habentur evangelia : primum ipso die, *etc.* — 4. *Ce mot doit être placé après* evangelium.

competens aut necesse fuerit, evangelium de dominica pronunciatur ad matutinas *Cum factus esset Jhesus,* [9] vel evangelium sequentis dominice, si tempus breve fuerit, et post matutinas, videlicet post orationem de octavis, subjungitur ant. ex ipso evangelio cum collecta. Nota quod sabbato precedente ebdomadam in qua leguntur Epistole Pauli, canitur ad vesperas hec ant. *Peccata mea* cum collecta *Omnipotens sempiterne Deus dirige actus.*

Ab octavis Epiphanie. — Ab octavis Epiphanie usque ad LXX^m [1] leguntur Epistole Pauli, et incipiuntur legi in crastino sancti Remigii, et cantantur ℟ de psalmis *Domine ne in ira,* nisi forte cantetur de octavis sancti Remigii, si fiant. Propriam quoque dominicam si per aliquot dies infra octavas Epiphanie cantari oportuerit, alternis diebus cantabitur de dominica et de Epiphania ; oratio autem de Epiphania semper ad missam adhibebitur.

A vigilia Nativitatis Dominice usque ad octavas Epiphanie. — A vigilia Nativitatis Dominice usque ad octavas Epiphanie, licet antiphone pro ratione temporis et sollempnitatis ad vesperas mutantur, psalmi tamen idem cotidie canuntur. In hoc spacio xx^i dierum, memoria defunctorum non agitur ad completorium, nisi autem corpus mortui presens fuerit, aut pro defuncto celebretur anniversarium ; nec unquam in hiis diebus canitur ad primam ps. *Deus Deus meus respice* [2].

De octavis Epiphanie. — Septimo die complemus octavas Epiphanie propter sollempnitatem beati Remigii de natalicio ipsius, que in octava die occurrit. VI^a itaque die, ad vesperas, quinque candelabra ante majus altare disponuntur. Super psalmos antiphona unica canitur, scilicet *Ante luciferum.* Ad Magnificat ant. *Ordines angelorum.* Collecta *Deus cujus unigenitus.*

Ad matutinas que ix lectionum sunt, evangelium pronunciatur *Venit Jhesus a Galilea.*

Ad matutinas laudes proprie antiphone habentur, scilicet *Veterem hominem* et alie sequentes, que [v°] omnes septimi toni sunt propter septiformem Spiritum qui super Xpistum baptizatum in specie columbe visus est descendisse [3].

1. Septuagesimam. — 2. *Dans le ms 328, on lit à cet endroit le passage suiv. :* Sciendum quod si Septuagesima venerit inter festum sancte Prisce virginis, quod est xv° kal. februarii, ubi est prima Septuagesima, et festum beati Blasii, quod est tercio non. februarii, tunc dicitur tempus breve. Si vero dicta Septuagesima evenerit inter dictum festum sancti Blasii et vigiliam Cathedre sancti Petri, que est ix° kal. marcii, ubi est ultima Septuagesima, tunc dicitur tempus longum *(f° 25).* — 3. *Particularité à noter.*

Ad missam puer cantat gradale, subdiaconus *Alleluia*.

Nota quod [1] octave iste die dominica fiant, evangelium de octavis legitur *Venit Jhesus a Galilea ;* evangelium autem de dominica die competenti infra ebdomadam legatur.

Nota quod si evangelia dominicarum propter brevitatem temporis superhabundaverint, antiphone de eisdem evangeliis superhabundantibus tam ad matutinas quam ad vesperas cantari debent, et tam orationes quam ipsa evangelia superhabundantia ad missam dici debent in VII^a [2] precedente Septuagesimam, si tamen evangelia pronunciata fuerint.

Notandum etiam quod si tempus longum fuerit et plurimi fuerint dies dominici ante LXX^m, isti introitus missarum *Omnis terra* et *Adorate Dominum* repetuntur et cantantur per septimanas alternatim ; sed quando repetitur *Omnis terra*, dicitur postcommunio *Mirabantur omnes* que accipitur in *Adorate*.

De LXX^a.

Septuagesima, sepcies decem, et representat tempus deviacionis, sive tempus culpe et pene; verum statim in prima dominica legitur historia libri Genesis, eo quod in eadem historia agitur de deviacione et errore primorum parentum. Inchoatur autem Septuagesima dominica qua cantatur *Circumdederunt me*, et terminatur sabbato in Albis post Pascha, sicut LX^a [3] incipit dominica sequente, scil. qua cantatur *Exurge*, atque terminatur proxima IIII^a feria post Pascha. Quinquagesima incipit III^a dominica post *Circumdederunt me*, et finiatur [4] in die Pasche. XL^a [5] incipit dominica *Invocavit me* et finitur in *Cena Domini*. Hec Septuagesima dierum [6], quam presens agit Ecclesia, representat LXX^a annos in quibus filii Israel sub servitute Babylonica laboraverunt, et quemadmodum illi sua deposuerunt [10] organa, dicentes *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena*, similiter et nos deponimus canticum laudis et ab alleluiatico cantu cessamus. Postea vero in hoc anno data eis a Ciro licentia redeundi, ceperunt letari; verum et nos in sabbato Pasche cantamus *Alleluia*, representantes eorum leticiam ; sed quia in colligendo sarcinulas et in apparatu redditus multum laboraverunt, et nos post Alleluia statim subjungimus tractum, scil. *Laudate Dominum*, qui laborem significat. Illi cum leticia redeuntes itineris gravabantur labore ; et nos per totam septimanam paschalem graduale cum Alleluia cantamus, per gradale

1. *S. ent.* si. — 2. Septimana. — 3. Sexagesima. — 4. *Lire* finitur. — 5. Quadragesima. — 6. *A noter tout ce qui suit sur le symbolisme du temps de la Septuagésime.*

laborem, per Alleluia leticiam designantes. Sabbato quo terminatur LXX[a], cantantur duo Alleluia, quia, cum, finito tempore nostri exilii, ventum erit ad patriam, tunc utraque decorabimur stola, cum corpus et anima glorificabuntur, quod significatur per duo Alleluia quod [1] in fine LXX[e] cantantur.

SABBATO DIMITTITUR ALLELUIA [2].

Sabbato proximo ante LXX[m], ad vesperas super quinque psalmos canitur *Alleluia alleluia alleluia* de hac ant. *Benedictus Dominus Deus meus*. Capitulum vero, hymnus et ℣ alleluiatus non mutantur. Ad Magnificat *Alleluia alleluia* de hac ant. *Puer Jhesus proficiebat*. Consuetudinis nostre est, ipso die, vesperas et in nocte sequente matutinas de beata Maria pretermitti. Ipsa nocte, ad completorium super primos psalmos aptatur *Alleluia* de hac ant. *Miserere michi Domine*. Hymnus non mutatur ; ℣, scil. *Custodi nos Domine*, non alleluiatur. Ad Nunc dimittis dicitur hec ant. *Alleluia Nunc dimittis Domine alleluia Servum tuum in pace alleluia alleluia*.

Ad matutinas, pro invitatorio *Alleluia alleluia* de hoc invitatorio *Adoremus Dominum qui fecit nos*. In Iº et IIº et IIIº nocturno, super psalmos solito more expenduntur *Alleluia*. Historia mutatur et incipit liber Genesis ; ℟ vero nequaquam mutantur ; ℣ finiuntur cum [vº] *Alleluia*, non solum tres primi, sed etiam ultimus *Dominus regnavit decorem alleluia alleluia alleluia*. Ipsa nocte canitur *Te Deum laudamus*, sed ab hinc non canitur ante Pascha, nisi fuerit festum alicujus sancti IX lectionum.

In matutinis laudibus super tres psalmos dicitur *Alleluia* de hac ant. *Dico vobis gaudium est in celo*, et finitur ante *Benedicite* cum tono ; super Benedicite autem dicitur hec ant. *Benedicat terra Dominum ;* ipse etiam psalmus cum dupplici tono decurritur, videlicet quod primus versus canitur de quarto tono, secundus et tercius fiunt de tercio tono, quartus de quarto, et alii duo de tercio, et sic usque ad finem ; duo autem ultimi versus de quarto tono fiunt, et postea ant. repetitur et finitur cum tono. Psalmus *Laudate Dominum de celis* hoc modo decurritur : unus ex presbiteris incipit antiphonam et totam cantat ita : *Laudate Dominum de celis alleluia*, primus chorus respondet *Laudate eum in excelsis alleluia ;* alter chorus respondet cum duplici *Alleluia* sic : *Laudate eum omnes angeli ejus laudate eum omnes virtutes ejus alleluia alleluia ;* item primus chorus cum triplici *alleluia*,

1. *Lire* que. — 2. *Les adieux à l'*Alleluia *se faisaient aussi mais un peu plus simplement. dans l'ancienne liturgie laonnoise.*

Laudate eum sol et luna laudate eum stelle et lumen alleluia alleluia alleluia; alter chorus quartum versum canit cum simplici *Alleluia*, *Laudate eum celi celorum ;* quintus versus cum dupplici *Alleluia* canitur, et sextus cum triplici *Alleluia*, et sic usque in finem ; in fine autem *Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen alleluia alleluia alleluia*, cum triplici *alleluia* finitur et cum tono, nec antiphona repetitur. Sciendum quod ant. ad Benedictus [1] et tota die dicuntur.

Ipso die ad processionem canitur ant. *Ecce karissimi ;* in introitu autem ecclesie *Salvator mundi*, vel ant. de evangelio *Simile est regnum*. Hac die, si festum trium lectionum acciderit, nichil inde [2] agitur, nisi tantummodo commemoratio ad missam.

IN DIE DOMINICA. — Ab hac die dominica, que est inicium Septuagesime, incipimus post sextam cantare missam et post IX^am^ prandere et [11] tribus diebus in ebdomada facere vigiliam pro defunctis, scil. II^a^ et IIII^a^ et VI^a^ feria usque ad XL^am^, et in crastino xv psalmos post primam cum precibus et collectis dicere, nisi hoc aliqua festivitas IX lectionum exceperit.

SI PURIFICATIO BEATE MARIE IN LXX^a^ INCIDERIT.

Hac die, si Purificatio beate Marie contingat, totum omnino de ipsa festivitate agitur, tam ad vesperas quam ad matutinas ; ad primum tamen completorium super psalmos primos *Alleluia* de hac ant. *Miserere* canitur. Hymnus *Jhesu redemptor*. Ad hymnum sancti Symeonis, scil. ad Nunc dimittis, dicitur hec ant. *Alleluia Nunc dimittis Domine alleluia servum tuum in pace alleluia*.

Invitatorium quod est proprium non mutatur, scil. *Ecce venit ad templum*. In fine singularum antiphonarum *Alleluia* competenter adaptatur, sed non in fine responsorum. Evangelium dominice non ipso die, sed postero die pronunciatur. *Laudate Dominum de celis* modo prius assignato decurritur : primus versus cum uno solo *Alleluia* cantatur, secundus cum duobus *Alleluia*, tercius cum tribus *Alleluia*, quartus ut primus, quintus ut secundus, sextus ut tercius, et sic usque in finem ; quo decurso, v^a^ antiphona de matutinis laudibus adhibetur, scilicet *Optulerunt* [3] *pro eo* cum *Alleluia*. Versiculi finiuntur cum *Alleluia*, non solum tres primi, sed etiam ultimus, scilicet *Nunc dimittis Domine*. Matutine cum una sola oratione finiuntur.

Ad missam loco *Alleluia* canitur tractus *Diffusa est gratia*,

1. Scil. *Simile est regnum celorum*, sine *Alleluia* cantatur. Ad primam resumuntur hore de beata Maria *(ms. 327, f° 14)*. — 2. In die *(ms. 327, f° 14 v°) ; le ms. 328 (f° 26 v°) donne la leçon du texte*. — 3. *Lire* Obtulerunt.

absque sequencia, quia tractus et sequencia non currunt simul ; nec tamen propter hoc omittuntur *Te Deum laudamus*, et *Gloria in excelsis*, *Credo in unum* et prefacio *Quia per incarnati*.

Si autem sabbato precedente LXX^am^ acciderit hoc festum beate Marie, sabbato ad vesperas repetitur ant.[1] de matutinis laudibus et alleluiantur ; ℣ etiam[2], ant. que ad Magnificat canitur, alleluiantur. Ad completorium canitur sicut [v°] predictum est.

IN CONVERSIONE SANCTI PAULI APOSTOLI.

Hac eadem die, si Conversio sancti Pauli acciderit, omni eodem modo fit sicut de Purificatione beate Marie prediximus, excepto quod evangelium dominice pronunciatur, atque ex eo ant. post matutinas infertur cum collecta dominice. Invitatorium, antiphone, lectiones, ℟, ℣, omnia hec in ordine aguntur de apostolo. *Laudate Dominum de celis* modo supradicto decurritur et, eo decurso, quinta ant. de matutinis laudibus replicatur, scil. *Damasci*, adaptato in fine *Alleluia*.

Si autem acciderit hoc festum sancti Pauli sabbato precedente LXX^am^, sabbato ad vesperas super psalmos de apostolis canitur *Alleluia* de hac ant. *Dixit Dominus* ; ℣ et ant. ad Magnificat, que est de apostolo, alleluiantur.

CATHEDRA SANCTI PETRI APOSTOLI.

Eodem modo faciendum est si festivitas Cathedre sancti Petri in hac die occurrerit, vel sabbato precedente LXX^am^.

Sciendum est quod, si infra Septuagesimam acciderit in die dominica festum alicujus sancti III lectionum, vel in XL^a^ quacumque die, sicut beate Brigide, vel sancte Helene, vel sancti Valentini, vel alterius sancti, nichil inde agitur nisi solummodo commemoratio in missa. Reliquis vero diebus LXX^a^ usque ad matutinas quarte ferie que est caput jejunii, agitur de quolibet festo III lectionum, tam ad vesperas quam ad matutinas et ad missam.

ITEM IN SEXAGESIMA.

In LX^a^ incipiuntur ℟ de Eptatico[3], scil. in primo nocturno *Fecit Deus*. Super psalmos habentur novem ant., scil. *Pro fidei meritis* et alie sequentes usque ad Pascha.

Ad laudes matutinas proprie antiphone habentur, et mutantur duo primi psalmi, nam loco istorum *Dominus regnavit*, *Jubilate Deo omnis terra*, dicuntur *Miserere mei* et *Confitemini Domino* ; ℣ ante Benedictus *Dominus regnavit exultet terra*.

1. *Il faut lire probablement* repetuntur antiphone. — 2. *Probablement* et. — 3. Heptateuchus, *les sept premiers livres de l'Ancien Testament*.

Ad primam, loco hujus psalmi *Confitemini* dicitur *Dominus regnavit decorem,* [12] et eodem modo fit usque ad Pascha.

Ad processionem unum ex responsis historie cantatur *Immisit Dominus* vel aliud.

In hac ebdomada leguntur tria evangelia, primum die dominica, secundum feria IIII^{a}, tercium feria sexta.

Pueri et presbiteri tenentur esse rasi.

In Quinquagesima, ant. et ℟ et ℣ ad horas diei, et hymni ad vesperas non mutantur, nec ipsa die dominica, nec in tota septimana illa. Ad processionem ℟ canitur *Dum staret Abraham* vel aliud quod magis ydoneum fuerit.

Feria quarta. — Feria siquidem IIII^{a}, mox prima finita, inchoatur Psalterium, atque in ipsis IIII^{or} diebus dicuntur centum psalmi; reliqui quinquaginta psalmi exsolvuntur secunda et tercia feria ultime et majoris septimane.

Eadem IIII^{a} feria post IX^{am}, cantata vigilia pro defunctis, dom. archiepiscopus sive alius presbiter, indutus capa serica et stola, benedicit cineres et aspergit aqua benedicta; postea incipit cantor ant. *Exaudi nos Domine,* et interim dantur cineres super capita hominum. Si autem, absente archiepiscopo, presbiter noster benedicat cineres, benedictis cineribus, capam sericam exuit et dispergit cineres, postea capam lineam induit. Qua antiphona decursa cum psalmo et *Gloria Patri,* atque iterum repetita ant. et datis cineribus, incipit cantor ant. *Imitemur* [1], et hanc decantantes ordinate procedunt in capellam archiepiscopi inferiorem, scilicet in oratorium Sancti Petri [2], subdyacono ebdomadario alba induto processionem precedente et inter manus suas Collectarium ferente. In introitu capelle canitur ant. a cantore *Tu es pastor;* qua finita, procumbunt ad orationem quousque tacite decurrerint VII psalmos penitentiales; quibus finitis, presbiter dicit *Et ne nos inducas* [v°] et preces que secuntur, et ad ultimum ℣ de apostolo, scilicet *Solve jubente Deo,* postea dicit orationem de sancto Petro; qua finita, canitur a cantore in reditu hec ant. *Quodcumque ligaveris,* post quam statim canitur alia ant., scilicet *Juxta vestibulum et altare,* et sic intrant ecclesiam. Pulsatis campanis, missa canitur. Ad missam *Flectamus* dicitur, et in fine misse ante orationem super populum dicitur a dyacono *Humiliate capita vestra Deo.* Ipsa die et per totam XL^{am} dicitur ad missam prefacio *Qui corporali jejunio,*

1. *Probablement* Immutemur. — 2. *La chapelle basse du palais archiépiscopal, sous le vocable de St-Pierre, qu'elle avait hérité d'une chapelle existant déjà à l'époque carolingienne.*

nisi fuerit dies dominica vel festivitas aliqua IX lectionum, et cantatur tractus, scil. *Domine non secundum peccata*, tribus diebus in ebdomada, scilicet secunda, IIII[a] et VI feria.

In hiis quatuor diebus et per totam XL[am], quacumque die occurrerit festivitas III lectionum, sicut festivitas sancti Valentini, vel sancte Helene vel alterius sancti, nichil inde fieri omnino debet preter commemorationem in missa. Sciendum etiam quod si infra XL[am] acciderit in die dominica festivitatem IX lectionum, sicut festum beati Gregorii vel beati Benedicti, vel etiam Annunciacio beate Marie, deferri[1] debet usque in secundam feriam sequentem, ut sic et dies dominica et ipsa festivitas sancti plenam et integram habeant servicii sui celebritatem ; nam si aliter fiat, multa continget pretermitti de servicio diei dominice, sicut sermonem qui legitur ad matutinas, et antiphonas de matutinis laudibus, et missam in die, que per totam septimanam non possent recuperari, cum unaqueque dies in XL[a] propriam missam et proprium servicium habeat.

IN QUADRAGESIMA POST PRIMAM.

In XL[a] post primam statim cotidie dicuntur xx[i]v[que] psalmi de Psalterio, cum letania et precibus et orationibus consuetis. Post terciam cotidie dicuntur xv psalmi pro defunctis, sed tunc so[13]lummodo quando in hesterna die dicta est vigilia pro defunctis. Post xv psalmos missa canitur ad crucifixum. Post IX[am] vigilia pro defunctis canitur, et statim sequitur missa de die ; et hoc ita fit cotidie, si non fuerit dies dominica, nam in diebus dominicis consuetus ordo non mutatur.

DE PRIMA DOMINICA QUADRAGESIME.

Sabbato proximo ante XL[am], ad vesperas mutantur hymnus, capitulum et ℣ : capitulum *Ecce nunc tempus acceptabile ;* hymnus *Ex more docti ;* ℣ *Angelis suis Deus*. Ad completorium legitur Dyalogus Gregorii ; et per totam XL[am] ad matutinas similiter mutabuntur ℣ : in I° nocturno, ℣ *Dicet Domino Susceptor meus es tu ;* in II° noct., *Ipse liberavit me ;* in III° noct., *Scapulis suis obumbrabit.* In matutinis laudibus, ℣ *Scuto circumdabit.* Hymnus *Summe largitor*, et dicitur cotidie ad matutinas laudes usque ad quartam feriam septimane majoris, nisi fuerit festivitas alicujus sancti IX lectionum ; et etiam in Ramis palmarum ℟ canitur, scil. *Ecce nunc tempus.* Ad horas die[2] antiphone de evangelio canuntur, et similiter in aliis diebus dominicis. Ad III[am] canitur ℟ *Participem me fac.* Ad VI[am], *Ab omni via mala.* Ad IX[am], *Declara super nos.*

1. *Lire* differri. — 2. Diei.

Ab hac die dominica post primam et capitulum vadimus ad mandatum pauperum in hospicium per totam XL^{am}. In eundo canitur ps. *Verba mea ;* ad processionem circa claustrum canitur ant. *Cum sederit Filius hominis*, et ea die tantum, et alia ant. in introitu ecclesie *Cum viderit*[1] *nudum,* que similiter canitur aliis diebus dominicis.

De ferialibus XLe. — Secunda feria canitur invitatorium *Venite exultemus ;* tercia feria, *Jubilemus Domino ;* reliquis feriis more solito canuntur invitatoria, et eodem modo in aliis septimanis XLe invitatoria ordinantur.

Eadem II^{a} feria [*bis*], facta in refectorio benedictione more solito, [v°] et positis super principalem mensam x cutellis, conveniunt fratres ante eandem mensam cantantes ps. *Levavi oculos meos* et *Pater noster*, et preces cum collecta pro anima Odalrici prepositi, qui dedit redditus ad emendos cutellos [2].

De primis xv diebus. — In primis xv diebus XLe ad horas diei canuntur ℟ : ad III^{am} *Participem me fac*, ad VI^{am} *Ab omni via mala*, ad IX^{am} *Declara super nos*. Ad easdam horas ant. et ℣ sunt hi : ad terciam, ant. *Advenerunt nobis*, ℣ *Dicet Domino Susceptor meus es tu ;* ad sextam, ant. *Per arma justicie*, ℣ *Ipse liberavit me ;* ad IX^{am}, ant. *Commendemus*, ℣ *Scapulis suis*. Sed ad primam consuete antiphone nequaquam per totam XL^{am} mutantur, scil. *Dominus regit me* et *Beati qui ambulant*.

De jejunio primi mensis.

In prima septimana XLe celebrantur jejunia IIII^{or} temporum, sed nec IIII^{a} feria, nec VI^{a}, nec VII^{a} pronunciatur evangelium ad matutinas. IIII^{a} feria, ad missam ante primam orationem dicitur *Dominus vobiscum* et *Flectamus genua*. Statim post lectionem puer cantat gradale. Nota : quando puer cantat ℟ post lectionem, chorus non reincipit ℟ inceptum, nec etiam post versum repetitur ℟ ; ad secundam orationem non dicitur *Dominus vobiscum*, secundum usum Ecclesie nostre, sed *Oremus* et *Flectamus genua*. Post epistolam duo pueri cantant ante altare tractum, scil. *De necessitatibus meis ;* in fine ℣ primi cantat chorus communiter *Et dimitte omnia peccata :* hoc idem repetit chorus post secundum versum. Finito ultimo versu, repetit chorus totum primum versum, scil. *De necessitatibus ;* quo finito, canitur tractus *Domine non*.

De sabbato et ordinibus.

Septima feria, scilicet sabbato ante *Reminiscere*, ad missam

1. *Probablement* videris. — 2. *Usage particulier à noter. Odalric, prévôt de l'église de Reims, mort en 1075* (Gallia christiana, *t. IX, c. 166)*.

ante primam orationem dicitur [14] *Dominus vobiscum*, sed ad nullam aliarum orationum, et *Flectamus genua* dicitur ad omnes lectiones, et ad epistolam ante collectas ; post primam orationem ante lectionem ordinantur sine interrupcione hostiarii, lectores, exorciste, acoliti; deinde leguntur lectiones et alie orationes, et ℟ gradale cantant pueri per se ante faciem altaris; hymnum trium puerorum, scilicet *Benedicite Domino*, qui dicitur post lectionem Danyelis prophete, cantat diaconus vel subdyaconus ibidem, indutus capa serica. Post orationem que est ante epistolam, antequam legatur epistola, vocantur ab archidyacono qui ordinandi sunt subdyaconi, et tunc ordinantur. Quibus ordinatis, legitur epistola ab uno eorum, si fuerit noster, vel Sancti Simphoriani canonicus vel monachus Sancti Remigii. Tractum post epistolam, scil. *Laudate Dominum*, cantat ante altare unus subdiaconus capa serica indutus. Post tractum ante evangelium, vocantur similiter qui ordinandi sunt dyaconi et presbiteri, et tunc cantatur ex ordine letania. Qua finita, dicitur ab archidiacono : *Recedant qui ordinandi sunt presbiteri et remaneant qui ordinandi sunt dyaconi*. Quibus ordinatis, legitur evangelium ab uno eorum, si fuerit noster, vel Sancti Symphoriani canonicus vel monachus Sancti Remigii. Lecto evangelio, recedunt dyaconi, et qui ordinandi sunt presbiteri, vocantur et ordinantur. Illis ordinatis, missa celebratur, et licet multe orationes ante lectiones et epistolam premisse fuerint, tamen una sola secreta et una sola postcommunio respondent omnibus illis, nisi forte aliqua suffragia superaddita fuerint, que non pertineant ad diem; nec dicitur eo die *Humiliate capita vestra Deo*, nec oratio super populum, quia inter alias orationes quinto loco [v°] dicta fuit ante epistolam, scil. *Adesto Domine supplicationibus nostris ut esse te largiente*, etc.

Dominica IIª in Quadragesima.

Dominica IIª in XLª qua cantatur *Reminiscere*, ad processionem canitur ℟ *Si Dominus Deus meus*, et in introitu ecclesie *Cum videris nudum*, et similiter in aliis diebus dominicis XLᵉ. Ad missam canitur primus tractus a duobus subdyaconis, scilicet *De necessitatibus meis*, continue et sine repeticione; quo finito, repetitur tantum primus versus in choro ; postea duo dyaconi cantant alium tractum, scil. *Confitemini*.

IIIª dominica XLᵉ.

Dominica IIIª ad processionem canitur ℟ *Videns Jacob vestimenta*, et in introitu ecclesie *Cum videris nudum*. In hiis XV diebus cotidie canitur ad vesperas hymnus *Audi benigne condi-*

tor, nisi hoc festivitas alicujus sancti IX lectionum excipiat; et ad horas mutantur ℟ que sunt hec : ad III^{am}, *Bonum michi;* ad VI^{am}, *Servus tuus ego;* ad IX^{am}, *Septies in die*. Predicte tamen antiphone et predicta versoria per totum primum mensem non mutantur.

IIII^{a} DOMINICA XLe.

Dominica IIII^{a}, quando cantatur *Letare Jherusalem*, ad processionem canitur ℟ *Audi Israel precepta Domini*. Ipso die ad vesperas dicitur hec collecta *Deus qui in deserti regione*, que nec ad matutinas nec ad missam dicitur.

FERIA QUARTA. — Sequenti feria IIII^{a}, ad missam ante epistolam legitur lectio Ezechielis prophete; post quam, statim ante epistolam, canitur ℟ *Venite filii*.

DE SABBATO ET ORDINIBUS. — Proximo sabbato, quando cantatur *Sicientes*, non inseruntur lectiones ad missam, etiam si fiant ordines; sed cantato introitu misse, postquam per archidiaconum vocati et presentati fuerint archiepiscopo qui ordinandi sunt, dicitur collecta *Fiat* [15] *quesumus Domine per gratiam tuam*. Qua finita, ordinantur sine interruptione hostiarii, lectores, exorciste, acoliti, postea subdyaconi, deinde vero sequitur epistola et ℟; deinde ordinantur dyaconi. Quo facto, legitur evangelium. Deinde sequitur consecratio sacerdotum. Quibus ordinatis, incipit archiepiscopus alta voce *Credo in unum Deum*, et sic missa finitur.

DE PROCESSIONE AD SANCTAM TRINITATEM [1].

Decimo kalendas aprilis, post sextam procedunt domini canonici ad Sanctam Trinitatem. Cum autem exeunt de choro Beate Marie, signa non pulsantur, nec ante processionem crux defertur; in eundo autem vigiliam trium lectionum pro defunctis fidelibus decurrunt. Intrantes ecclesiam Sancte Trinitatis prosequuntur vigiliam usque ad finem, et interim sacerdos ebdomadarius, et levita et subdyaconus, et precentor et pueri preparant se ad officium misse. Duo pueri cantant gradale et duo dyaconi tractum. Cantata missa pro anima domini Constancii decani [2] et pro ceteris fidelibus defunctis, canonici in reditu cantant XV psalmos pro defunctis. De isto anniversario dantur canonicis XIII solidi Remensis monete, quorum IX solidos et dimidium solvit custos hospicii, et residuum dapifer noster. Nota: si processio ista acciderit in sabbato vel in dominica, poterit fieri ante vel post, sicut melius videbitur.

1. *L'église du Temple, sous le vocable de la Ste-Trinité.* — 2. *Constance, doyen de l'église de Reims en 1034 et 1043* (Gallia christ., *t. IX, c. 171).*

DOMINICA QUINTA.

Dominica quinta, quando cantatur *Judica me Deus,* in matutinis ad invitatorium quidem canitur *Gloria Patri*, ad ℟ autem nequaquam canitur, sed per singulos nocturnos tercium ℟ repetitur, et similiter faciendum est sequentibus ejusdem septimane feriis. Matutine et alie hore de beata Maria dicuntur. Item ad introitum [v°] misse *Gloria Patri* de cetero non dicitur usque ad Pascha, neque ad horas diei canitur *Gloria Patri* post versum responsi, sed totum ℟ repetitur tam prima feria quam reliquis feriis. Ad processionem canitur ℟ *Isti sunt dies*, quod non repetitur in feriis sequentibus, sed tantum in dominica die cantatur. Ad horas diei dominice canuntur ant. de evangelio. ℟ mutantur: ad III^{am}, ℟ *Erue a framea*, ℣ *De ore leonis*; ad sextam, ant. [1] *De ore leonis*, ℣ *Ne perdas cum impiis*; ad IX^{am}, ℟ *Principes persecuti*, ℣ *Quoniam alieni*; et cantantur per totam septimanam usque ad quartam feriam majoris ebdomade, et etiam ipsa IIII^{a} feria. In feriis sequentibus ad horas mutantur antiphone : ad III^{am}, ant. *Invocabo*; ad VI^{am}, *Tibi revelavi*; ad IX^{am}, *Infirmata est.*

SABBATO IN RAMIS PALMARUM.

Proximo sabbato ante dominicam in Ramis palmarum, ad vesperas IX candelabra coram altari disponuntur. Duppliciter pulsatur; non duppliciter canitur. ℟ a duobus dyaconis cantatur *Circumdederunt me*; ℣ post hymnum *Dederunt in escam meam fel*, quod tamen die dominica sequente vel alia die non dicitur, nisi IIII^{a} feria ad vesperas, quando similiter cantatur ℟ *Circumdederunt me.* Vespere et alie hore de beata Maria usque ad octavas Pasche tacentur.

DOMINICA IN RAMIS PALMARUM.

Dominica in Ramis palmarum, ad invitatorium et ℟ matutinarum *Gloria Patri* non dicitur, et per singulos nocturnos tercium ℟ repetitur. ℟ a binis non cantatur, nec per singulos nocturnos incensatur, sicut fieri solet in aliis festivitatibus IX candelabrorum.

Ipso die dicitur ad primam *Deus in adjutorium meum.* Hymnus cantatur *Jam lucis orto sydere.* Ad psalmos *Gloria Patri* solito more dicitur. Ant. *Dominus regit me* cantatur, et penitus decurritur prima sicut solet. Succentor non servat cantum, nisi ad missam. Pueri [16] tenentur esse rasi.

Eodem die post aquam benedictam factam et aspersam, et

1. *Lire* ℟.

dicto *Asperges me Domine*, exeunt de choro et de ecclesia canonici, acoliti, tantum aqua benedicta precedente et subdyacono ebdomadario induto alba(m), textum ferente, et ordinate procedentes per claustrum nichil cantant usque dum veniant ad ecclesiam Sancti Petri ad moniales [1]; custodes [2] autem precedere debent seorsum et separati cum duabus crucibus et palmis ad Sanctum Petrum; et interim major crux debet portari a quodam vicario per aliam viam ad Sanctum Mauricium [3], ut ibi preparata sit. Quando processio venerit in introitu ecclesie Sancti Petri, incipit cantor ℟ *Salvum me fac Deus*. Quo finito, subdiaconus legit lectionem *In diebus illis venerunt filii Israel in Helym ubi erant XII^{cim} fontes aquarum*, usque ad illum locum *Et ecce gloria Domini apparuit in nube*. Deinde dom. archiepiscopus, capa serica et stola indutus, benedicit palmas et frondes. Quibus benedictis et deportatis per singulos, cantor incipit ant. *Pueri Hebreorum tollentes ramos olivarum*. Qua finita, iterum incipitur ant. a cantore *Collegerunt;* due autem moniales cantant ℣, et debet eis predici a cantore *Unus autem ex ipsis*. Quo finito, canonici finem antiphone repetentes, scil. *Ne forte veni* [4], exeunt de choro cum crucibus et signis, subdiacono textum ferente et acolito cum aqua benedicta precedente.

Egressi domini canonici de monasterio Sancti Petri, cantant ant. *Cum apropinquaret Dominus*, quam incipit cantor; deinde aliam ant. *Cum audisset populus*, et post hanc a[v°]liam incipit cantor *Ceperunt omnes turbe*. Postquam autem ad Sanctum Mauricium pervenerint, incipitur ant. a cantore *Occurrunt turbe*, et tunc ordinantur canonici ex una parte et monachi ex alia, et, facto silencio, cantor incipit ℟ *Circumdederunt me*. Quo decantato cum versu, cantor incipit ant. *Pueri Hebreorum tollentes ramos*, deinde ex altera parte monachi *Pueri Hebreorum vestimenta ;* item cantor noster ant. *Turba multa,* ex altera parte monachi *Osanna filio David ;* et tunc iterum cantor noster *Cum angelis et pueris*, et interim dyaconus, accinctus casula et preparatus ad legendum evangelium, procedit in medium; unus autem ex monachis debet deferre thuribulum cum incenso, et alius laternam cum igne. Post evangelium dominus archipresul, vel alius cui injunctum fuerit, facit sermonem ad populum. Quo facto, canonici revertentes ad suam ecclesiam, in reditu cantant ant. *Ante quinque dies ;* post hanc sequitur hymnus *Magno salutis gaudio*.

1. *L'église abbatiale de Saint-Pierre-lès-Dames.* — 2. *Les custodes, sacristains.* — 3. *L'église paroissiale de Saint-Maurice, où se trouvait aussi un chœur pour un prieuré bénédictin de ce nom.* — 4. *Lire probablement* venirent.

Cum autem perventum fuerit ante ecclesiam Sancti Dyonisii [1], ibi parumper subsistitur, et dicitur oratio : *Dominus vobiscum, Oremus Deus qui Filium tuum Dominum nostrum Jhesum Xpistaum in hunc mundum pro nostra salute ;* et interim pueri canonici debent preire et in veterem turrim ascendere, ut ibi cantent *Gloria laus*. Et, dicta oratione ante Sanctum Dyonisium, domini canonici ingredientes civitatem, cantant ℟ *Ingrediente Domino* cum ℣, et incipitur a cantore. Venientes autem in atrium ante ecclesiam, sedent ibi in sedibus preparatis, et tunc cantatur a pueris *Gloria laus ;* post singulos versus respondent canonici *Gloria laus*. Quo finito, intrant ecclesiam cantantes ℟ *Ingrediente Domino* cum ℣ ; postea dom. archiepiscopus sive cantor ante crucifixum [17] incipit ant. *Ave rex noster ;* qua finita, cantor incipit ℟ *Conclusit vias meas*, quod dum cantatur, processio more solito circa claustrum executur [2] cum duabus crucibus et texto. In introitu ecclesie cantant ℟ *Ingrediente Domino* sine versu, et incipitur a cantore. Deinde, regressis illis in chorum, sacerdos dicit consuetam orationem, et postea inchoatur tercia ita : *Deus in adjutorium*, etc. ; hymnus autem non dicitur, sed psalmi sine ant. inchoantur ; quibus decursis cum *Gloria Patri*, sequitur *Laus tibi Domine rex eterne glorie ;* et canitur *Ingrediente Domino* sine ℣ ; quo dicto, dicitur *Dominus vobiscum* et collecta, solito more, et sic tercia finitur. Eodem ordine percurruntur VI^a^ et IX^a^. Ad vesperas non canitur ℟. Ad completorium non agitur commemoratio defunctorum propter IX candelabra [3].

De tribus feriis sequentibus. — In tribus feriis sequentibus, videlicet II^a^, III^a^ et IIII^a^ feria, pene idem fit. Ad invitatorium *Gloria Patri* pretermittitur. Ad nocturnos tria ℟ repetuntur. Ad horas diurnas hymni et supradicte ant. canuntur cum precibus consuetis. Ad missam non dicuntur orationes de beata Maria vel alia suffragia de sanctis.

De II^a^ et III^a^ feria. — In secunda et III^a^ feria dicuntur quinquaginta psalmi, qui supererant de psalterio in capite jejunii inchoato [4].

De IIII^a^ feria. — Quarta feria, mox finita prima, itur in Capitulum. Inde regressi domini incipiunt psalterium, quasi pro tota septimana, et cantant in choro primos L psalmos. Quibus finitis, surgunt et alios quinquaginta psalmos, antequam ingre-

1. *L'église abbatiale et paroissiale de Saint-Denis.* — 2. *Lire* exequitur. — 3. *Les neuf chandeliers indiquaient un office solennel.* — 4. *Addition du ms. 328 :* et dicuntur parve vigilie ante missam *(f° 33).*

diantur ecclesiam Sancti Remigii [1], in sua [2] percurrunt, et introgressi in oratione se prosternunt, VII psalmos penitentiales privatim et sub silencio decurrentes. De[v°]inde egressi de ecclesia tercios quinquaginta psalmos incipiunt, quos in choro Beate Marie cum letania et precibus consuetis finiunt.

ANNUNCIACIO BEATE MARIE.

Si autem Annunciacio beate Marie in hac IIII[a] feria occurrerit, poterit hec processio ad Sanctum Remigium fieri precedente III[a] feria, et L[a] psalmi in secunda feria similiter persolventur.

IPSO DIE AD MISSAM. — Ipso die, scil. quarta feria, ad missam lectio premittitur epistole ; inter lectionem et epistolam canitur ℟ a puero ; post epistolam duo subdiaconi induti albis, quibus ad matutinas injunctum fuerit, cantant tractum, scil. *Domine exaudi orationem*, et post quemlibet versum chorus repetit *Et clamor meus ;* finito tractu, chorus repetit totum primum versum ; postea sequitur tractus *Domine non secundum peccata*.

Ad vesperas VII candelabra ante majus altare disponuntur ; ℟ canitur *Circumdederunt ;* hymnus *Vexilla ;* ℣ *Dederunt in escam meam ;* et sic vespere stando finiuntur sine precibus. Completorium solito more decurritur et precibus non inscritur psalmus *Miserere mei Deus*.

IN CENA DOMINI.

In Cena Domini ad matutinas pretermittuntur omnino *Deus in adjutorium*, invitatorium et *Gloria Patri*, sed ant. *Zelus domus tue* statim incipitur, et excelse inchoatur ps. *Salvum me fac Deus ;* quo finito sine *Gloria Patri*, repetitur antiphona et finitur sine tono : simili modo et alii ps. et alie ant. cantantur. ℣ *Exurge Domine et judica causam meam*. Ad lectiones benedictiones non dantur, nec etiam post *Pater noster* a presbitero dicitur *Et ne nos inducas*. Similiter fit in aliis nocturnis, nisi quod versiculi mutantur : in II° nocturno ℣ *Deus meus eripe me de manu peccatoris ;* in III° nocturno ℣ *Homo pacis mee in quo speravi*, (i) *Magnificavit adversum me supplantationem*. In singulis autem noc.....

[*Ms. 327, f° 20*]... Benedictiones non dantur, nec dicitur a presbitero post *Pater noster*, *Et ne nos inducas*. In antiphonis toni non finiuntur ; una tamen collecta de passione dicitur, scilicet *Respice quesumus Domine super hanc familiam*, absque

1. *L'église abbatiale de Saint-Remi, aujourd'hui église paroissiale, érigée en basilique mineure par Pie IX le 28 juin 1870.* — 2. *Lire* via *(voir ms. 327, f° 19 v°).*

Dominus vobiscum; et sic matutine stando, sine precibus, et cum silencio finiuntur.

Summo mane surgit dom. archiepiscopus et per congregationes ambulans, facit absolutionem per singulas; et super septem psalmos penitenciales, qui in absolutione dicuntur, adhibetur *Gloria Patri.* Interim pulsatur ad primam, que sic alta voce inchoatur *Deus in nomine tuo salvum me fac*, et decurritur sine *Gloria Patri* et sine *Laus tibi Domine rex eterne glorie;* post *Quicumque vult* (ps.) primum ℟ de matutinis canitur, versus responsi non dicitur; *Exurge Domine;* quo finito, privatim et submissa voce a singulis prima solito more decurritur, pretermissa tamen consueta oratione *Domine Deus Pater omnipotens qui nos a principio*, nam collecta ista *Respice Domine super hanc familiam tuam*[1] ad primam quam ad alias horas dicitur; *Domine exaudi orationem meam* dicitur ante orationem ad singulas horas, sed *Dominus vobiscum* [v°] non dicitur. Hoc idem observandum est ad horas diei Parasceves et in Sabbato sancto. In capitulo post primam, non accepta benedictione, legitur a puero, et dicitur a presbitero *Isti et omnes sancti et electi Dei*, deinde ter repetitur *Deus in adjutorium meum intende*, sed sine *Gloria Patri;* sequitur *Kyrieleison* ter, *Pater noster*, *Respice in servos tuos*, *Oremus Dirigere et sanctificare*, etc.

Post hec dom. archiepiscopus, reversus ad majorem ecclesiam, intrat capitulum absolutionem ibi facturus; et inde procedens ad ecclesiam, ascendit pulpitum et iterum facit absolutionem super populum.

Ad terciam, sextam et nonam, psalmi sine *Deus in adjutorium*, sine hymno, sine *Gloria Patri*, et sine *Laus tibi Domine rex eterne glorie*, et sine precibus excelse canuntur, et sicut ad primam primum responsum, sic ad terciam secundum, ad sextam quartum, ad nonam quintum de matutinis responsum canitur.

Eadem die Cene dominice, hora nona, fit novus ignis, et a dom. archiepiscopo benedicitur: sic et feria sexta et Sabbato sancto fieri debet.

Ipsa die Cene mane preparant custodes et mansionarii omnia que necessaria sunt ad consecrationem crismatis, scilicet ampullas tres de oleo mundissimo plenas, unam ad oleum pro infirmis, alteram ad crisma, terciam vero ad cathecuminos ungendos; illam vero que ad crisma preparatur, de albo serico, alias vero de alio serico cooperiuntur, et dominus pontifex providet de balsamo.

1. *Lire* tam.

Hora nona, egrediuntur penitentes de loco, ubi penitenciam egerunt, ut gremio presententur ecclesie. Sedente autem pontifice pre foribus ecclesie, eminus jussum illius prestolantibus, archidiaconus, antequam offerat eos, postulat hiis verbis *Adesto*[1] *venerabilis pontifex tempus acceptam*[2] *divine propitiationis dies et salutis humane*, et cetera que secuntur.

Penitentibus igitur sollempniter reconciliatis, procedit pontifex in sacrarium, optimis ornamentis preparat se, more solito, ad missam celebrandam. Deinde accinctus pallio, cum septem diaconibus dalmaticis et totidem subdiaconibus tunicis indutis, cum accolitis cereos et turibula ferentibus, ingreditur ad altare. Cantor et succentor servant cantum ad missam ; si crisma [21] non fiat, solus precentor servat chorum ad missam. *Kyrieleison* sollempniter cantatur ; ewangelium in ambone legitur et pulpito faciterculum superponitur. Ea die, propter consecrationem crismatis dicuntur *Gloria Patri* ad introitum misse et *Gloria in excelsis* et *Credo in unum* et *Agnus Dei* et *Ite missa est*. *Sanctus sanctus* dicitur et *Communicantes*, et *Hanc igitur* et *Qui pridie*, sive crisma fiat, sive non fiat ; ubi vero crisma non consecratur, nec *Gloria Patri* ad introitum misse, neque *Gloria in excelsis*, neque *Credo in unum* dicuntur, nec *Agnus Dei*, nec *Ite missa est*, sed *Benedicamus Domino*. Archiepiscopo vero absente, diaconi tres tantum et tres subdiaconi, casulis induti procedunt, et cantus servatur ad missam ab ebdomadario tantum. *Flectamus genua* et prefatio quadragesimalis nunquam dicuntur ea die, sive crisma fiat, sive non fiat. Quamdiu canitur *Gloria in excelsis*, campane pulsantur insimul, et etiam pulsantur ad vesperas, et de cetero non pulsantur usque in sanctum sabbatum Pasche. Post hec missa solempniter peragitur in ordine usque dum pontifex dicere debeat *Per quem hec omnia Domine semper bona creas* ; et tunc offeratur illi oleum ad ungendos tam infirmos quam energuminos, et ipse benedicat illud submissa voce ita ut tantum possit a circumstantibus audiri. Finita benedictione, dicit *Per quem hec omnia Domine semper bona creas*. Finita oratione dominica, post *Libera nos quesumus Domine*, et post *Per omnia secula seculorum*, antequam dicat *Pax Domini sit semper vobiscum*, diaconus qui legit ewangelium, conversus ad chorum, dicit alta voce *Humiliate vos ad benedictionem*, et chorus respondet *Deo gratias* ; pontifex vero conversus ad chorum, facit benedictionem sollempnem, sicut in die Pasche vel Pentecostes. Ipsa die non dicitur *Agnus Dei*, nisi crisma consecretur, et

1. *Lire* Adest. — 2. *Lire* acceptum.

tamen dicitur *Pax Domini sit semper vobiscum* ; pax autem nec mutuo datur nec mu[*ms. 326, f°*] [18]tuo accipitur. Post perceptionem Eucharistie chorus cantat communionem *Dominus Jhesus*. Tunc unus ex diaconis Corpus Domini, quod reservandum est usque in diem Parasceves, accipit in sindone munda, de (q) cujus manibus recipit illud pontifex, et conversus ad populum, incipit alta voce *Hoc corpus quod pro vobis traditur*, choro eandem communionem cantante et usque ad finem prosequente. Diaconus vero idem Corpus Domini involutum alte deportat et in sacro et mundissimo loco deponit, et usque in crastinum reservat; Sanguis vero non reservatur, sed eo die totus hauritur.

Post hoc dom. pontifex residet in sede sua, et tunc archidiaconi, cantor et succentor, et omnes presbiteri canonici casulis induti, diaconi et subdiaconi, et acoliti qui ministraverunt in missa, vadunt in sacrarium, ut inde ordinate et cum omni decore oleum crismale et oleum cathecuminorum et neophitorum usque in ecclesiam ante archiepiscopum deferant ; ibidem parati sunt presbiteri casuales, casulis sollempniter induti et cum aliis processuri. Duas ampullas, que ad oleum cathecuminorum et ad crisma consecrari debent, accipiunt duo acoliti sindonibus ab humeris dependentibus involutas [1].

Processio in hunc modum rite et devote ordinatur : primo procedunt duo pueri in laudem ejusdem ministerii concinentes hos versus *O Redemptor* etc. ; post pueros subdyaconi, deinde diaconi procedentes congruum ordinem observant; post illos secuntur duo acoliti cum candelabris et cereis accensis ; deinde ab aliis acolitis ferun[v°]tur duo thuribula cum incenso, et inter illa medium portatur oleum cathecuminorum ; postea portantur due cruces, et inter alias [2] medium est oleum crismale; deinde diaconus portat evangelium, ut impleatur omne bonum; unus vero ex sacerdotibus vel major archidiaconus fert balsamum, pallio extento desuper et a presbiteris parrochialibus cum lanceis [3] alte deportato ; post hos bini et bini sequuntur presbiteri testes et cooperatores ejusdem sacrosancti crismatis.

Quomodo se habeant in choro et ante presulem. —Venientibus illis eodem ordine in chorum et stantibus ante altare, post ℣ finitos ordinantur circa episcopum hinc inde presbiteri testes et coadjutores ejusdem ministerii, dyaconi et alii, candelabra, cruces et thuribula et evangelium, ita ut diaconi stant post dor-

1. *A Laon la bénédiction des saintes huiles se faisait avec un cérémonial à peu près semblable, mais elle avait lieu toute entière pendant la messe, avant le* Pater *(p. 110)*. — 2. *Lire* illas. — 3. *Le dais.*

sum archiepiscopi, presbiteri vero a dextris et a sinistris, cruces vero et cetera utrimque inter illos media, subdiaconi, lectores, hostiarii, acoliti stant in ordine suo secundum eorum gradum, ita ut subdiaconus septimus sit in eminenciori loco et juxta eum archidiaconus qui legit ; continuo duo acoliti tenentes duas ampullas involutas, projectis sindonibus super scapulam sinistram, ita ut pertingant scapulam dextram, discooperiunt eas in parte, ita ut videri possint a medio. Hiis itaque statutis, archiepiscopus, convertens faciem versus chorum, incipit consecrationem crismatis, et offerente ei archidiacono vasculum cum balsamo, permiscet balsamum cum oleo dicens *Hec commixtio liquorum fiat omnibus perunctis propiciacio et custodia salutaris in secula seculorum Amen.* Deinde, antequam benedicatur, halat ter super ipsam ampullam et dicit lenta voce exorcismum cris[19]matis. Finita benedictione crismatis, dom. archipresul salutat crisma nudum, dicens *Ave sanctum crisma :* similiter omnes qui juxta eum sunt, salutant dicentes *Ave sanctum crisma.* Tunc descendat ampulla et deferatur omnibus ad salutandum. Descendente ampulla crismatis, statim alia cum oleo cathecuminorum cooperta ascendat ante archiepiscopum ; ipse autem halat ter in ipsam sicut in priorem, et in primis facit exorcismum et benedicit eam quasi legens lectionem. Qua expleta, ipse archiepiscopus et qui juxta eum sunt salutant eum dicentes *Ave sanctum oleum.* Tunc descendat ampulla illa sicut alia, et deferatur omnibus ad salutandum.

De vesperis. — Hiis itaque peractis, cum honore referuntur ambe ampulle in sacrarium. Dominus vero archiepiscopus lavat manus, et cantor incipit ant. *Calicem salutaris*, ps. *Credidi ;* ant. *Cum hiis qui oderunt*, ps. *Ad Dominum cum tribularer ;* ant. *Ab hominibus*, ps. *Eripe me Domine ;* ant. *Custodi me*, ps. *Domine clamavi ;* ant. *Considerabam*, ps. *Voce mea.* Capitulum et hymnus pretermittuntur. Ant. ad Magnificat *Cenantibus autem*, et a cantore portatur archiepiscopo ut eam incipiat ; postea dicitur oratio *Refecti vitalibus alimentis*, et sequitur *Ite missa est.*

De lavando altari[1]. — Descendit itaque pontifex in sacrarium et deponit sacra vestimenta, et alia alba induitur non tam bona ; cum eo duo alii sacerdotes induuntur albis similiter, ut simul cum dom. archiepiscopo abluant altaria. Interim denudatur majus altare, et preparantur ad abluendum aqua et vinum et pigmentum. Tunc veniens pontifex cum predictis [v°] sacer-

1 et 2 (p. 126). Voir les mêmes cérémonies dans l'Ordinaire de Laon (p. 111).

dotibus, spongiam accipit et, infusa aqua cum vino et pigmento, abluit altare. Interim cantatur ℟ *Circumdederunt me,* et ant. *Sancta Maria*, cum hac ant. *Salvator mundi,* deinde subjungitur oratio de beata Maria et omnibus sanctis.

Ad completorium psalmi privatim decurruntur, scil. *Cum invocarem, In te Domine, Qui habitat, Ecce nunc, Nunc dimittis*, pretermissis *Converte nos*, et *Deus in adjutorium*, et *Gloria Patri* et *Laus tibi Domine;* sequitur ℟ et *Kyrieleison* et *Pater noster* cum precibus; hiis dictis usque *Domine exaudi orationem,* dicatur collecta *Respice.*

De mandato faciendo [1]. — Post prandium dom. pontifex vadit in Capitulum nostrum ad faciendum mandatum. Ibi cantor incipit alta voce ant. *Mandatum novum* cum ps. *Beati immaculati.* Interim repetitur illa ant. scilicet *Mandatum novum,* deinde alia ant. *In hoc cognoscent omnes,* item alia ant. *Diligamus nos invicem,* postea ℟ *Felix Maria* cum ant. *Mixtum rorem*, item alia ant. *Ante diem festum Pasche*. Qua finita, veniunt acoliti in albis nudisque pedibus, et cantant hymnum istum in medio Capitulo *Tellus ac ethra jubilent,* et post singulos versus chorus primum versum repetit, scil. *Tellus ac ethra.* Diaconus interim paratur ad legendum evangelium, nudis pedibus, dalmatica indutus sicut in festivis diebus, precedentibus duobus acolitis cum candelabris et duobus aliis cum thuribulis, et (b?) veniens petit benedictionem ab archiepiscopo, et legit evangelium in modum lectionis, scil. *Ante diem festum Pasche* usque ad locum illum *Ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis.*

[1]. — Istud autem prenotandum est quod mox ut a cantore fuerit incepta prima ant., scil. *Mandatum novum,* surgit dom. archi[20]episcopus a sede sua, et precinctus linteo, lavat pedes archidiaconorum scilicet [2], prepositi et decani et personarum; postea residens in sede sua prebet decano pedes suos ad lavandum ; decanus autem et ceteri sacerdotes lavant pedes aliorum canonicorum in ordine ; et interim canuntur que supradiximus, et legitur lectio post ablucionem pedum; cum vero ventum est usque ad locum illum lectionis *Surgite eamus hinc,* surgunt dapiferi nostri cum aliquot de subdiaconis, et vinum preparatum extra Capitulum de cellario dom. archiepiscopi, deferunt dom. archiepiscopo primum et postea omnibus qui in Capitulo sunt.

1. *Titre effacé.* — 2. *Peut-être la lettre* s *entre deux points, qui dans le présent manuscrit signifie constamment* scilicet, *a-t-elle, par une erreur du copiste, pris la place du signe qui se traduit par* et.

De distribucione denariorum. — Dominus autem archiepiscopus ex caritate et tamen ex consuetudine facit distribui unicuique personarum, sacerdotum et lectori duos solidos, dyaconis XVIII denarios, subdiaconis XII denarios, acolitis VIII denarios; post finem lectionis dom. archiepiscopus, aut decanus aut aliquis ex sacerdotibus dicit has preces *Suscepimus Deus misericordiam tuam, Tu mandasti mandata tua, Tu lavasti pedes;* deinde sequitur oratio *Oremus Adesto Domine officio nostre servitutis,* etc., et sic finitur mandatum.

De Parasceve.

In Parasceve, sicut in Cena Domini, matutine prorsus eodem modo celebrantur, excepto quod cum precibus et prostratim finiuntur. Prima et relique hore diei sine *Deus in adjutorium* et *Gloria Patri,* secreto et singulariter dicuntur et cum precibus et prostratim finiuntur. Ad singulas horas unum ℟ de matutinis dicitur; collecta per singulas horas *Respice Domine quesumus.* In hac die et in Sabbato sancto non canitur missa pro defunctis, nisi corpus defuncti presens fuerit.

De officio loco misse. — Post IX^am^, loco misse agitur officium hoc modo : procedit dom. pontifex de sacrario quasi preparatus ad missam sine pal[v^o^]lio, sine tunica et dalmatica, cum uno dyacono planeta induto et sine evangelio : neque enim textus neque cereus aut thuribulum ante ipsum defertur. Solus orat coram altari, nec pacem dat dyacono ; non ipse aut diaconus nudis pedibus incedit, eo quod non licet presbitero, aut diacono vel alicui alii [1] nudis pedibus ministrare ad altare.

De principio officii. — Post orationem suam stans pontifex secus altare, dicit *Oremus* absque *Dominus vobiscum ;* dyaconus autem dicit *Flectamus genua. Levate ;* sequitur oratio *Deus a quo Judas;* deinde legitur lectio sine titulo *In tribulacione sua mane consurgent ad me.* Post lectionem duo subdiaconi cantant tractum *Domine audivi ;* post quemlibet ℣ chorus repetit *Consideravi opera tua ;* finito autem tractu, chorus repetit totum primum ℣. Hoc finito, iterum dicit archiepiscopus *Oremus,* et diaconus *Flectamus genua ;* oratio *Deus qui peccati veteris ;* sequitur lectio sine titulo *Dixit Dominus ad Moysen et Aaron.* Deinde duo subdiaconi et diaconi cantant tractum *Eripe me,* primum ℣ diaconus, et subdiaconus II^um^ ℣, alter diaconus et alter subdiaconus, et sic usque in finem, excepto quod principium primi versus et finem ultimi cantant insimul illi quatuor.

1. *Lire* alio.

Quo finito, legitur passio ante altare super pulpitum, nec libro supponitur facisterculum[1]. Cum autem ventum fuerit ad locum ubi dicit evangelista *Partiti sunt vestimenta mea,* duo diaconi, casulis induti, detrahunt ab altari in modum furencium lintheamina ad hoc apposita et secum auferunt. Lecta passione, non dicitur *Dominus vobiscum ;* pontifex autem dicit orationes sollempnes, diacono pronunciante per singulos *Oremus* cum cantu dictos *Flectamus genua,* [21] excepto quando pro Judeis oratur. Finitis orationibus, erunt duo presbiteri retro altare, ubi major crux est parata, et stant ante eam, induti purpureis casulis, et cantant *Popule meus*. Duo diaconi, similiter induti casulis, respondent *Agyos ;* chorus autem respondet *Sanctus Deus ;* hoc autem fit ter. Tunc veniunt duo acoliti sagis lineis induti et deferunt crucem, et ad altare paulatim et lento passu accedunt ; archiepiscopus discooperit eam et incipit hanc ant. *Ecce lignum crucis ;* sequitur ps. *Beati immaculati,* iterum *Ecce lignum ;* ℣ *Beati qui scrutantur*, iterum *Ecce lignum ;* ℣ *Non enim qui operantur*, iterum *Ecce lignum*. Tunc statim omnes, ut viderint crucem discooperiri a presule, prosternant se ad terram et iterum erigantur. Finita ant. cum ℣ et per singulos versus repetita, ascendunt duo dyaconi ad dextram altaris vel gradus (vel) versus altare, et incipiunt hymnum *Crux fidelis*, nec mutant habitum et post singulos versus chorus repetit primum ℣. Interim clerus et populus adorant crucem. Qua adorata, accepit eam pontifex et elevatam ponit eam in locum suum cantando hanc ant. *Super omnia ligna cedrorum*, et tunc, si placet ei, dicto ℣ *Adoramus te Xpiste*, dicit orationem de cruce.

De perceptione Eucharistie [*bis*]. — Hoc facto, Corpus Domini reservatum a die hesterna, defert a sacrario quidam presbiter canonicus super altare, et alius presbiter vinum non consecratum ; sunt autem ambo presbiteri casulis induti. Post hoc pontifex inchoat alta voce *Oremus Preceptis salutaribus moniti* etc. usque *Per omnia secula seculorum*. Cum vero responsum fuerit *Amen,* nequaquam dicitur *Pax Domini sit semper vobiscum* [v°] neque *Agnus Dei,* nec pax mutuo datur ; communicat autem solus episcopus. Postea ab utraque parte chori vespere canuntur : ant. *Calicem*, etc., ut in Cena Domini, et psalmi idem, excepto quod cum precibus et prosternatim vespere finiuntur. Completorium modo supradicto dicitur, excepto quod, precibus finitis, additur *Miserere* et ℣ de passione, postea sequitur oratio *Respice quesumus Domine*.

1. *Pièce d'étoffe, coussin.*

[De Sabbato sancto].

Sabbato sancto Pasche, tam matutine quam alie hore diei supradicto more exsolvuntur. Hac die fiunt ordines, si necesse fuerit; et dicitur *Flectamus genua* solummodo dum fiunt ordines, nam similiter diceretur etiam die dominica, si ordines fierent.

Hora ix^a ingreditur pontifex sacrarium, et induitur sacris vestibus non tam bonis, et sic veniens ad altare residet in sede sua. Diaconus vero, sollempni dalmatica indutus, incipit benedictionem cerei. Quo benedicto, illuminantur ab eodem cerei, et de ipso novo et benedicto igne debet in omni domo ignis accendi, quia omnis ignis anterior, qui nunc ardebat, extingui debet. Deinde magister scolaris aut alius subdiaconus, si magister presens non fuerit, legit lectionem hanc *In principio creavit Deus* et sine titulo, non enim dicitur *Lectio libri Genesis*, et ante hanc lectionem non premittitur oratio nec titulus; sed ante alias lectiones orationes dicuntur et tituli non pronunciantur. Eadem lectione finita, dicit episcopus *Oremus* absque *Dominus vobiscum*, et non dicitur *Flectamus genua*, oratio *Deus qui mirabiliter creasti hominem*. Alter vero subdiaconus legit lectionem secundam *Factum est in vigilia matutina*; solus acolitus cantat tractum *Cantemus Domino*; sequitur oratio *Deus cujus antiqua miracula*. Deinde tercius diaconus terciam legit lectionem *Apprehendent VII mulieres*; acolitus tractum *Vinea facta est*; item oratio *Deus qui ad celebrandum*. [22] Quartus subdiaconus quartam lectionem *Hec est enim hereditas*; sequitur oratio *Deus qui ecclesiam tuam*; acolitus tractum *Sicut cervus*; sequitur oratio *Concede quesumus omnipotens Deus ut qui paschal...*, item alia oratio *Omnipotens sempiterne Deus respice propicius ad devocionem populi*. Interim dum lectiones leguntur, presbiteri parrochiales cathezizant [1] infantes qui debent baptizari. Expletis lectionibus, dum tercius tractus canitur, veniunt a sacrario duo acoliti tenentes singulas ampullas, unam de sancto crismate et aliam de oleo sancto, et habent sindones in scapulis dextris aut sinistris; veniunt autem et cum eis duo subdiaconi ferentes cruces, et duo acoliti cum cereis benedictis qui debent esse librarum octo. Acoliti vero qui tenent sanctificatas ampullas, stant in medio ante altare et ante candelabrum magnum, et, completis orationibus ultimis, statim duo sacerdotes incipiunt in medio chori letaniam septenam. Deinde procedit pontifex ad fontes, qui [2] precedunt duo acoliti ferentes ampullas, et duo

1. *Pour* catechizant. — 2. *Lire* quem.

subdiaconi ferentes cruces, et duo acoliti ferentes cereos ; et omnis chorus et scala [1] procedunt bini et bini processionem facientes ; predicti vero cerei et cruces ipso die semper ante ipsum archiepiscopum precedunt usque dum omnia fuerint finita.

De benedictione foncium. — Expleta letania septena, ad fontes astante omni clero et populo in circuitu foncium, facto silencio, pontifex benedicturus fontes, ut mos est, dicit *Dominus vobiscum*, quia nunquam alias in hoc officio dicit ; sequitur oratio *Omnipotens sempiterne Deus adesto magne pietatis*, et cetera que secuntur. Completa foncium benedictione, ipse pontifex baptizat unum, si paratus est ; [v°] reliquos vero, si plures fuerint, baptizant presbiteri parrochiales, et confirmat eos dom. pontifex ; hoc enim omnino precavendum est ut non negligatur confirmacio, quia tunc omne baptismum legitimum nostre Xpistianitatis nomine confirmatur. Quibus expletis, regreditur processio a fontibus, et duo diaconi faciunt letaniam quinam in medio choro. Qua expleta, a duobus subdiaconis, in medio choro stantibus, letania terna expletur. Interim pontifex in sacrarium descendens, deponit vestimenta sua, et preparat se sollempniter ad missam, sandalis et aliis melioribus ornamentis indutus, pallioque ornatus. Postquam autem letania terna completa fuerit usque ad *Xpiste audi nos* ter repetitum, egrediente archiepiscopo de sacrario cum processione, cantor habens candelam super virgam, accendit lignum expansum super craticulam ante hostium sacrarii, et dicit alta voce *Accendite* [2] ; et, hoc facto, precentor ebdomadarius statim incipit alta voce festivum *Kyrieleison*. Tunc dom. archiepiscopus ingreditur chorum cum quinque diaconis procedentibus et quinque subdiaconis, e quibus duo portant cruces, et cum ceroferariis et acolitis cereos et thuribula ferentibus. Finito *Kyrieleison*, pontifex incipit *Gloria in excelsis*, et tam diu pulsantur campane usquedum finiatur. Postea dicit pontifex *Pax vobis*. Sequitur oratio *Deus qui hanc sacratissimam noctem*. Post collectam secuntur ordines, si fieri debent. Deinde lecta epistola in ambone, acolitus ibidem cantat *Alleluia Confitemini*, subdiaconus vero tractum *Laudate Dominum omnes gentes*. Ante ewangelium non portantur candelabra nec cerei, propter auctoritatem et presenciam majoris luminis, scilicet cerei eodem die benedicti, sed tantum [23] thuribula cum incenso ; legitur autem ewangelium in ambone, et pulpitum (fast) facisterculo cooperitur. Lecto ewangelio, dicitur *Credo in unum*

1. *Pour* scola, schola. — 2. *Usage particulier à noter.*

propter fontes consecratos et pueros baptizatos. Post hoc dicitur *Dominus vobiscum* et *Oremus*, nec tamen offerenda [1] dicitur, sed statim calices cum oblatis et vino deferuntur ad altare. Ipso die non dicitur *Agnus Dei* nec communio, sed *Sanctus sanctus* dicitur. *Pax Domini sit semper vobiscum* dicitur, nec tamen pax mutuo datur vel accipitur.

VESPERE SANCTI SABBATI. — Postquam vero episcopus communicatus fuerit, et qui cum eo voluerint, incipiat cantor *Alleluia*; sequitur ps. *Laudate Dominum omnes gentes*; et, repetito *Alleluia*, portat cantor episcopo hanc ant. *Vespere autem sabbati*, ps. *Magnificat*. Sequitur oratio *Dominus vobiscum*, scil. *Spiritum nobis Domine*, deinde *Ite missa est*. Tunc descendit pontifex in sacrarium cum processione, cum crucibus et cereis, et deponit sacra vestimenta.

Canonicis autem in refectorium euntibus, ipse cum crucibus et cereis in palacium deducitur; eodem modo per reliquos IIIIor dies a palacio in ecclesiam et ab ecclesia in palacium, itemque per ecclesias ad quas processiones fiunt, sollempniter procedit; subdiaconi vero cruces ferentes et acoliti cereos portantes sunt albis semper induti et capis sericis, tam ad vesperas quam ad matutinas et ad missam, et habet eos dominus archiepiscopus cotidie secum ad mensam.

Completorium ipsa nocte usitato more canitur. Super primos psalmos *Alleluia* de hac ant. *Miserere michi Domine* dicitur et tonus finitur. Hymnus *Jhesu redemptor seculi*. Ad Nunc dimittis ant. *Alleluia*, tonus finitur, et *Kyrieleison* et preces et consueta oratio dicuntur.

DE MATUTINIS PASCHE [2].

[v°] Die sancto Pasche, ad matutinas, duo sacerdotes cantant invitatorium. Secundam antiphonam incipit diaconus et terciam sacerdos; similiter in Penthecoste. In antiphonis que canuntur, nullus tonus finitur, et incensatur ante evangelium, et in tribus feriis sequentibus; et eodem modo fit in Penthecoste.

In matutinis laudibus neque capitulum, neque ℣ dicuntur, sed statim post quintam antiphonam antiphona ad *Benedictus* ab archiepiscopo incipitur, et, dicta ab eodem collecta, matutine sic finiuntur.

AD HORAS DIEI PASCHE. — Ad primam, hymnus non canitur nec antiphona, sed psalmi consueti et *Confitemini Domino* et

1. *L'offertoire.* — 2. *Cet Ordinaire ne fait pas mention de la procession de la Résurrection, véritable procession du St-Sacrement, qui se faisait à Laon, dès le XIIe siècle, immédiatement avant les matines de Pâques (p. 118).*

Quicumque vult. Quo finito cum *Gloria Patri*, subjungitur *Alleluia* et ℟ *Hec dies* absque versu, et tonus finitur. Mox, paschali oratione dicta absque precibus, prima terminatur. Deinde in Capitulum itur. Simili modo canitur tercia et VI^a^ et IX^a^, sine hymno et sine antiphona, sed cum *Alleluia* et ℟ *Hec dies* et collecta paschali clauduntur.

De processione. — Post primam matutinalem missam que canitur ad Sanctam Crucem [1], fit aqua benedicta. Qua aspersa, induuntur canonici capis sericis, et procedunt sollempniter cum omni decore, cum crucibus et aqua benedicta; subsequitur etiam hos omnes dom. archiepiscopus cum aliis crucibus et cereis. Exeuntes autem dom. canonici de choro cantant ant. que incipitur a cantore *Vidi aquam egredientem*. Deinde claustrum circumeuntes cantant aliam ant. *Ego sum alpha et o.*, quam incipit cantor; et in introitu ecclesie post collectam incipit cantor primum ℟ de matutinis, scil. *Angelus Domini descendit*, quod cantatur deambulando circa chorum. Quo finito cum ℣, incipit cantor ant. in media nave ecclesie *Sedit angelus*, ℣ autem, scil. *Crucifixum in carne*, cantant adholescentes su[24]per pulpitum altisonis vocibus. In ingressu chori cantor incipit *Xpistus resurgens*. Quo finito et oratione a sacerdote dicta coram altari, tercia canitur.

De missa. — Dominus vero archiepiscopus, cum crucibus et cereis in sacrarium descendens, preparat se ad missam, sandalis et aliis sacris ornamentis induitur, pallio quoque et rationali super humerali etiam ornatus, cum sollempni processione ingreditur, videlicet archidiaconorum et septem diaconorum et totidem subdiaconorum, e quibus duo cruces ferunt, et ceroferariis et acolitis cereos et thuribula ferentibus. Post introitum misse, incepto psalmo *Domine probasti me*, archiepiscopus intrat chorum, et, oratione facta ante altare, dat pacem diaconibus ab ultimo incipiens usque ad archidiaconum. Tunc procedit ad majorem et pontificalem cathedram, et ibi dicit *Gloria in excelsis* et primam orationem misse.

De laudibus cantandis. — Qua expleta, procedunt duo presbiteri canonici de choro, et incipiunt in sinistra parte altaris. In fine laudum, quando dicturi sunt *Te pastorem Deus elegit*, ascendunt gradus usque ante ipsum archiepiscopum, ibique, finitis

1. *L'autel de Sainte-Croix ou de la Madeleine, en la cathédrale de Reims, était, au XVIe siècle, l'autel placé dans l'arrière-chœur, mais il n'est pas certain qu'il ait été là au XIIIe s. Le ms. 328 ne mentionne pas cette messe célébrée à l'autel de Ste-Croix (f° 40 v°).*

laudibus, accedunt et osculantur manum ejus ; ipse autem benedicit eis, et de benedictione sua dat utrisque II solidos, et continuo legitur epistola. Qua lecta, accedit subdiaconus ad manum archiepiscopi similiter et humiliter accipit II solidos ; similiter et duo subdiaconi qui gradale cantant, et duo dyaconi qui cantant *Alleluia*. Diaconus qui legit ewangelium et capellanus archiepiscopi, et cantor et succentor qui cantum servant, hii omnes sin[v°]guli accipiunt II solidos de manu archiepiscopi. Idem quoque fit in Ascensione et in die Pentecostes, in Assumpcione beate Marie, in Nativitate ejusdem, in Dedicatione Remensis ecclesie et in Nativitate Domini. Prefacio de Resurrectione canitur *Te quidem omni tempore*, et similiter cotidie infra octavas ad missam cantari debet ; post octavas vero et in ipsi [1] octavis minime. Post missam dominus pontifex vestimenta sua in sacrario [2] et, ibidem cantata VI^a^, cum crucibus et cereis vadit in refectorium de consuetudine, ubi carnes agnorum assatas benedicit et per singulas mensas jubet distribui. Refectione facta, cum processione revertuntur in chorum domini canonici, et Deo gratias exsolvunt [3].

Sciendum quoque quod sicut in die Pasche procurat dom. archiepiscopus canonicis de suis expensis, ita et in Ascensione, et in Penthecoste, et in Assumpcione beate Marie, et in Nativitate ipsius, et in Dedicatione Ecclesie, et in sollempnitate Omnium sanctorum et in Nativitate Domini.

Ad vesperas. — Ad vesperas, cum processione cum crucibus et cereis, cum ewangelio et thuribulo canonici deducunt dom. archiepiscopum a palacio suo in ecclesiam cantantes ant. *Xpistus resurgens*, quam incipit cantor. Archiepiscopus incipit vesperas. Vespere sine capitulo, sine hymno et sine versiculo, hoc modo canuntur : tribus psalmis decursis cum *Alleluia* de antiphona primi psalmi, cantant II subdiaconi, hiidem scilicet qui ad missam cantaverunt, in medio chori gradale *Hec dies* cum ℣ sine repeticione. Duo subdiaconi [4], hiidem qui ad missam, *Alleluia Pascha nostrum*, secundo versu scil. *Epulemur* relicto, et repetitur *Alleluia*, et statim ab archiepiscopo incipitur ant. de ewangelio *Et respicientes*. Post Magnificat, repetita eadem ant. et dicta oratione cum *Dominus vobiscum* et cum *Benedicamus Domino*, iterum incipitur a cantore *Alleluia* de antiphona primi psalmi, et quartus psalmus, scil. *Laudate pueri Dominum*, can-

1. *Lire* ipsis. — 2. *Sous-entendu* deponit. — 3. *Voir, dans l'Ordinaire de Laon (p. 52 et 121), un usage analogue pour les jours de Noël et de Pâques.* — 4. *Il faut lire* diaconi *(voir ms 328, f° 41 v°).*

tatur, et in cantando proceditur [25] ad fontes, et post psalmum, repetito *Alleluia*, dicitur oratio sine *Dominus vobiscum*. Item incipitur predictum *Alleluia* ab illo qui tenet secundum chorum, et psalmus quintus inchoatur, quem cantantes [1] in medio ecclesie ante crucifixum ; post psalmum repetitur dictum *Alleluia* et semper absque fine toni. Ibi autem in hunc modum ordinare se debent canonici : dom. archiepiscopus solus stare debet in medio navis ecclesie ab introitu majoris hostii ; ex utroque proximo loco post eum persone et sacerdotes ; deinde diaconi, subdiaconi vero ultimi ita ut sint choro et crucifixo propinquiores. Expleta ibidem oratione cum *Dominus vobiscum*, cum *Benedicamus Domino*, finiuntur vespere, et dom. archiepiscopus facit ibidem benedictionem super populum. Tunc, canonicis procedentibus in claustrum, archiepiscopus in palacium cum crucibus et cereis vadit.

Completorium canitur sicut predicte hore diei : IIII^or^ enim psalmis decursis cum *Gloria Patri* et *Sicut*, *Alleluia* canitur ; ℟ *Hec dies* sine versu et oratio paschalis subsequuntur. *Nunc dimittis* non dicitur. Hoc modo celebrantur hore per totam ebdomadam, excepto quod super tres psalmos ad matutinas ante lectiones cotidie canitur idem et unicum *Alleluia*, et super psalmos in matutinis laudibus canitur *Alleluia* de ant. ista *Precedam vos in Galileam*.

In hac paschali ebdomada, de nullo sancto agitur, nec etiam commemoratio fit ad missam ; sed de Annunciacione Dominica fit commemoratio ad missam, modo non habeat locum, sicut in suo festo prediximus [2].

Per hos VI dies, diaconus cantat invitatorium cotidie, et alius primum et alius II^um^ ℟ ad matutinas, presbiter vero III^um^ ; est autem invitatorium per totam ebdomadam *Surrexit Dominus vere alleluia*. Per hos VI dies, quando processio fit, non finitur tonus in fine *Hec dies* ad horas ante prandium, sed post prandium ad horas finitur ; et etiam ante prandium, si contingat processionem non fieri. Ad pri[v°]mam cotidie canitur ps. *Confitemini*. Ad missam *Gloria in excelsis*, *Credo in unum* et prefacio paschalis dicuntur. Cotidie tres diaconi et III subdiaconi procedunt ad missam. Et ad vesperas cotidie processio fit ad fontes cum duobus presbiteris qui incensant, capis sericis indutis, quorum primus dicit primam orationem in choro, alter secundam ad fontes, et iterum primus terciam in media navi

1. *Lire probablement* cantant. — 2. *Ce passage concernant l'Annonciation :* sed de.... *a été supprimé dans les mss. 327 et 328.*

ecclesie, et si dominus archiepiscopus presens fuerit, ipse solus dicet omnes orationes.

De feria II[a] et ejus processione.

Feria II[a], missa matutinalis post primam canitur ad majus altare. Qua finita, pulsatur ad terciam. Cantata tercia, pulsantur signa que ad missam, et tunc procedunt canonici ad Sanctum Remigium. Archiepiscopus vero cum crucibus et cereis subsequitur processionem, vel ipse, si voluerit, eques vadit per aliam viam, et semper duo subdiaconi cruces ferentes, albis induti et capis sericis, et duo acoliti albis induti et capis sericis cum cereis, precedunt eum. In processione illa canuntur ant. de ewangelio *Jhesus junxit se,* et alie antiphone, quam antiphonam cantor incipit, et alias que secuntur. Quibus finitis, quatuor vel plures canonici, in media processione, vocibus altisonis decantant versus Fortunati episcopi, scil. *Salve festa dies;* et ita ad ecclesiam Beati Remigii pervenitur, ibique ab abbate ecclesie cum processione monachorum archiepiscopo honorifice recepto, in introitu ecclesie a cantore nostro incipitur *Xpistus resurgens,* et hec eadem antiphona cantanda est per totam ebdomadam in introitu ecclesiarum ad quas processio fit. Finita ant., non dicitur *Kyrieleison,* sed *Pater noster* et ỳ de resurrectione, scil. *Resurrexit Dominus,* et oratio paschalis; et hic ordo per totam ebdomadam in processione est observandus. Dom. [*Ms. 327, f° 27 v°*] archiepiscopus hic sollempniter celebrat missam. Sequencia canitur *Pangitte*[1] *celsa,* vel *Victime paschali,* vel *Ad celebres.* Pueri nostri a thesaurario ejusdem monasterii accipiunt cereos octo librarum, si presens sit archiepiscopus, et si absens, II quilibet dimidie (et) libre. Post missam dom. archiepiscopus cum crucibus et cereis processionem subsequitur, et canonici ad majorem revertuntur ecclesiam nichil cantantes.

De paschali septimana.

Sciendum autem quod per totam paschalem ebdomadam canonici Sancti Symphoriani debent procedere cum dom. canonicis majoris ecclesie; in letania autem majore et in Rogationibus non solum [28] isti, sed etiam canonici Sancti Dyonisii; in utraque etiam festivitate sancti Remigii et in Dedicatione ecclesie Sancti Remigii debent cum eis procedere ille due congregationes Sancti Symphoriani et Sancti Dyonisii; et etiam quarta feria post Ramos palmarum, quando proceditur ad Sanctum Remigium in nomine penitencie.

1. *Lire* Pangite.

FERIA TERCIA.

Feria tercia processio fit ad Sanctum Symphorianum, et eundo cantantur antiphone de ewangelio, et alia ant. *Ego sum alpha et omega,* quam ant. cantor incipit et alias; versus ibidem *Gavisi sunt discipuli,* et oratio diei; sequentia *Laudes Salvatoris;* et pueris nostris dantur novi cerei sex librarum, si presens sit archiepiscopus et, si absens, III parvi unius libre.

FERIA IIII[a].

Feria quarta processio fit ad Sanctum Petrum ad moniales. In via cantantur ant. de evangelio, quas debet cantor incipere, et preter illas ant. *Cum rex glorie;* ℣ ibidem *Noli flere Maria,* et oratio de die; sequentia *Mane prima sabbati,* et pueris dantur cerei sex librarum. Ad vesperas IIII[or], scil. duo dyaconi qui eodem die processerunt ad missam et duo subdiaconi quibus injunctum fuerit ante eamdem missam, cantant *Alleluia Surrexit Dominus et occurrens.*

In hac quarta feria post completorium et cenam, subdiaconi ferentes cruces et ceroferarii accipiunt licenciam ab archiepiscopo, et accipit subdiaconorum uterque duos solidos et accolitorum uterque duodecim denarios.

In hiis tribus feriis que precesserunt, cotidie IX candelabra ad matutinas et ad vesperas deponuntur [1] ante majus altare, et pulsantur [2] dupliciter, licet non cantetur a binis; in aliis feriis que secuntur, non pulsatur duppliciter, et tantum septem candelabra statuuntur ante majus altare, et duo pueri ad vesperas cantant gradale et duo subdiaconi *Alleluia.*

Si vero in hiis tribus feriis que precesserunt, vel in aliqua earum, propter inundanciam pluvie processionem non posse fieri contingerit, in majori ecclesia missa sollempniter celebratur cum capis sericis, et duo tenent cantum in choro, et hoc propter novem cereos et quia duppliciter pulsatur. In aliis vero tribus diebus sequentibus, si propter aliquod impedimentum non fuerit facta processio, sine capis missa celebratur in majori ecclesia, [v°] uno solo tenente cantum. Nota quod hac ratione succentor non servat chorum ad missam, uno solo tenente cantum, quia nec dupliciter pulsatur et tantum septem cerei ante majus altare disponuntur.

Feria quinta proceditur ad ecclesiam Sancte Trinitatis, et in via nichil penitus cantatur; ℣ ibidem *Surrexit Dominus vere* et oratio de die; sequentia *Judea incredula.* In introitu ecclesie cantor incipit *Xpistus resurgens.*

1. *Lire* disponuntur. — 2. *Lire* pulsatur.

Feria sexta processio fit ad Sanctum Nichasium, et in via nichil cantatur; ỳ ibidem *Surrexit Dominus de sepulchro ;* oratio de die ; sequentia *Salve crux sancta* vel *O crux lignum triumphale.*

Feria septima proceditur ad Sanctum Dyonisium, et in via nichil cantatur ; ỳ ibidem *In resurrectione tua Xpiste,* et oratio de die. Ad missam autem, aliquantulum mutato ordine, non canitur gradale, sed geminum *Alleluia ;* sequentia *Mane prima sabbati.*

SABBATO IN ALBIS.

Sabbato igitur quod dicitur in Albis, ad vesperas super psalmos canitur *Alleluia* de hac ant. *Benedictus Dominus Deus meus,* et tonus finitur ; similiter fit in aliis feriis sequentibus, scilicet quod ad vesperas super psalmos cotidie canuntur *Alleluia* de prima antiphona ipsius diei. Capit. *Xpistus resurgens ;* hymnus *Corus nove Jherusalem,* sed die dominica cantatur sollempni cantu *Ad cenam agni providi ;* in diebus vero profestis canitur idem hymnus, scil. *Ad cenam,* sed minus sollempniter, et ita fit usque ad Ascensionem ; ỳ *Mane nobiscum Domine ;* et sciendum quod nunquam hec ant. *Mane nobiscum* dicenda est ad vesperas propter concidentiam hujus ỳ *Mane nobiscum ;* ad matutinas vero potest dici. Ant. ad Magnificat *Cum esset sero,* et oratio de die. Post vesperas ant. de resurrectione subjungitur *Crucem sanctam subiit,* cum oratione paschali. Vespere et alie hore de beata Maria canuntur usque ad Ascensionem. Ad suffragia sanctorum dicuntur hec antiphone : ad vesperas *Sancti et justi in Domino,* ad matutinas *Fulgebunt justi sicut sol ;* pro pace *Da pacem Domine.* Ad completorium super primos psalmos canitur *Alleluia* de hac ant. *Miserere ;* hymnus *Te lucis ante terminum ;* ad Nunc dimittis *Alleluia alleluia Resurrexit Dominus alleluia sicut dixit vobis alleluia alleluia ;* et sic usque ad *Cantate* [1].

Postera die, scilicet die dominica post sabbatum in Albis, nichil agitur de octavis. Ad ma[29]tutinas invitatorium est *Alleluia alleluia* de invitatorio *Adoremus Dominum qui fecit nos,* quod in omni die dominica et in omni festo IX lectionum usque ad Ascensionem Domini canitur. Super dietam in primo nocturno canitur unicum *Alleluia ;* ỳ *Resurrexit Dominus ;* Actus apostolorum leguntur ; cantatur autem responsorium *Maria Magdalene* cum ceteris sequentibus per totam ebdomadam. (In secundo nocturno *Alleluia* de ant. *Non sunt loquele ;* ỳ *Surrexit*

1. *Le 4e dimanche après Pâques.*

Dominus de sepulchro) [a]. In matutinis laudibus super psalmos *Alleluia* de ant. *Precedam vos in Galileam*, et etiam cotidie usque ad *Misericordia Domini* [1]; post capitulum ℣ *Noli flere Maria*; ant. ad Benedictus *Thomas qui dicitur Didimus*. Post matutinas infertur ant. de resurrectione *Surgens Jhesus mane*, et hec precipue in diebus dominicis ; in aliis vero diebus *Crucifixus surrexit*, *Surrexit Xpistus et illuxit*, *Surrexit Dominus de sepulchro*, cum collecta de resurrectione : et sic cotidie fit ad vesperas et ad matutinas usque ad Ascensionem. Ad primam canitur *Deus Deus meus respice*, et interseritur ps. *Confitemini Domino*. Egredientibus canonicis de choro ad processionem, canitur ant. *Vidi aquam* ; circa claustrum canitur ant. *Ego sum alpha et omega* vel hec *Sedit angelus* ; in introitu ecclesie *Xpistus resurgens*, deinde *Crucem sanctam subiit*, et, si opus fuerit, antiphone de ewangelio ejusdem diei : et sic omni die dominica faciendum est ad Ascensionem. Ad missam sequentia *Victime paschali* vel *Judea incredula*, et similiter in aliis diebus dominicis, exceptis illis dominicis in quibus erunt duo versus in quolibet *Alleluia* ; prefatio cotidiana dicitur. Infra hanc ebdomadam dividitur ewangelium hujus dominice, ita quod una die legitur prima pars ewangelii, scil. *Cum sero esset* ; altera die pars sequens, scil. *Thomas unus ex duodecim*.

Ad horas dierum cotidie usque ad Ascensionem canitur *Alleluia* de ant. *Beati qui ambulant* ; ad terciam, *Alleluia* de ant. *Deduc me Domine*; ad sextam, *Alleluia* de ant. *In eternum Domine*; ad nonam, *Alleluia* de ant. *Aspice in me*. Ad vesperas super psalmos *Alleluia* de ant. *Dixit Dominus* ; hymnus *Ad cenam agni providi*, sicut jam diximus. Ad vesperas feriarum idem hymnus *Ad cenam* in cantu minus sollempni. A *Quasi modo* [2] usque ad *Cantate* canuntur ad horas ista [v°] responsa : ad terciam, *Resurrexit Dominus alleluia alleluia*, etc. ; nam ℟ et ℣ [*ms. 326, f° 26*] debent omnia alleluiari usque ad octavas Penthecostes. Ad VI^am, ℟ *Surrexit Dominus vere alleluia alleluia*, etc. Ad IX^am, ℟ *Surrexit Dominus de sepulchro alleluia alleluia*, etc. : et hoc usque ad *Cantate* solummodo.

Nota quod ab octavis Pasche usque ad festum sancte Crucis cantatur feria VI^a hoc *Alleluia Surrexit Dominus et apparuit Petro*, nec tamen cantatur de Cruce, donec festum sancte Crucis

a. Vacat. In secundo nocturno *Alleluia* de ant. *Via justorum* : ℣ *Surrexit Dominus vere*. In tercio nocturno *Alleluia* de ant. *Non sunt loquele* ; ℣ *Surrexit Dominus de sepulcro* ; ℣ ante laudes *In resurrectione tua*.
1. *Le 2e dimanche après Pâques*. — 2. *Le 1er dimanche après Pâques*.

transierit. Notandum quod, cum post octavas Pasche defecerint ad Benedictus et ad Magnificat antiphone de evangeliis dominicarum, recurrendum est ad antiphonas de evangelio paschalis ebdomade, que dicte non fuerunt, quarum prima est *Nolite expavescere*, secunda *Cito euntes* et cetere, et dicende sunt omnes per ordinem. Sciendum est quod in profestis diebus ad matutinas et ad vesperas, post primam et principalem orationem que cantatur, alie collecte que secuntur legendo dicuntur et sine ℣.

De feriis. — Feria II[a] post *Quasi modo*, et in aliis feriis sequentibus, invitatorium cotidianum est *Alleluia alleluia alleluia* de hoc invitatorio *Surrexit Dominus vere*, et similiter in omni festo III lectionum usque ad Ascensionem. Super psalmos diete canitur cotidie unicum et idem *Alleluia*. Ad vesperas cotidie, hymnus *Ad cenam agni providi*, preterquam in sabbato : tunc enim canitur *Chorus nove Jherusalem*, a *Quasi modo* usque ad Ascensionem. Nota quod, a *Quasi modo* usque ad Ascensionem, canitur post vesperas de sanctis hec ant. *Sancti et justi*.

De completorio feriarum usque ad Ascensionem. — Ad completorium cotidie usque ad Ascensionem commemoracio [1] agitur, nisi hoc dies dominica vel festivitas IX lectionum exceperit. Item per hoc totum corpus [2] paschale usque ad octavas Penthecostes non agitur pro defunctis vigilia III lectionum, sed in octavis Penthecostes et festi sancti Johannis restaurantur hujus vigilie tribus diebus in ebdomada; sollempnia autem anniversaria IX lectionum nichilominus semper, [3] acciderint, fiunt. Item a Pascha usque ad Ascensionem, in diebus [v°] dominicis dicitur ad hymnos horarum *Gloria tibi Domine Qui surrexisti a mortuis* ; in aliis vero diebus, *Presta Pater piissime*, preterquam ad vesperas, quia ad hymnum vesperarum cotidie dicitur *Gloria tibi Domine Qui surrexisti a mortuis*. Similiter fit ab Ascensione usque ad Penthecosten : tunc enim in die dominica dicitur ad hymnos horarum *Gloria tibi Domine Qui ascendis ad superos* ; in aliis vero diebus *Presta Pater piissime*, preterquam ad vesperas. Item a Pascha usque ad octavas Penthecostes, hore cotidie exsolvuntur absque precibus ; ad missam diaconus et subdiaconus utuntur dalmatica et tunica ; *Ite missa est* cotidie dicitur, preterquam in Letania majore et in Rogationibus : tunc enim casulis utuntur diaconus et subdiaconus ad missam et *Benedicamus Domino* dicitur. Item per totum hoc tempus usque ad octavas Penthecostes, non fiunt ad missam suffragia, nisi com-

1. *Sous-entendu* defunctorum. — 2. *Lire* tempus. — 3. *Ajouter* cum.

memoracio festivitatis alicujus, aut nisi pro pace, imminente gracia, aut nisi pro amicis egrotantibus vel iter agentibus requisiti oremus. Item sciendum est quod a *Quasimodo* usque ad *Cantate* leguntur Actus apostolorum; a *Cantate* usque ad Ascensionem Epistole canonice; ab Ascensione usque ad Penthecosten legitur Apocalipsis. Item a II^a feria Pasche usque ad *Misericordia* canitur ℟ *Maria Magdalene* cum ceteris que secuntur; a *Misericordia Domini* usque ad *Cantate* canitur ℟ *Ego sicut vitis*; a *Cantate* usque ad Ascensionem canitur ℟ *Narrabo nomen tuum*; ab Ascensione usque ad Penthecosten de octavis Ascensionis canitur. ℣ ante matutinas laudes *In resurrectione tua Xpiste*; post laudes vero matutinas ℣ ante Benedictus *Noli flere Maria resurrexit Dominus alleluia*. Item a *Quasimodo* usque ad *Misericordia Domini*, in matutinis laudibus super psalmos canitur unicum *Alleluia* de hac ant. *Precedam vos in Galileam*; a *Misericordia Domini* usque ad *Cantate*, *Alleluia* de hac ant. *Surrexit Dominus de sepulcro*; [27] a *Cantate* usque ad Ascensionem, *Alleluia* de hac ant. *Surrexit Xpistus et illuxit populo suo*. Versiculi ad matutinas et ad vesperas *In resurrectione tua Xpiste* et *Dicite in nacionibus*.

SABBATO. — Sabbato antequam cantatur *Cantate Domino*, ℣ ad vesperas *Deus canticum novum*, sed hymnus non mutatur *Chorus nove Jherusalem*. Ad completorium super hymnum sancti Symeonis ant. *Alleluia Nunc dimittis Domine alleluia servum tuum in pace alleluia alleluia*. Infra ebdomadam, quando canitur *Alleluia Cantate*, finis versus abbreviatur.

Ad matutinas, in I° nocturno ℣ *Cantate Domino canticum novum alleluia alleluia alleluia*; in II° nocturno ℣ *Dominus regnavit exultet terra alleluia alleluia alleluia*; in III° nocturno ℣ *Jubilate Deo omnis terra alleluia alleluia alleluia*. ℣ ante laudes matutinas *Deus canticum*. In matutinis laudibus ℣ *Dominus regnavit decorem induit alleluia alleluia alleluia*.

Ad III^am, ℟ *Alleluia alleluia*, ℣ *Cantate Domino canticum novum cantate Domino omnis*; ℣ *Dominus regnavit exultet terra alleluia alleluia*.

Ad VI^am, ℟ *Alleluia alleluia*, ℣ *Dominus regnavit exultet terra letentur insule multe*; ℣ *Jubilate Domino omnis terra alleluia alleluia*.

Ad IX^am, ℟ *Alleluia alleluia*, ℣ *Jubilate Deo omnis terra servite Domino in letitia*; ℣ *Cantate Domino canticum novum alleluia*. Hic ordo continuatur a *Cantate* usque ad Ascensionem Domini. Nota quod a puero nunquam canitur *Alleluia Surrexit Dominus et occurrens*.

VII° [KALENDAS MAII]. — Septimo kalendas maii, id est in festo sancti Marci evangeliste, Letania major celebratur, in qua die tam diaconus quam subdiaconus utitur casula ad missam, et *Ite missa est* non dicitur, sed *Benedicamus Domino*, eodem modo sicut et in Rogationibus. Post capitulum, regressis dom. canonicis, cantatur missa ad altare Sancte Crucis de sancto Marcho[1]. Interim, pulsatis duobus signis, dum cantatur missa, ad convocandum populum, post missam dictam ant. *Exurge Domine* cum psalmo et *Gloria Patri*, et [v°] dicta oratione a sacerdote *Deus cujus proprium est*, egrediuntur canonici ecclesiam, ut circueant totam extrinsecus civitatem sine stacione in singulis cimiteriis, dicentes antiphonas et orationes de sanctis quorum ibi solet haberi memoria. Exeunt autem cum duabus crucibus et duobus filacteriis que ad cruces religantur, et cum laterna que a puero alba vestito portetur[2], et XII vexillis. Egrediuntur vero per posticam que est ante Sanctum Dyonisium, et cantantur IIII^or antiphone aut plures, si opus fuerit, quas incipit cantor. Postquam autem pervenerint ad portam Vidulensem[3], ibi cantatur ant. de sancto Victore, scil. *Beatus vir qui suffert*, quam incipit cantor et, stantibus illis modicum, dicitur oratio ; qua finita, dicetur alia ant. de eodem sancto *Hic est vir qui non est derelictus*. Deinde illis progredientibus per culturam archiepiscopi[4], duo sacerdotes incipiunt letaniam et cantant eam usquequo expleatur numerus apostolorum. Venientibus illis in cimiterium Sancti Martini[5], dicitur hec ant. *Sanctus Martinus*, que incipitur a cantore, et, dicta oratione, dicitur hec ant. *O Martine*. Post vero duo diaconi resumunt letaniam ab illo loco ubi sacerdotes finierant et prosequuntur de martiribus. Venientibus illis ad portam Martis[6], ubi est capella sancti Vincencii, dicitur ant. de eodem sancto *Assumptus ex eculeo*[7], et, dicta oratione, dicitur alia ant. *Egregius Xpisti martir*, vel alia statim antiphona, quia vicina est ecclesia Sancti Hylarii[8], sine interposicione letanie dicitur ant. de sancto Hylario *Justum deduxit* ; deinde oratio et iterum dicitur ant. *Iste cognovit*, quam incipit cantor.

1. *Lire* Marco. — 2. *Lire* portatur. — 3. *La Porte de Vesle ; il y avait en la rue de Vesle, près de cette porte, une chapelle de Saint-Victor.* — 4. *La Couture de l'archevêque, place de la Couture, près de l'église Saint-Jacques (aujourd'hui place d'Erlon), cédée par l'archevêque Guillaume de Champagne, en 1183, aux habitants de Reims, pour y construire des maisons* (MARLOT, Metr. Rem. hist., *t. II, p. 419*). — 5. *Le cimetière de Saint-Pierre-le-Vieil, dans lequel était une chapelle dédiée à Saint-Martin.* — 6. *La Porte de Mars ; la chapelle du château de l'archevêque, à la Porte de Mars, était sous le vocable de Saint-Vincent.* — 7. *Lire* equuleo. — 8. *La chapelle de Saint-Hilaire, située en dehors des murs, près de la Porte de Mars.*

Deinde duo diaconi idem vel alii repetunt letaniam de martiribus, ab illo loco ubi ipsi finierant. Postquam autem perventum fuerit retro ecclesiam Sancte Trinitatis [1], ubi habetur memoria de sancto Remigio, dicitur ant. a cantore de [28] eo *Beatus Remigius ut vidit*, et, dicta oratione, dicitur alia ant. *Concito cursu ;* tunc iterum repetitur letania de confessoribus, quam prosequuntur duo subdiaconi usquequo perveniatur ad portam Carceris [2], ubi est capella Sanctorum martirum Crispini et Crispiniani ; tunc dicitur hec ant. *Martires sancti*, et, dicta oratione, dicitur alia ant. *Sancti tui Domine ;* postea repetitur letania de confessoribus ab eisdem vel ab aliis subdiaconis, usquequo perveniatur retro Sanctum Petrum ad moniales [3], ubi olim fuit ecclesia Sancte Marie rotunde [4], et dicitur hec ant. a cantore *Beata Dei Genitrix*, et, dicta oratione, dicitur alia ant. *Hec est regina* seu *Regali*, sicut placuerit cantori. Statim incipitur a pueris letania de virginibus usque ad portam Basilicam [5], ubi habetur memoria sancti Michaelis, et ibi dicitur hec ant. *Sancte Michael*, et, dicta oratione, dicitur alia ant. *Archangele Xpisti* per cantorem. Deinde continuatur letania de virginibus ab eisdem vel ab aliis, usquedum perveniatur in porticum sancte ecclesie nostre majoris. Postquam autem letania fuerit decursa usque *Sancte chorus virginum ora pro nobis*, IIº subdiaconi, quibus a cantore fuerit injunctum, statim inchoant *Omnes sancti orate pro nobis*, et ita ingrediuntur ecclesiam. Postquam autem letania fuerit omnino expleta, dicitur oratio de sancta Maria et omnibus sanctis, et post orationem, dicto *Amen*, nichil amplius adhibetur.

Letania, sicut diximus, in hunc modum decantatur : primitus duo sacerdotes incipiunt et prosecuntur usquequo numerus apostolorum fuerit expletus ; diaconi vero prosecuntur de martyribus, subdiaconi de confessoribus, acoliti de virginibus. Duo subdiaconi ab introitu ecclesie majoris residuum letanie prosecuntur et finiunt eam.

Hiis itaque peractis, pulsatur ad III^am^, et cantatur missa de jejunio, quia nec [vº] et commemoracio fit de sancto, postquam prior missa de ipso ad Sanctam Crucem cantata fuerit.

1. *Voir p. 117, n. 1.* — 2. *La Porte Cérès, près de laquelle était la chapelle de Saint-Crépin et de Saint-Crépinien.* — 3. *Voir p. 119, n. 1.* — 4. *La chapelle de Sainte-Marie-la-Ronde, située derrière le chœur de l'église Saint-Pierre-lès-Dames (cf. une charte de l'archevêque Gui de Châtillon, citée dans* MARLOT, *op. cit., t. II, p. 84).* — 5. *Porte Basée ; au VIIIe siècle, du temps de l'archevêque s^t^ Rigobert, il y avait sur le mur, près de cette porte, un oratoire sous le vocable de Saint-Michel* (MARLOT, *op. cit., t. I, p. 287*).

Si letania major evenerit infra paschalem ebdomadam. — Sciendum quoque est quod, si letania major evenerit infra paschalem ebdomadam, nichil inde agitur in ea, sed in sequente septimana, die qua visum fuerit oportunius, restaurabitur.

De Rogationibus.

In Rogationibus fieri solet : quolibet die Rogationum, inscribuntur in tabula matriculana[1] duo diaconi et duo subdiaconi processionem debentes ex ordine ; de diaconibus ille qui prior est legit ewangelium ad primam stacionem, secundus ad secundam. Similiter de subdiaconibus, ille qui prior est legit epistolam ad primam stacionem, secundus ad secundam stacionem. Diaconus ebdomadarius legit ewangelium et predicti diaconi ministrant cum eo ; similiter subdiaconus ebdomadarius legit epistolam et predicti subdiaconi procedunt cum eo. In eadem tabula sunt notandi unus sacerdos et duo diaconi, alii a predictis, qui jaceant in prima stacione coram altari et dicant VII psalmos penitenciales, dum cantatur letania ; et ad secundam stacionem alius sacerdos et alii diaconi, et ad terciam stacionem alius sacerdos et alii diaconi ; et incipiendum est, prima die Rogationum, a primo sacerdote et a primis diaconibus, post quos assumendi sunt alii per ordinem.

In matutinis non mutatur dominicalis[2], sed in missa ad Sanctum Thimotheum[3] dicitur collecta de jejunio.

De prima die Rogationum.

Secunda itaque feria Rogationum, cantata III[a] et VI[a], campane pulsantur insimul ; deinde incipitur in choro a cantore ant. *Exurge Domine*, cum ps. *Deus auribus* et cum *Gloria Patri*. Qua ant. repetita et cantata, sequitur oratio *Deus cui proprium est*, moxque, incepta hac ant. a cantore *Cum jocondilate exibitis*, exeunt autem canonici cum feretro aureo a duobus presbiteris usque extra majo[29]rem ecclesiam deportato cum crucibus et thuribulis et laterna et vexillis precedentibus, et cantantes antiphonas processionales tantum, quoniam eo die non fit commemoratio de sanctis in via. Circueunt loca consueta, donec veniant ad Sanctum Hylarium extra muros ; ibi enim fit prima stacio hoc modo : in introitu illius ecclesie, vel ante si visum fuerit expediens, duo diaconi quibus injunctum fuerit incipiunt letaniam *Agnus Dei*, et, illis procedentibus et decantantibus, donec veniant juxta altare sacerdos et II diaconi, qui ad hoc fuerunt

1. *Lire* matricularia. — 2. *Sous-entendu* collecta. — 3. *L'église collégiale et paroissiale de Saint-Timothée.*

inbreviati [1], privatim et prostrati jacent super stapetam [2] coram altari dicentes VII ps. penitentiales. Finita letania, surgunt hii tres ab oratione, et sacerdos illius loci, tanquam ad missam preparatus, dicit orationem de sancto ejusdem loci. Postea subdiaconus, unus ex illis qui eo [3] processionem debent, legit epistolam. Acolitus cantat gradale. Diaconus, unus ex illis qui processionem debent, legit ewangelium. Quo finito, exeunt ab ecclesia cantantes ant. de sancto ejusdem ecclesie. Deinde incipiunt alias ant. processionales, et sic procedunt cantando ad Sanctum Symphorianum [4], ubi secunda stacio fit omnino eodem modo sicut prius. Postea inde exeunt cantantes ant. de sanctis apostolis, in quorum honore fundata est ecclesia illa, et repetunt antiphonas processionales ; et antequam perveniant ad Sanctum Thimotheum, ubi tercia fit stacio, II subdiaconi incipiunt magnam letaniam, et procedunt cantando usque juxta altare Sancti Thimothei. Qua finita, missa sollempniter celebratur a presbitero nostro ebdomadario, cum processione trium diaconorum et totidem subdiaconorum casulas habentes [5], et totidem ceroferariorum, duorum quoque acolitorum thuribula ferencium, precentore ebdomadario servante chorum capa serica induto ; duo pueri [v°] cantant gradale *Maledicit*, quia non est gradale in missa, et duo subdiaconi facientes processionem cantant *Alleluia Confitemini*, et ipsi capis sericis sunt induti. Sequencia canitur *Tripudiet timentium turma*. Celebrata missa, exeunt canonici cum antiphona dicenda de martiribus *Lux perpetua ;* et cum venerint in directum ecclesie Sancti Remigii, incipit cantor *O presul Xpisti ;* postea cantent de ant. processionalibus que supersunt, si opus fuerit ; et cum appropinquaverint civitati, cantant hoc ℟ *Civitatem istam genti peccatrici* cum versibus, et in introitu civitatis has antiphonas *Ambulate sancti Dei*, *Ingredimini*, *Ambulate sancti Dei ad locum ;* in introitu vero majoris ecclesie *Hec est regina*, et sequitur oratio de beata Maria et omnibus sanctis ; deinde pulsatur ad IX^am^ et cantatur [6].

De IIa die Rogationum.

Tercia feria Rogationum, omnino eodem modo agendum est, excepto quod omnes exeant canonici. Incipit cantor in choro *Propicius esto Domine*, cum ps. *Deus venerunt gentes* et *Gloria*

1. *Inscrits sur la liste.* — 2. Stapletus, tapes, *tapis.* — 3. *Sous-entendu* dic ? — 4. *L'église collégiale et paroissiale de Saint-Symphorien.* — 5. *Lire* habentium. — 6. *Addition du ms. 328, f° 49 :* Veniunt monachi Sancti Nichasii ad ecclesiam nostram et ibi celebrant missam.

Patri, sequente oratione *Clamancium ad te quesumus Domine*, et eo die in procedendo dicuntur antiphone et orationes de sanctis in locis in quibus habentur de illis memorie, et fit prima stacio ad Sanctum Petrum veterem [1], secunda stacio ad Sanctum Hylarium intra muros [2]; et antequam perveniant ad Sanctum Nichasium [3], ubi tercia stacio fit, II subdiaconi incipiant [4] letaniam et procedunt cantando usque juxta altare Beati Nichasii. Qua finita, missa celebratur sollempniter, sicut in die hesterno, et cantatur sequencia *O crux lignum triumphale*, quod [5] reperitur in fine hujus sequencie *Laudes crucis*. In redeundo ad majorem ecclesiam agitur sicut actum est feria II^a^ precedente. Et nota quod eodem die, quando venitur a Sancto Petro, antequam veniatur ad Sanctum Hylarium, intratur in ecclesiam Sancte Trinitatis, nec deponitur feretrum, sed stando cantant *Miserere mei Deus* et *Pater noster*, cum precibus et oratione pro sancto Constancio et omnibus defunctis [6].

De III^a^ die Rogacionum.

[30] Quarta feria Rogacionum, scilicet vigilia Ascensionis, pronunciatur ad matutinas ewangelium *Sublevatis Jhesus oculis*, quod in precedentibus feriis nequaquam fit, nam in eis leguntur Epistole canonice. De responsorio *Narrabo* cantatur. Ant. ad Benedictus repetitur *Exivi a Patre*. Commemoracio de resurrectione non agitur. Collecta habetur propria de vigilia, tam ad matutinas quam ad missam, *Presta quesumus omnipotens Deus ut nostre mentis*, etc.

Matutine et alie hore de beata Maria pretermittuntur usque ad octavas Penthecostes. Si autem festivitas alicujus sancti in vigilia ista evenerit, ewangelium de vigilia nichilominus legetur; ℟ de sancto canuntur. Post Benedictus, dicta ant. et oratione de sancto, subjungitur ant. de vigilia *Exivi a Patre* cum oratione.

De processione ad Sanctum Remigium.

Eodem die, cantata III^a^ et VI^a^, et pulsatis campanis, incipit cantor in choro *Exurge Domine* cum ps. *Deus auribus* et cum *Gloria Patri*, et, dicta oratione de beata Maria et omnibus sanctis, exeunt canonici sicut precedentibus feriis, et fit prima stacio ante [7] Sanctum Dyonisium, secunda stacio ad Sanctum Martinum [8], sed obiter in eundo dicuntur ant. et orationes de

1. *L'église paroissiale de Saint-Pierre-le-Vieil.* — 2. *L'église paroissiale de Saint-Hilaire.* — 3. *L'église abbatiale de Saint-Nicaise.* — 4. *Lire* incipiunt. — 5. *Lire* que ? — 6. *Addition du ms. 328, f° 49 :* Veniunt monachi Sancti Remigii ad ecclesiam nostram et ibi celebrant missam. — 7. *Lire probablement* ad. — 8. *L'église paroissiale de Saint-Martin.*

sanctis in locis vel in directo locorum in quibus habentur memorie de illis. Tercia stacione, celebratur missa ad Sanctum Remigium. A duobus subdiaconis, capis sericis indutis, cantatur *Alleluia omnes gentes*. Sequencia *Hac clara die*. Post missam accipiunt duo presbiteri canonici feretrum nostrum, et illis sic stantibus ante altare beati Remigii, cantor incipit ant. *Sancte Remigi confessor*, que tota ibi percurritur cum ℣ *Quia credimus te ante thronum majestatis gloriosum assistere*, et sine oratione; deinde incipitur eadem ant., scil. *Sancte Remigi*, quam cantantes recedunt canonici. Postea cantatur in via ℟ *O presul Xpisti*, deinde ℟ de beato Nichasio *Bonus pastor;* in directo Sancti Mauricii cantatur ant. *Flagrabat* cum oratione de sancto [v°] Mauricio. Post quod statim incipitur letania *Aufer a nobis* a IIII^or subdiaconis vocibus altisonis, prima vice repetitur ab aliis canonicis totus primus ℣ *Aufer a nobis*, etc., postea vero non totus repetitur, sed solummodo *Miserere miserere*. Appropinquantes civitatem cantant ℟ *Civitatem istam genti peccatrici* et antiphonas *Ambulate sancti Dei*, *Ingredimini*, *Ambulate sancti Dei ad locum*, sicut in preteritis diebus; in introitu vero majoris ecclesie cantatur ant. *Alma Redemptoris*, vel prosa *Inviolata integra*, que incipitur a cantore, sequente oratione de omnibus sanctis. Presbiteri et pueri tenentur esse rasi.

De vigilia Ascensionis.

Eodem die, scilicet vigilia Ascensionis, ad vesperas cantantur ps. de ipso die cum *Alleluia* de antiphona consueta. ℟ canitur *Non conturbetur*. Hymnus *Jhesu nostra redempcio*. ℣ *Ascendens Xpistus in altum*. Ad Magnificat ant. *Pater manifestavi*. Ante majus altare IX candelabra disponuntur.

Ad completorium, super psalmos *Alleluia* de hac ant. *Miserere*. Hymnus *Jhesu Redemptor seculi*. Ad Nunc dimittis, *Ascendens Xpistus in altum alleluia captivam duxit captivitatem alleluia alleluia*.

Ad matutinas duppliciter pulsatur et a binis cantatur. Duo dyaconi cantant invitatorium et ewangelium pronunciatur. Nota quod per octavas Ascensionis dicitur intra sanctuarium hec ant. *Non vos relinquam orphanos*, et per octavas Penthecostes dicitur hec ant. *Accipite Spiritum*.

De die Ascensionis et processione ejusdem.

Ipso die Ascensionis, ad primam dicitur ps. *Confitemini*, et post primam, cantata missa ad Sanctam Crucem, statim induuntur dom. canonici capis sollempnibus, et duo custodes clerici accipiunt duas cruces, induti similiter capis, acolitus vero aquam

benedictam. Deinde cantor incipit ℟ *Ite in orbem* et sic ordinate proficiscitur, et exeuntes per portam sini[31]stre porticus, que est ante Hospitale [1], XII vexillis antecedentibus, circueunt majus claustrum [2] cantantes ℟ *Ite in orbem*, et postea ℟ que secuntur, scil. *Omnis pulcritudo* et cetera ℟ per ordinem usque ad IX^um^, et etiam nonum, si opus fuerit, primo tamen ℟ obmisso; ℣ quoque cum uno ℟ cantatur, et finis cujuslibet ℟ repetitur, et *Gloria Patri* additur si opus fuerit. Postquam autem pervenerunt subtus capellam Sancti Michaelis, incipit cantor ant. *Non vos relinquam orphanos*, et, illis introeuntibus ecclesiam post finem, antiphona incipitur in media ecclesia *Sedit angelus*, versus autem super pulpitum altisonis vocibus, et, facta repeticione, cantor incipit ant. *O rex glorie*, et sic procedunt in chorum. Statim inchoatur III^a^.

Sciendum quod non eo die cantor tenet chorum, sed succentor et precentor ebdomadarius. Si dom. archiepiscopus missam celebraverit, cum quina processione diaconorum et subdiaconorum et sine racionabili [3] accedet ad altare. *Credo in unum* dicitur et prefacio, scilicet *Qui post resurrectionem*, sed eo die solummodo dicenda est.

Antiphone de matutinis laudibus ad primam et ad reliquas horas diei et ad vesperas replicantur. Ad III^am^, VI^am^ et IX^am^ propria habentur ℟, scil. *Ascendens Xpistus in altum* et cetera que secuntur.

Ad completorium non agitur commemoracio defunctorum ab ipso die usque ad octavas Trinitatis, nisi infra octavas contigerit fieri sollempne anniversarium, vel nisi corpus defuncti presens fuerit.

De feriis infra octavas Ascensionis. — Sequentibus diebus canitur ad matutinas cotidie IX psalmi de Ascensione cum unica ant. de Ascensione, et legitur Apocalipsis infra has octavas Ascensionis. *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis* non canitur, nisi occurrat dies dominica. Tria tantum candelabra ante majus altare disponuntur. Invitatorium cotidi[v°]anum *Ascendit Xpistus vere*, et ad matutinas et ad vesperas solummodo ant. de matutinis laudibus expenduntur. Ad horas alias cantatur *Alleluia* de cotidianis antiphonis que cantantur tempore paschali. Si autem de sanctis agatur invitatorium est *Alleluia alleluia*, et matutine laudes cum aliquo de consuetis *Alleluia* cantantur.

VIII° die, licet festum III lectionum occurrat, tamen cantatur de Ascensione ad missam et fit commemoracio de sanctis.

1. *L'ancien Hôtel-Dieu, voisin de la cathédrale.* — 2. *Le grand cloître de Notre-Dame (la cathédrale).* — 3. *Lire* Rationali.

De sabbato infra octavas Ascensionis.

Sabbato infra octavas Ascensionis, ad vesperas ant. ad Magnificat *Euntes in mundum.*

De dominica infra octavas Ascensionis.

Dominica infra octavas, si de sanctis agitur, invitatorium est *Alleluia;* si vero de sanctis non agitur, idem erit invitatorium quod et in die Ascensionis, scilicet *Alleluia Ascendens Xpistus in altum ;* (ant.) ℣ primi nocturni et ℣ tercii nocturni commutantur, ita quod primus ℣ est *Nimis exaltatus es* et tercius ℣ *Elevata est,* propter coincidenciam antiphonarum. Ewangelium de dominica pronunciatur. Ad Benedictus ant., scil. *Ascendo,* cum oratione de Ascensione premittitur, et subsecuntur ant. et oratio de dominica, nisi actum fuerit de aliquo sancto. Si enim fuerit festivitas alicujus sancti, ut prediximus, invitatorium erit de sancto, scilicet *Alleluia alleluia.* Tria ultima ℟ canuntur de sancto. Ad matutinas laudes canitur unum *Alleluia* de hac ant. *Tristicia;* ant. vero ad Benedictus *Lux perpetua,* vel alia que competens fuerit ; post orationem de sanctis statim subinfertur ant. de Ascensione cum collecta, tercio loco subjungitur ant. cum oratione de ewangelio.

Dominica infra octavas, ad missam, de dominica canitur. Post collectam de dominica subjungitur oratio de sanctis, tercio loco de Ascensione. Ad primam non dicitur ps. *Deus Deus respice,* quia in tota septimana illa non dicitur diea [1]. Ad processionem canitur ant. *Vidi aquam* et ℟ *Ite in orbem ;* in introitu ecclesie ant. *O rex glorie;* in introitu vero chori ant. *Non vos relinquam.*

Ad missam, si de sanctis non agitur, post collectam de dominica oratio de Ascensione subinfertur. Ad [*Ms. 327, f° 34 v°*] horas canuntur *Alleluia* de cotidianis antiphonis. Ad vesperas, ant. *Dominus Jhesus postquam locutus,* et, dicta unica collecta de Ascensione, finiuntur omnino vespere.

Octavo die, licet festum trium lectionum occurrat, tamen cantatur de Ascensione ad missam, et fit commemoratio de sanctis.

Sexta feria inter octabas Ascensionis et Penthecosten, totum de Ascensione agitur ; missa tamen de dominica cantatur, et collecta de Ascensione sine *hodierna die* adhybetur, nisi festum occurrerit, nam tunc de sanctis agitur et collecta de Ascensione subinfertur.

In vigilia Penthecostes.

Vigilia Penthecostes, ad matutinas pronunciatur ewangelium ;

1. *Pour* dieta.

℟ de Ascensione cantantur. Ant. una de Ascensione in matutinis laudibus canitur ; ant. ad Benedictus *Expectate promissum Patris.*

Nota : si festivitas alicujus sancti trium lectionum ea die acciderit, ad matutinas totum agitur de sancto, excepto quod ewangelium de vigilia pronunciatur, et post orationem de sancto subjungitur ant. *Expectate.* Si autem festum novem lectionum acciderit, die precedenti poterit celebrari. Post primam orationem de vigilia, scil. *Presta quesumus*, commemoratio non agitur de Ascensione; collecta tamen de Ascensione dicitur ad horas sine *hodierna die.*

Eadem die, ad missam agitur sicut in vigilia Resurrectionis dominice. Cantata nona, lectiones ante missam sine titulis : prima lectio *Temptavit Deus Abraham* sine oratione premissa; sequitur oratio *Deus qui in Abrahe* absque *Dominus vobiscum.* Sequitur altera lectio *Scripsit Moyses canticum ;* deinde puer cantat primum tractum *Attende celum et loquar ;* post hec dicitur alia oratio *Deus qui pro nobis per prophetarum ora.* Sequitur tercia lectio *Apprehendent septem mulieres ;* deinde puer cantat secundum tractum *Vinea facta est ;* post hec subjungitur oratio *Deus qui nos ad celebrandam presentem festivitatem*, et requiritur in sancto sabbato Pasche. Sequitur IIII^a lectio *Audi Israel mandata vite ;* post quam statim subjungitur oratio *Deus incommutabilis virtus ;* deinde puer cantat tercium tractum *Sicut cervus ;* sequitur alia oratio *Concede quesumus omnipotens Deus ut qui sollempnitatem.* Deinde aguntur litanie septene, quine et terne, et consecrantur fontes, et cetera fiunt sicut in sabbato sancto Pasche, excepto quod cantor non dicit *Accendite.* [35] Finitis litaniis, precentor ebdomadarius, capa serica indutus, incipit alta voce *Kyrieleison ;* post festivum *Kyrie eleison* dicitur *Gloria in excelsis*, et interim pulsantur campane ; tres diacones et tres subdiacones procedunt ; oratio ad missam *Presta quesumus omnipotens Deus ut claritatis tue ;* post epistolam puer cantat *Alleluia Confitemini Domino*, subdiaconus tractum *Laudate Dominum*, que reperiuntur in sabbato sancto Pasche ; ante ewangelium portantur cerei, quod non fit in vigilia Pasche ; *Credo in unum Deum* in vigilia Penthecostes et in vigilia Pasche dicitur [post] fontes consecratos et pueros baptizatos ; offerenda canitur. Ipso die et sequenti die dominica portantur cruces et cerei ante dom. archiepiscopum, sicut in Pascha.

Ad vesperas, quando deducitur dom. archiepiscopus cum processione a palacio in ecclesiam, cantatur a cantore ant. *Non vos relinquam orphanos ;* in crastino autem ad vesperas cantatur

ant. *Accip[it]e Spiritum Sanctum*. Ad utrasque vesperas et ad missam duo subdiaconi, qui cruces portant, et duo acoliti cereos portantes, capis sericis super albas indui debent : similiter in Natali Domini albis et capis sericis indui debent ad utrasque vesperas et ad missam. Ad vesperas super psalmos cantatur *Alleluia* de hac ant. *Benedictus Dominus;* ℟ canitur *Jam non dicam vos servos;* hymnus *Veni creator*, qui etiam quinta [et] sexta feria repetitur ad vesperas; sed in die Penthecostes, hymnus ad vesperas *Beata nobis gaudia*, qui etiam secunda et tercia et quarta feria cantatur.

Ad completorium, super psalmos canitur *Alleluia alleluia alleluia alleluia;* hymnus *Jhesu redemptor seculi*, et in die Penthecostes similiter ; in aliis vero diebus per octavas nequaquam, quoniam in eis super psalmos antiphona est *Alleluia*, hymnus *Te lucis ante terminum;* ad Nunc dimittis ant. *Alleluia Spiritus Paraclitus* [*ms. 326, f° 32*] et eciam cotidie per octavas.

DE MATUTINIS. — Ad matutinas invitatorium canitur a duobus sacerdotibus. Nota : secunda antiphona ad matutinas ante ewangelium incipitur a diacono, tercia a sacerdote. Similiter fit in Pascha.

Ad primam, finito *Jam lucis* et *Sit laus*, ps. *Confitemini* dicitur, sed eo die tantum.

Ad VI^am et IX^am, sicut ad terciam canitur hymnus *Nunc sancte nobis Spiritus* cum ultimo ℣ de hoc hymno *Veni creator Spiritus*, scilicet *Per te sciamus da Patrem*, sed eo die tantum, quoniam in aliis diebus dicuntur ad VI^am *Rector potens verax Deus* et ad IX^am *Rerum Deus tenax*, cum *Sit laus*.

DE PROCESSIONE IN DIE PENTECOSTES. — Ad processionem, quando egrediuntur domini canonici de choro, incipit cantor ant. *Vidi aquam;* per claustrum canitur ant. *Cum venerit Paraclitus*. Nota : ante introitum ecclesie sacerdos debet dicere orationem, ℣ premisso, scilicet *Fundamenta* etc., et statim cantor incipit ℟, et sic debet fieri aliis festis dupplicibus in introitu ecclesie, et circa chorum ℟ *Jam non dicam vos servos*, in medio navis ecclesie *Sedit Angelus*, ℣ *Crucifixum* cantatur super pulpitum ; in introitu chori ant. *Auge in nobis* vel *Veni sancte Spiritus* sine *Alleluia*. Ipso die, ad VI^am et ad IX^am fit commutacio antiphonarum et ℟, quoniam ant. de nona dicitur ad VI^am, et ant. de VI^a ad IX^am, ne accidat ydemptitas antiphonarum et ℟.

DE VESPERIS. — Ad vesperas canuntur ant. de matutinis laudibus, sed loco quarte antiphone, que est *Fontes et omnia*, cantatur hec ant. *Hii qui linguis*. [1] *Beata nobis gaudia*, qui etiam

1. *Sous-entendu* Hymnus.

IIª feria, IIIª et IIIIª cantatur. Ad Magnificat cantatur ant. de ewangelio *Audistis quia dixi*, non illa *Accipite Spiritum sanctum*.

Nota quod per hos dies Penthecostes nichil utcunque agitur de sanctis; sed si qua festivitas occurrerit, tantummodo ad missam fiet de sancto vel de sanctis commemoracio, licet festum sit [v°] IX lectionum. Cotidie *Te Deum laudamus*, et *Gloria in excelsis*, et *Credo in unum*, et *Ite missa est*, et prefacio *Qui ascendens super omnes celos* dicuntur. Cotidie precentor ebdomadarius incipit antiphonas ad horas, et idem cantat ℟ ad easdem horas. Cotidie antiphone de matutinis laudibus expenduntur ad horas, sicut in ipso die Penthecostes.

DE DIE PENTHECOSTES.

Die Penthecostes pronunciatur ewangelium ad matutinas; aliis VI diebus leguntur sermones. Die Penthecostes duo sacerdotes, induti capis sericis, cantant invitatorium; aliis sex diebus acolitus cantat invitatorium, quod est *Alleluia alleluia*, et idem vel alius puer cantat primum ℟. Die Penthecostes canitur sequencia *Sancti Spiritus*, feria IIª *Ad celebres*, feria IIIª *Regine nunc celorum*, feria IIIIª *Magnus Deus in universa*; tribus reliquis diebus sequencie non canuntur. Die Penthecostes procedunt diaconi et subdiaconi, aliis vero diebus nequaquam procedunt; precentor tamen ebdomadarius cotidie servat cantum solus ad missam et sine alio secundo [1].

Feria IIª Penthecostes, et III ª et IIIIª dupliciter pulsatur et IX candelabra ante majus altare statuuntur; in aliis diebus sequentibus VII tantum candelabra statuuntur, nec dupliciter pulsatur, sed ad matutinas et ad missam et ad vesperas cotidie campane pulsantur insimul, et cotidie XX cerei retro altare statuuntur.

Feria IIª Penthecostes a subdiacono solo canitur ad missam unicum *Alleluia*, scilicet *Veni Spiritus*, feria IIIª *Alleluia Paraclitus Spiritus sanctus* similiter a subdiacono. Feria IIIIª, post VIªᵐ canitur missa, et cantantur duo *Alleluia*, primum a puero, scilicet *Emitte Spiritum* et hoc post lectionem de jejunio, secundum vero *Alleluia*, scilicet *Spiritus sanctus procedens*, a subdiacono post epistolam. Et sciendum quod eadem IIIIª feria, licet due collecte, una ante lectionem et altera ante epistolam, precesserint, missa tamen cum una sola secreta et una postcommunio finitur. Nota quod *Alleluia* que canuntur ante [33] epistolam

1. *Ou* secundante.

non repetuntur. Feria V^a canitur unicum *Alleluia Loquebantur*, feria VI^a *Alleluia Spiritus Domini*, sabbato primum *Alleluia Emitte Spiritum*, secundum *Alleluia Loquebantur*, tercium *Alleluia Spiritus sanctus*, quartum *Alleluia Paraclitus :* hec prima IIII^or *Alleluia* non cantantur a pueris ; quintum *Alleluia*, scilicet *Benedictus es Domine*, post benedictionem cantatur a subdiacono ; sextum vero *Alleluia*, scilicet *Veni sancte Spiritus*, post epistolam canitur ; et hac eadem VII^a feria, missa cum una sola secreta et una sola postcommunio finitur, licet plures collecte ante epistolam precesserint, nisi forte alique orationes addantur, que non pertineant ad diem, sicut pro pace, vel infirmis, vel iter agentibus, vel pro sanctis.

In hac septimana fiunt ordines et semper celebrantur IIII^i mensis [1]. — In hac septimana fiunt ordines, et semper celebrantur jejunia quarti mensis ; et hec sunt que cantari debent : III^a feria Penthecostes, post III^am, cantata missa, quando corpora sanctorum deferuntur ad Sanctum Mauricium, exeuntes canonici de ecclesia Beate Marie, cantant ant. *Salvator mundi*, et in procedendo cantant ℟ *Beata vere mater* cum ℣, scilicet *Floribus ejus*, et ℟ *Bonus pastor Nichasius ;* deinde ℟ *Sint lumbi vestri precincti* cum ℣ *Vigilate ergo ;* deinde ant. *Sanctum est verum lumen*. Postquam autem corpora sanctorum deposita fuerint, cantant ant. *Lux perpetua ;* postea legitur evangelium de die. Quo finito, dom. archiepiscopus, vel ille cui injunctum fuerit ex parte archiepiscopi, facit sermonem ad populum. Hoc facto, redeunt et in reditu cantant ℟ *O constancia martirum* cum ℣ *Nobis ergo* etc., et additur ℟ *Concede nobis* cum ℣ *Adjuvent nos*, et hanc antiphonam *Prepollens Xpisti martir*. In introitu majoris ecclesie cantant ant. *Sancta Maria* vel hanc *Alma Redemptoris mater ;* qua finita, dicitur oratio de sancta Maria [v^o] et omnibus sanctis ; et postea cantatur sexta.

De octavis Penthecostes.

In octavis Penthecostes totum agitur de Trinitate. Dupliciter pulsatur et cantatur.

Sabbato ad vesperas, ant. proprie de Trinitate super psalmos expenduntur. ℟ canitur *Summe Trinitati*. Hymnus et tunc per totam septimanam sequentem *O lux beata Trinitas*. [℣] *Verbo Domini celi*. Ant. ad Magnificat *Te Deum Patrem*. Oratio de Trinitate. IX candelabra statuuntur ante majus altare, et tunc et in crastino pretermittuntur hore de beata Maria.

1. *Sous-entendu* JEJUNIA.

Ad completorium, ant. (hymnus) *Qui habitat ;* hymnus *Jhesu Redemptor seculi ;* Ad *Nunc dimittis* ant. *Evigila*, et tunc et in sequenti die : aliis autem diebus ant. *Miserere* et *Salva nos Domine*.

Ad matutinas, invitatorium *Deum verum*, et cantatur a duobus diaconis ; et nota : quociens invitatorium dicitur a diaconibus, III[a] antiphona vesperarum incipitur a subdiacono ; quando vero cantatur a sacerdotibus invitatorium, III[a] ant. vesperarum incipitur a dyacono. Matutine sine ewangelio clauduntur. Ant. de matutinis laudibus tam ad horas quam ad vesperas die dominica et per totam ebdomadam expenduntur.

Ad processionem incipit cantor, egrediendo de choro *Benedic Domine dom..*, et circa claustrum ℟ *Benedicat nos Deus ;* tunc dicitur *Fundamenta* a sacerdote qui fecit aquam benedictam ; in introitu ecclesie ℟ incipit cantor *Honor virtus*, et cantatur circa chorum ; in medio ecclesie ℟ *Summe Trinitatis*, et in ambone ℣ cantant adolescentes altis vocibus, scilicet *Prestet nobis ;* in introitu chori ant. *Alma Redemptoris*.

Ad III[am], ℟ *Verbo Domini*. Ad VI[am], ℟ *Benedicat nos Deus*. Ad IX[am], ℟ *Benedicamus Patrem et Filium ;* et alleluiantur per octavas cotidie. Hac die, si festum III lectionum acciderit, ad missam tantum fit commemoracio.

Ad missam, sequencia *Benedicta sancta ;* ev[34]angelium est *Cum venerit Paraclitus ; Credo in unum*, et prefacio *Qui cum unigenito Filio tuo* eo die tantum dicitur.

Infra octavas cotidie invitatorium est *Dominum Deum nostrum venite adoremus*. Hore de beata Maria dicuntur. Tria tantum candelabra ante majus altare statuuntur. Sermones proprii de Trinitate infra octavas leguntur, et proprium responsorium canitur.

Ad missam non dicitur *Gloria in excelsis*, nec *Te Deum laudamus*. Ad completorium non dicitur oratio pro defunctis. Ant. de III° nocturno, scilicet *Caritas, Verax est, Una agitur* [1], jam [2] ad matutinas quam ad vesperas, si opus fuerit, expenduntur. Canonici lineis capis uti possunt. Cotidie missa de sancta Trinitate cantatur, nisi aliqua festivitas intervenerit. Sexta etiam feria cantatur de cruce ; et sabbato de sancta Maria. Si placuerit dominis canonicis, usque ad kalendas octobris dicitur, sabbato, de cruce *Adoremus*. Si infra has octavas acciderit festum sancti Barnabe apostoli, ad horas diei ℟ alleluiantur ; ad mis-

1. *Lire* igitur. — 2. *Lire* tam.

sam non canitur sequencia ; ad vesperas unica ant., scilicet *Juravit,* super psalmos de apostolis dicatur.

Sabbato in octavis Trinitatis, ad vesperas, hymnus *Deus creator omnium.* ℣ *Vespertina oratio.* Ant. ad Magnificat *Loquere Domine.* Oratio *Deus qui conspicis omni nos virtute destitui* ; sed ad matutinas dicitur alia oratio de dominica *Deus in te sperantium fortitudo,* et ℟ de historia *Deus omnium,* tamen tria ultima ℟ dicuntur de Trinitate ; nisi agatur de aliquo sancto, in prima dominica tria prima, in secunda dominica tria secunda, in III^a^ dominica tria ultima, et sic usque dum canitur ℟ *In principio,* quod fit in prima ebdomada augusti. Ad processionem per claustrum canitur ℟ de Trinitate, prima dominica primum ℟, secunda secundum, tercia tercium, nisi hoc aliqua festivitas IX lectionum excipiat ; et dicitur ad completorium hymnus *Te lucis ante terminum* usque ad kalendas octobris.

Ab octavis Trinitatis usque ad festivitatem sancti Johannis, agitur [v°] vigilia mortuorum tribus diebus in ebdomada, nisi hoc aliqua festivitas exceperit, et prima vice campane pulsantur.

A festivitate sancti Johannis usque ad festum Omnium Sanctorum, nunquam agitur vigilia mortuorum, nisi in jejuniis IIII^or^ temporum, et nisi pro anniversariis et pro presentibus defunctis.

Ab octavis sancti Martini usque ad Nativitatem Domini, aguntur vigilie mortuorum tribus diebus in ebdomada, nisi aliqua festivitas obstiterit.

A Septuagesima usque ad caput jejunii, vigilie mortuorum fiunt ter in ebdomada.

A capite jejunii usque ad Cenam Domini, assidue et quociens vigilia mortuorum agitur, missa pro eisdem celebratur, die sequente, et post primam XV psalmi cum precibus et collectis dicuntur, aut post III^am^ in XL^a^.

Notandum quod si kalende augusti V^a^ feria vel post intraverint, historia protrahitur usque ad sequentem diem dominicam ; si autem IIII^a^ feria vel ante occurrerint kalende, precedente die dominica inchoatur historia ; et eodem modo fit in aliis mensibus, semper die dominica propinquiore kalendis historia incipiatur.

SABBATO AD VESPERAS HYMNUS DEUS CREATOR.

Sabbato itaque ad vesperas hymnus *Deus creator omnium.* Ant. ad Magnificat *Dominus possedit me.* In mense augusti leguntur Parabole Salomonis et alii libri Sapientie, et canitur ℟ *In principio* de eadem materia.

Nota quod de illo *Alleluia Venite adoremus exultemus,* non

canitur prima die nisi primus versus, alia vero die potest dici secundus, scilicet *Preoccupemus*.

Notandum quod ab illa die dominica, in qua legitur evangelium *Duo homines ascenderunt in templum unus Phariseus* etc., cantatur singulis diebus dominicis usque ad festum sancti Remigii sequencia *Stans a longe qui plurima*, exceptis dominicis illis in quibus cantantur *Alleluia*, que habent duos versus, nam versus post Alleluia cantatur lo[35]co sequencie; prima tamen dominica, qua legitur (primum) ewangelium predictum, non obmutatur sequencia, (t) etiamsi tale Alleluia eo die acciderit, sicut *Letatus sum*, quod duos ℣ habet, sed secundus ℣ tacetur ipso die, scilicet *Stantes erant*, et sequente feria cantatur post *Alleluia*. In aliis vero diebus dominicis hoc minime fiat.

In septembri xv primis diebus de historia Job legitur, et cantatur ℟ *Si bona*. Reliquis xv diebus de historia Thobie, Judith et Hester legitur, et canuntur de eisdem historiis, scilicet *Peto Domine, Adonai* et *Dominator Domine*.

De jejunio septimi mensis inveniendo teneto hanc regulam : auctoritas Ecclesie Romane hoc tenet et precipit, ut IIII[a] feria que tercio in septembri occurrit, vel que post v° idus septembris proximo habetur, quod idem est semper, legitimum jejunium ejusdem mensis celebretur, et hoc semper faciendum est in plena ebdomada equinocium.

QUANDO JEJUNIUM SEPTIMI MENSIS CELEBRATUR.

Quando igitur jejunium septimi mensis celebratur, feria IIII[a] post primam statim ante capitulum cantantur x psalmi penitentiales, scilicet *Domine ne in furore, Usquequo Domine, Ad te Domine levavi animam meam, Beati quorum, Domine ne in furore* II, *Miserere mei Deus, Domine exaudi orationem meam, Ad te levavi oculos meos, De profundis, Domine exaudi orationem meam* II ; quibus finitis, secuntur preces et orationes. Deinde III[a] et VI[a] cantatis, pulsantur omnes campane insimul, et tunc cantor incipit *Exurge Domine ;* quo completo cum *Gloria Patri*, dicitur oratio de beata Maria et omnibus sanctis ; postea exeunt canonici de choro, una cruce precedente, et procedentes per claustrum, cantant istas ant. *Si fecissemus, Oremus dilectissimi, Qui celorum*. Venientes autem ad Sanctum Symphorianum, in introitu ecclesie cantant ant. *Beati eritis*. Qua finita, *Kyrieleison* [v°] ter dicitur, et statim procumbunt ad orationem, et dicunt singuli VII ps. penitentiales cum silencio. Quibus decursis, presbiter dicit *Pater noster, Et ne nos inducas* et preces ; deinde ℣ *In omnem terram* et orationem de apostolis communem

Exaudi nos Deus salutaris noster; et, dicto *Amen*, statim exeunt cantantes ant. istam *Isti sunt viri sancti*. Qua finita, duo subdiaconi incipiunt letaniam, et hanc decantantes redeunt, nec intrant per portam claustri, sed procedunt in circuitu murorum archiepiscopi, donec per majorem portam ecclesie chorum ingrediantur. Finita letania, missa cantatur.

De feria VI^a^. — Similiter VI^a^ feria, post primam x psalmi predicti percurruntur; postea, III^a^ et VI^a^ cantatis, campane insimul pulsantur, et tunc incipit cantor *Propicius esto*; quo decurso cum psalmo et *Gloria Patri*, et dicta oratione de beata Maria et omnibus sanctis, exeunt canonici cantantes ant. *Si fecissemus*, et de aliis ant. quantum opus fuerit. Exeuntes autem de ecclesia non divertunt per dextram portam, sed per portam que est pre oculis egrediuntur, et procedunt per vetus forum per viam que est juxta muros urbis, usque ad Sanctum Petrum veterem. Quo pervenientes, in introitu ecclesie cantant ant. *Tu es Pastor*. Qua finita, *Kyrieleison* ter dicitur, et statim procumbunt ad orationem, et dictis singulis VII ps. penitentialibus cum silencio, post *Pater noster* dicuntur preces et ℣, scilicet *Solve jubente Deo*, et oratio de apostolo. Deinde regrediuntur cantantes ant. *Quodcumque ligaveris*. Qua finita, duo subdiaconi incipiunt letaniam, et hanc decantando veniunt in chorum Beate Marie, et statim post letaniam missa incipitur.

De feria VII^a^. — Septima feria non dicuntur x psalmi predicti post primam, nec processio fit ad aliam ecclesiam. Ad missam debent fieri or[*Ms. 327, f° 38 v°*]dines, si archiepiscopus presens fuerit, et tunc, finito introitu misse cum psalmo et *Gloria Patri*, post *Kyrieleison* ascendit archidiaconus ante altare dicens alta voce *Accedant omnes clerici qui ordinandi sunt*; deinde ordinantur hostiarii, lectores, accoliti et ceteri, quique loco et ordine suo.

Ad [1] Machabeis. — In octobri mutatur hystoria, scilicet dominica propinquiore kalendis, sicut jam prenotavimus. Per totum mensem legitur de Machabeis, et cantatur responsorium *Adaperiat*. In hoc mense mutantur hymni. Sabbato ad vesperas dicitur hymnus *O lux beata Trinitas* usque ad Adventum; et die dominica dicitur hymnus *Lucis creator optime*; et aliis diebus dicuntur hymni de feria, more solito; et a prima dominica post octavas Epiphanie usque ad Quadragesimam dicuntur hymni sicut prediximus. Ad completorium dicitur hymnus *Xpiste qui lux es* usque ad Pascha, nisi festivitates sollempnes sanctorum

1. *Lire* De.

exceperint. Nota quod de illo *Alleluia Te decet* primo die canitur tantummodo primus versus, alio die competenti infra ebdomadam sequentes versus.

In die dominica propinquiore kalendis novembris legitur Ezechiel, in secunda die dominica Daniel, et per alios quindecim dies duodecim prophetarum libri, et cantatur responsorium *Vidi Dominum* ; et sciendum quod post lectiones de Daniele non dicitur *Hec dicit Dominus*, sed *Tu autem Domine miserere*, Daniel enim quasi hystoriografus est, et reputatur inter prophetas solummodo propter visiones.

Nota quod eo sabbato quo canitur ant., scil. *Da pacem Domine*, de hystoria Machabeorum, non repetitur illa ant., scil. *Da pacem*, post vesperas de beata Maria, cum dicta sit ad predictas vesperas.

[39] Sciendum quod a kalendis novembris usque ad Adventum Domini, ad processionem in diebus dominicis cantantur in introitu ecclesie et chori iste due ant. *Beati estis*, *O quam gloriosum*. Item a kalendis novembris usque ad Adventum Domini, in dominicis diebus ad Benedictus cantande sunt hee ant. *Tres in fornace*, *Video virum* et alie sequentes de hystoria Danielis, et ad *Laudate Dominum de celis*, *Alleluia* de hac ant. *Dico vobis*.

Nota quod ea dominica, qua cantatur *Dicit Dominus*, sunt quatuor ewangelia, et debent dici infra ebdomadam, non obstante festo sancti Basoli, quod agitur cum tribus lectionibus.

Item sciendum quod ab octavis sancti Martini usque ad Natale Domini pulsatur sicut in diebus jejunii, et post sextam celebratur missa, nisi fuerit dies dominica vel sollempnitas novem lectionum.

Nota quod ea dominica qua canitur *Si iniquitates*, de illo responsorio, scil. *Ecce quam bonum*, non dicitur primo die nisi primus versus, alia vero die canitur secundus, scil. *Mandavit*.

Item tribus diebus in ebdomada, scil. secunda feria, quarta et sexta, fit vigilia pro defunctis post nonam, et in crastino XV psalmi post primam, et missa familiariter pro defunctis celebratur, nisi festivitas IX lectionum hoc excipiat.

Nota quod si festum alicujus sancti, quod cum quinque candelabris agitur, sabbato acciderit, ad secundas vesperas nichil agitur de sancto, nisi fuerit apostolus, si primas vesperas habuerit ; alias secunde vespere erunt de sancto, preterquam in Adventu et LXX[a], sicut patet in festo sancti Mauricii.

Sciendum quod si festivitas alicujus sancti martiris, confessoris aut virginis, unde solent agi tantum tres lectiones, die dominica evenerit, sabbato ad vesperas de sancto nichil agitur ;

invitatorium ad matutinas de sancto canitur; in primis duobus nocturnis, nichil agitur de eo; post tercium autem nocturnum dicitur de ipso versiculus, ewangelium de dominica pronunciatur, et tria ultima ℟ de sancto canuntur, et matutine laudes de eo penitus finiuntur; post orationem de sancto sequitur antiphona de ewangelio, cum collecta de dominica. Si vero infra octavas non sollempnes, die dominica acciderit festum trium lectionum et pronunciatum fuerit ewangelium de dominica, antiphona de ewangelio cum collecta ultimo dicetur. Si autem infra octavas [v°] sollempnes acciderit festum trium lectionum, de sancto nichil agitur, nisi tantummodo commemoratio ad missam; de dominica prorsus canitur, et post collectam de dominica subjungitur oratio de sancto. In nullis octavis, sive sollempnibus sive non sollempnibus, fit commemoratio de cruce ad vesperas vel ad matutinas, nec dicitur ad completorium oratio *Fidelium Deus*, nisi fiant exequie presentis mortui, vel anniversarium celebretur. In octavis non sollempnibus, sicut octave sancti Martini, cantor non incipit ant. ad Magnificat vel ad Benedictus. In nullo festo novem candelabrorum dicitur oratio pro defunctis, nisi celebrantur [1] eo die exequie presentis mortui vel anniversarium, sicut patet dominica in Ramis palmarum. In nullo festo cantant duo pueri *Benedicamus*, nisi in illo festo cantetur dupliciter vel a binis.

Sciendum quod diaconi et subdiaconi et pueri, qui ministraverint ad missam, debent semper redire cum sacerdote qui missam celebravit, et ire cum ipso usque ad sacrarium.

Item sciendum quod dyaconi et subdiaconi, qui ministrant ad missam, debent stare coram altari retro dorsum sacerdotis celebratis [2] ordinate, prout ordo cujusque requirit, statim quod sacerdos incipit *Per omnia* ante prefacionem, usque ad *Agnus Dei*.

Quotiens in missa utitur diaconus dalmatica et subdiaconus tunica, in fine misse subdiaconus bajulans calicem, et pueri portantes patenam et cereum, non debent recedere ab altari donec [3] post ultimam collectam finitam, et tunc dicitur *Ite missa est*. Quando vero diaconus et subdiaconus utuntur casulis, statim recedunt illi, scil. subdiaconus et pueri, post primam orationem, nisi fuerit dies dominica, tunc dicitur *Benedicamus Domino*, vel festum IX lectionum, et tunc dicitur *Ite missa est*.

1. *Lire* celebrentur. — 2. *Lire* celebrantis. — 3. *Pour* nisi.

A NATIVITATE DOMINI USQUE AD YPAPANTI [1].

A Nativitate Domini usque ad festum Ypapanti, ad matutinas et ad vesperas vicissim canuntur hee antiphone de sancta Maria, cum opus fuerit, *Virgo verbo concepit*, *Nesciens mater*, *Virgo Dei genitrix*, *Caste parentis*.

A kalendis octobris, si fuerint die dominica, vel a die dominica propinquiore kalendis octobris, omni sabbato canitur hymnus ad vesperas *O lux beata Trinitas* usque ad proximum sabbatum ante Quadragesimam, excepto Adventu. Die dominica non mutatur hymnus *Lucis creator optime*, et per ebdomadam alii hymni feriales, et ad completorium cotidie usque ad Pascha canitur hymnus *Xpiste qui lux es*, [40] nisi hec [2] aliqua festivitas excipiat ; ad vesperas enim quinque canuntur hymni de sanctis, et ad completorium in magnis sollempnitatibus hymnus *Jhesu redemptor seculi Verbum*.

In omni vigilia qua jejunatur, canitur meridies [3] ante missam.

In omni festo quo cantatur dupliciter, fit processio in circuitu chori et [4] pulpito canitur ℟, si fuerit dominica dies.

1. *Sous-entendu* festum. Ypapanti *pour* Hypapanti, *la fête de la Purification de la ste Vierge et de la Présentation de N.-S. au temple, 2 février.* — 2. *Lire* hoc. — 3. *L'office de Sexte.* — 4. *Sous-entendu* in.

[*Ms. 326, f° 36*] DE FESTIVITATIBUS SANCTORUM ET PRIMO DE BEATO ANDREA.

Sanctorum festivitates seorsum et separatim tractantes, a beato Andrea incipimus, cujus festivitas infra Adventum quandoque occurrit, et quandoque precedit Adventum. Ex hac festivitate certam colligimus regulam de inicio Adventus. Semper considerandi sunt tres dies proximi ante festum sancti Andree, et tres dies proximi post festum sancti Andree, et ipse dies sancti Andree ; ex hiis septem diebus illa dies dominica erit prima et inicialis in Adventu Domini. Versus memoriales :

Tres precedentes Andream, tresque sequentes,
A[n]dreeque dies, Adventus sunt tibi limes.

Habet autem festivitas sancti Andree vigiliam et jejunium, et cum VII candelabris agitur ante majus altare dispositis.

In matutinis vigilie pronunciatur evangelium *Stabat Johannes*, et cantatur de sancto Saturnino martire. Ipso die cantatur missa de vigilia, sed post collectam de sancto Andrea subinfertur collecta de sancto Saturnino.

Ad vesperas, ps. et feriales ant. ; hymnus *Gaude sacrata*.

In matutinis sancti Andree, invitatorium est *Xpistum regem regum*. Lectiones de ipso. ℟ et ea que cantantur vel leguntur in missa in locis suis in ordine reperiuntur. *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis* canuntur, etiam si infra Adventum hoc festum acciderit. Ad missam canitur sequencia *Clare sanctorum*.

Sciendum autem quod si festum sancti Andree occurrerit proximo sabbato ante primam dominicam Adventus, ad vesperas sabbati nichil omnino agitur de apostolo, sed de Adventu. Si vero die dominica acciderit, differtur usque in secundam feriam sequentem et canitur tunc de vigilia, et pronunciatur ewangelium, ut utraque festivitas diei, scilicet dominice et [v°] apostoli, plenam et integram habeat sui servicii celebritatem ; et tunc die dominica ad vesperas totum agitur de apostolo, excepto quod post collectam de apostolo subinfertur ant. et collecta de Adventu.

DE SANCTO ELIGIO, EPISCOPO ET CONFESSORE.

Kalendis decembris agitur festum de sancto Eligio, episcopo et confessore, cum V candelabris ante majus altare dispositis et IX lectionibus. Ad secundas vesperas, post collectam de sancto

Andrea, statim subinfertur ant. cum collecta de confessore, postea de Adventu.

Ad matutinas, invitatorium *Regem confessorum*. Ant. et ℟ unius confessoris cantantur. Legitur autem de Omeliario sanctorum de quodam sermone qui sic incipit *Ad sancti ac beatissimi patris nostri (Eligii) fratres*, etc.

Ad missam puer cantat gradale, subdiaconus *Alleluia*.

Et nota quod sicut festivitas beati Andree, si die dominica acciderit, transfertur in secundam feriam propter primam dominicam Adventus, ita et festum beati Eligii transfertur usque in terciam feriam propter festum beati Andree, quod celebratur eo die in quo deberet celebrari festum beati Eligii, ut quelibet harum festivitatum, diei scilicet dominice et beati Andree et beati Eligii, plenam et integram habeat servicii sui celebritatem. Si autem festum beati Andree sabbato acciderit, festum beati Eligii transfertur usque in secundam feriam.

De sancto Nicholao.

In festo beati Nicholai dupliciter pulsatur, sed non dupliciter cantatur. IX candelabra ante majus altare statuuntur.

Ad vesperas ℟ canitur *Ex ejus tumba*, cum prosa *Sospitati*; illam itaque prosam debet cantor incipere in dextra parte chori, finito *Gloria* post versum, et debet ibi stare donec tota prosa cantetur; et ad matutinas similiter hymnus *Iste confessor*. Hore de beata Maria et tunc et tota die sequente tacentur. (Et) post collectam de beato Nicholao, et tunc ad matutinas et ad vesperas diei, subinfertur ant. cum collecta de Adventu ; sed ad missam non onquam non premittitur. Ant. ad completorium, ant. *Miserere*; hymnus *Xpiste qui lux es*.

Ad matutinas dyaconus cantat invitatorium. *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis* canuntur, et de munificentia Rogeri Junioris de Porta Carceris [1] concanonicis nostris distribuuntur, [37] singulis annis, XL solidi hiis qui matutinis et servicio misse interfuerint, preter alios denarios qui cotidie in matutinis distribuuntur et in missa, de cujus etiam dono habemus XL solidos in festo beate Marie Magdalene eodem modo distribuendos.

Ad missam succentor et cantor ebdomadarius servant cantum. Sequencia *Congaudentes*.

Ad vesperas diei, ant. de matutinis laudibus replicantur super psalmos.

Si festivitas ista die sabbati acciderit, ad vesperas sabbati

1. *Roger de Porte Chacre le Jeune (Voir au* Calendrier, *p. 89, n. 1).*

totum fit de confessore, ideo quod cum IX candelabris agitur hoc festum, et post orationem de sancto repetuntur ant. et collecta de Adventu. Si autem die dominica acciderit, non mutatur, sed eo die agitur, et ewangelium de dominica pronunciatur, et ex eo ant. cum oratione post orationem de sancto. In die ad processionem circa claustrum ℟ *Beatus Nicholaus* canitur ; circa chorum *Ex ejus tumba;* in introitu chori ant. *Hec est regina ;* laudes [1] antiphone de dominica restaurantur die sequenti.

De Conceptione beate Marie virginis.

Sexto idus decembris celebratur Conceptio beate Marie virginis, in qua dupliciter pulsatur et dupliciter cantatur, et totum agitur sicut de Nativitate ejusdem, hoc excepto quod propria legenda habetur, et ewangelium non pronunciatur, et hoc excepto quod ubi in Nativitate ejusdem habetur *Nativitas* vel *ortus* dicitur *conceptio* vel *conceptus*. Post IIas vesperas fit commemoracio sive memoria de sancta Barbara.

De sancta Barbara.

Quinto idus (sep.) decembris agitur festum beate Barbare virginis, cum V candelabris et IX lectionibus.

Ad matutinas passio ipsius legitur; sex prima ℟ de communi virginum, VIIum vero ℟ *Vidisti Domine*, octavum ℟ *Beata Barbara ingressa*, IXm ℟ *Gaudeamus ;* ista tria ℟ sumuntur in festo beate Agathe virginis, mutato nomine. Ad Benedictus ant. *Medicinam carnalem*. Ad missam, sicut in festo beate Lucie. Ad IIas vesperas, ant. ad Magnificat *Qui me dignatus est*.

Si vero die dominica acciderit, differtur usque in secundam feriam [2].

De sanctis martiribus Fusciano, Gentiano et Victorico cantatur invitatorium ad matutinas et tria ℟ de [v°] (de) communi responsorio martirum, et [3] matutinas laudes legitur ant. de Ysa [4]. Post collectam de martiribus subinfertur ant. cum collecta de Adventu. Ita fit utique, si non fuerit dies dominica, nam si die dominica in Adventu acciderit festum vel aliud festum trium lectionum, nichil inde fit preter commemoracionem in missa.

De beata Lucia, virgine.

De beata Lucia agitur cum tribus lectionibus tantum et de ea cantatur, (quia) et quia [5] proprias lectiones habet hec festivitas

1. *Lire probablement* laudum. — 2. *Le ms. 328 (fol. 60 v°) ajoute :* propter V candelabra tantum. Ad utrasque vesperas, ad matutinas et ad missam fit memoria de Adventu. Similiter fit in aliis festis quinque candelabrorum. — 3. *Sous-entendre* ad. — 4. *Pour* Isaia. — 5. *Ms. 328, fol. 61 :* agitur cum novem lectionibus et quinque candelabris, et.

et propria ℟, et proprias antiphonas ad matutinas laudes, si acciderit die dominica, celebrari debet sabbato precedente, ut de suo servicio nichil perdat, nec aliquid auferat de servicio diei dominice : differri enim non posset in secundam feriam propter festum beati Nichasii, quod tunc feria secunda occurreret.

NICHASII, MARTIRIS.

In festo beati Nichasii, ad vesperas, psalmi de feria utroque sero dicuntur. Ad primas vesperas ℟ canitur *Bonus pastor*; hymnus *Gaudeat ecclesia*. Vespere et alie hore de beata Maria pretermittuntur. Dupliciter pulsatur; IX candelabra in prospectu altaris disponuntur. Ad completorium, prima ant. *Qui habitat*; hymnus *Jhesu redemptor seculi*; ad *Nunc dimittis* ant. *Evigila super nos*. Ad matutinas duo diaconi cantant invitatorium; ℟ a binis canuntur. *Te Deum laudamus*, *Gloria in excelsis* et *Credo in unum* propter eminentiam sollempnitatis et maxime propter presentiam sanctorum corporum dicuntur. Ad I^am^ *Confitemini* non dicitur. Ad missam, si dominus archiepiscopus cantaverit, quini procedunt diaconi, subdiaconi, alioquin terni; sequencia *Gaude eya*. Ant. de matutinis laudibus non solum ad horas diei, verum etiam ad vesperas repetuntur. ℟ ad horas alleluiantur. Ad utrasque vesperas et ad matutinas, sed non ad missam, post collectam de martiribus subjungitur ant. cum collecta de Adventu.

Si hoc festum die dominica occurrerit, non mutatur propter presentiam sanctorum corporum, et ewangelium de dominica pronunciatur, de quo canitur ant. cum collecta post collectam de martiribus; antiphone de matutinis laudibus restituuntur tercia feria ante Natale. Et habemus eo die generalem refectionem de re publica nostra, nobis et congregationibus nostris.

THOME, APOSTOLI.

[38] In festo sancti Thome, apostoli, VII candelabra statuuntur ante majus altare [1]. Ad vesperas, hymnus *Exultet celum laudibus* canitur, et post orationem de apostolo subjungitur hec ant. de Adventu *Nolite timere* cum collecta de Adventu. Ad missam *Gloria in excelsis* et *Credo in unum* dicuntur ; sequencia *Clare sanctorum*. Tres diaconi procedunt et tres subdiaconi, quorum duo cantant gradale, et duo diaconi procedentes *Alleluia*.

Si sabbato acciderit hoc festum, ad vesperas sabbati totum agitur de beato Thoma, quia apostolus est, excepto quod post orationem de apostolo subjungitur ant. cum collecta de Adventu ;

1. *Mss. 327 (f° 42) et 328 (f° 61 v°)* : novem candelabra statuuntur ante majus altare ; dupliciter pulsatur.

Beatus vir, *Quare fremuerunt*, *Cum invocarem* ; ℣ *Specie tua* ; (hc) post hoc leguntur tres lectiones de sancta Columba, et tria ℟ canuntur *Diffusa est*, *Propter veritatem*, *Dilexisti*. In IIº nocturno, ant. *Scuto bone*, ps. *Verba mea*, *Domine Dominus noster*, *Domine quis habitabit* ; ℣ *Exultent justi* ; deinde de sancto Silvestro totum legitur ; ℟ *Lux perpetua*, *Sancti mei*, *Vidi conjunctos*. In IIIº nocturno, ant. *Sanctis qui in terra*, ps. *Domini est terra*, *Te decet*, *Conserva me* ; ℣ *Justi in perpetuum* ; ℟ *Isti sunt viri*, *Fulgebunt justi*, *Sint lumbi*. In matutinis laudibus, ant. unica *Fulgebunt justi* ; ℣ *Justorum anime* ; ad Benedictus ant. *Sancti tui Domine* ; oratio *Deus qui nos concedis* ; deinde subjungitur ant. de sancta Columba *Hec virgo sancta* cum oratione de (sancta) ipsa, post de Nativitate et de octavis sanctorum. Ad horas diei, ant. *Fulgebunt justi*, *Dabo sanctis* et alie. Ad missam, tres collecte de sanctis Silvestro, Basilio et Columba cum uno *Per omnia* concluduntur, deinde de octavis secuntur alie collecte.

De octavis sancti Stephani.

Inter octavas Nativitatis Domini et Stephani [1] quatuor dies interponuntur.

Primo eorum die, ad matutinas IX psalmi qui pridie sunt evoluti, cum prima antiphona dicuntur, scil. *Dominus dixit ad*. De octavis sancti Stephani legitur sermo qui sic incipit *Lectio Actuum Apostolorum quam modo*, etc., [vº] et reperitur in Omeliario hyemali, et canitur. Tria candelabra tantum ante majus altare statuuntur. Invitatorium *Regem martirum*. (℟) ℣ *Gloria et honore*. ℟ *Intuens*, *Patefacte*, *Lapides torrentis*. In matutinis laudibus, unica ant. *Lapidaverunt* ; ℣ *Justus ut palma* ; ant. ad Benedictus *Interpellante beato Stephano* ; oratio prima de (beato) Stephani octavis *Beati Stephani* dicitur ; postea ant. *Virgo* et similes (?) cum oratione de Nativitate, scil. *Deus qui salutis eterne* ; deinde de sancto Johanne et Innocentibus subinfertur. Ad missam idem ordo servatur. *Te Deum laudamus* non dicitur, nec *Gloria in excelsis*, nec prefacio nisi cotidiana. Supradicte ant., scil. *O admirabile* et cetere, ad horas diei replicantur, et prima earum ad vesperas. *Gloria tibi Domine* non dicitur ad horas in fine hymni, nisi fuerit dies Dominica vel festum IX lectionum.

Ipso die, ad vesperas agitur de sancta Genovefa. Post vesperas ant. primo de octavis sancti Johannis que imminent recoli-

1. *Il faut lire* et Epiphanie ; *c'est entre l'octave de Noël et l'Épiphanie qu'il y a 4 jours, et non entre l'octave de Noël et celle de S. Étienne.*

tur, deinde de Nativitate, demum de Innocentibus dicitur. Ad matutinas IX supradicti ps. recitantur. Invitatorium tamen, versus, lectiones cum ℟ et antiphona, que in matutinis laudibus unica dicitur, ant. ad Benedictus cum oratione prima, de virgine expenduntur ; deinde de octavis sancti Johannis, postea de Natali, postremo de Innocentibus dicitur. Ad missam collecte simili modo ordinantur.

In hiis diebus qui sunt inter octavas Natalis et Epiphaniam, cotidie post principalem et primam orationem, que cantando dicitur, alie orationes que secuntur, de octavis, quasi legendo et sine versoriis tam ad vesperas quam ad matutinas dicuntur.

Notandum etiam (et) hoc quod si octave Nativitatis Dominice VI[a] feria evenerint, in crastino, scilicet sabbato, ad vesperas de Natali prorsus agitur. Post vesperas ant. de octavis sancti Johannis, que imminent ; postea de Innocentibus subjungitur.

Dominica sequente, ad matutinas de Nativitate legitur et canitur. Invitatorium vero et tria ultima ℟ cum versorio tercii nocturni, et ant. que in matutinis laudibus super v psalmos unica canitur, et ant. ad Benedictus cum oratione prima de virgine dicuntur ; post matutinas primo de octavis sancti Johannis que [40] imminent, secundo de Natali, tercio de sanctis Innocentibus recolitur. In die ad missam *Dominus dixit ad me* canitur, et totum officium sicut in nocte Nativitatis Dominice ; evangelium est *Pastores loquebantur*. Post primam collectam de virgine submittitur, deinde de octavis sancti Johannis et postea de Innocentibus. Prememorate antiphone, scil. *O admirabile* cum ceteris, ad horas diei repetuntur, et prima earum ad vesperas. Notandum (a) quod si tempus breve fuerit, ad matutinas pronunciabitur evangelium *Cum factus esset Jhesus* ; et in die ad missam cantabitur *In excelso trono*, et legitur ewangelium *Cum factus esset Jhesus*.

SANCTI RIGOBERTI.

Ipso die agitur ad vesperas de sancto Rigoberto, et super psalmos de Nativitate unica antiphona dicitur, scilicet *O admirabile*. IX candelabra ante majus altare disponuntur. ℟, scilicet *Sancte Rigoberte*, canitur ad vesperas. Dupliciter pulsatur et a binis cantatur. Post vesperas de confessore pontifice, de octavis Innocentium que imminent, deinde de Nativitate commemoracio repetitur, forte modo (?) pretermittuntur hujusmodi commemoraciones propter duplum. Ad completorium, ant. *Qui habitat* ; hymnus *Jhesu Redemptor*, etc. Ad matutinas, invitatorium, antiphone cum psalmis unice, lectiones cum ℟, et ant. in matutinis

laudibus unica et oratio prima de confessore replicantur. Post matutinas de aliis modo proxime dicto recapitulatur. Ad missam non dissimiliter fit; sequentia canitur *Gloriosa dies*, et *Credo in unum* propter presentiam sancti confessoris. Ad horas diei, ant. de matutinis laudibus repetuntur, sed non ad vesperas; nam ipso die ad vesperas, super psalmos ant. unica canitur, scil. *O admirabile;* capitulum vero et hymnus et ant. ad Magnificat, scilicet *Confessor Domini Rigoberte*, cum oratione de sancto Rigoberto dicuntur, post hoc de Nativitate memoria recolitur, nisi pretermittatur propter dupplum.

Notandum quod si festivitas sancti Rigoberti die dominica evenerit, propter angustiam temporis et paucitatem dierum a Nativitate Domini usque ad Septuagesimam, ewangelium de dominica hac die pronunciari compulerit [1]; ant. ad Benedictus et prima oratio erunt de confessore, secunda ant. et secunda oratio de Innocentibus quorum imminent octave, tercio loco ant. de Nativitate, quarto [v°] et ad ultimum ant. cum collecta de evangelio subsequatur. Ad missam, quia corpus sancti confessoris presens est, de ipso agitur, et post orationem de sancto replicatur, sicut dictum est, de octavis et ultimo oratio dominice subinfertur, et tunc in aliquo dierum sequentium totum officium dominicale, scilicet *In excelso trono*, cum ewangelio congrue poterit repeti.

De vigilia sancti Remigii.

Vigilia sancti Remigii, que est de natalicio ipsius, pulsatur post nonam ter vel quater aut pluries cum parvulis campanis ad convocandum fratres. Congregatis autem illis, procedunt ordinate et reverenter bini et bini ad Sanctum Remigium. Quos cum summo honore monachi illius ecclesie, egressi ecclesiam, si dominus archiepiscopus presens affuerit, suscipiunt; aliter vero noster cantor in introitu ecclesie inchoat ant., scil. *Confessor Domini*, et sic psallendo usque in medium chorum procedunt. Finita antiphona, *Kirieleison* ter dicitur et *Pater noster* cum ℣ *Ora pro nobis beate Remigi*, deinde sequitur oratio *Concede nobis quesumus omnipotens Deus ut beati Remigii*. Postea sollempni more cantantur vespere, et ex parte nostra prima incipitur ant. *O quam venerandus*. Succentor noster et cantor monachorum provident cantum in choro; et similiter in crastino ad missam. Monachi cantant ℟ *O presul ;* quo dicto cum *Gloria Patri*, can-

1. *Il faut lire* compellitur, *ou mieux suppléer le mot* necessitas, *qui se trouve dans les manuscrits 327 et 328 (f° 65) :* pronunciare necessitas compulerit.

tore absente vel succentore, procurator ejus incipit ℟ *O presul* et *Kirieleison*. Post vesperas ant. de octavis Epiphanie dicitur ibidem, scilicet *Fontes aquarum*, cum oratione *Deus cujus Unigenitus*. Inde regressi in chorum Beate Marie cantant vesperas, psalmos quidem eosdem qui per xx dies transactos cantari solent, cum prima ant. de matutinis laudibus, scil. *Veterem hominem;* cetera vero aguntur de sancto Remigio; vespere tamen sine hymno finiuntur; capitulum vero et ℣ dicuntur; ant. ad Magnificat *Iste est qui ante*, sine versu; post vesperas autem repetitur ant. de octavis Epiphanie *Fontes aquarum* cum collecta. Si autem ob aliquam causam non itur ad Sanctum Remigium, super psalmos de feria [41] canuntur antiphone *O quam venerandus*, etc. Post vesperas autem sequitur ant. de octavis *Fontes aquarum*. Nota quod post utramque orationem, que a presbitero debet cantando dici, dicitur a solo puero *Benedicamus Domino*. Ad completorium, ant. *Qui habitat;* hymnus *Jhesu redemptor seculi;* ad (Nunc dimittis) hymnum sancti Symeonis ant. *Evigila*. Ad matutinas, invitatorium a duobus diaconis, et ℟ a binis cantantur. Dupliciter pulsatur. Nota quod nostri pueri tantum et non alii tenentur esse albis induti ad processionem et ad missam. In unaquaque festivitate beati Remigii ix candelabra ante majus altare disponuntur. In i° nocturno et ii° et iii° nocturno altare a duobus presbiteris incensatur.

Ipsa die, post primam statim missa canitur ad majus altare. Post collectam de beato Remigio, collecta de sancto Hylario adhibetur. Tercia pulsatur et canitur, et, pulsatis insimul campanis, processio agitur sicut in sero hesterno. In introitu (Beati) ecclesie Beati Remigii cantor incipit ℟ *Iste (confessor) est de sublimibus*. Ad processionem primum ℟ incipit in choro cantor noster *Sancte Remigi*, deinde in claustro incipit ℟ *Gloriosus*, postea in navi ecclesie ℟ *O presul Xpisti Remigi;* in introitu autem c[h]ori ant. *Confessor Domini* vel ℟ *Iste est de sublimibus*. Ad missam subdyaconus noster legit epistolam; duo subdiaconi cantant gradale, quorum unus tantum procedit cum epistola; dyaconus monacus legit ewangelium, cum quo procedunt duo diaconi nostri, ebdomadarius scilicet et primus eorum qui procedere debent eadem die, si tamen archiepiscopus presens fuerit, aliter vero non; subdiaconus autem noster debet portare coram ewangelio facisterculum; quatuor monachi cantant *Alleluia;* sequencia canitur *Eya simul* vel *Letabundus; Credo in unum* dicitur, sicut de apostolo. Ad vesperas agitur sicut de apostolo: super psalmos de apostolo dicuntur ant. *Juravit*, *Collocet* et alie, et hoc tantum in die festivitatis; nam in aliis diebus sequen-

tibus per octavas, cotidie ad vesperas super psalmos de feria ant. canitur unica de matutinis laudibus [v°] *Remigius* vel alia. Ad Benedictus autem et ad Magnificat per octavas repetuntur quinque antiphone que in vigilia dicuntur super psalmos ad vesperas, scil. *O quam venerandus, Amavit eum* et alie, et quarta de matutinis laudibus que non dicuntur [1] ad horas diei, et, si opus fuerit, antiphone de nocturnis, exceptis prima et quarta et VII^a^, que repetuntur unice super nocturnos in VII° die, quando complentur octave. Ad completorium per octavas non fit memoria defunctorum, nisi presens corpus fuerit mortui, vel fiat anniversarium pro defunctis. Idem observandum est in altera festivitate sancti Remigii.

De sancto Felice, confessore.

In crastino sancti Remigii, ad matutinas de sancto Felice, confessore, cantantur tria ℟ *Euge serve, Justus germinabit, Iste cognovit.* Epistole Pauli leguntur. Ant. ad matutinas laudes *Justum deduxit;* cetera vero, scil. psalmi, ant., lectiones et prima ant. super eosdem psalmos aguntur de beato Remigio ; post primam collectam de sancto Felice subjungitur ant. cum collecta de octavis sancti Remigii. Hore de beata Maria repetuntur. Cotidie per octavas ℟ et antiphone dicuntur ad matutinas et ad horas diei de proprio responsorio sancti Remigii et proprius hymnus, scilicet *Remigius presul meritis.*

Sancti Marcelli, pape et martiris.

Vigilia sancti Marcelli, ad vesperas, super psalmos de feria canitur prima ant. de matutinis laudibus sancti Remigii, scilicet *Remigius sanctus* et hec unica ; hymnus *Martyr Dei ;* ant. ad Magnificat *Hic est vir qui non est derelictus ;* post vesperas sequitur ant. cum collecta de beato Remigio. Eodem modo ad matutinas et ad missam et ad vesperas in die. Post collectam de sancto Marcello replicatur memoria de octavis sancti Remigii. Ad completorium, ant. *Miserere*, etc. In festo sancti Marcelli nec duppliciter pulsatur, nec a binis cantatur, nec ℟ canitur ad vesperas. IX candelabra ante majus altare statuuntur. Ad matutinas, invitatorium *Regem sempiternum ;* ℟ canitur *Iste sanctus,* etc. ; nonum autem ℟ est *Vir iste in proprio suo ;* per singulos nocturnos singule ant. unius martiris dicuntur propter octavas maxime, cum non habeatur proprium ℟ de sancto Marcello. Ad missam canitur [42] sequencia *Gloriosa dies.* Ad vesperas in die(s) super psalmos (ad vesperas) ant. *Remigius sanctus ;* capi-

1. *Lire* dicitur.

tulum et hymnus, etc. sicut de sancto Marcello ad primas vesperas debere fieri diximus[1].

PRISCE, VIRGINIS.

Infra has octavas occurrit festum sancte Prisce virginis, de qua canuntur ad matutinas tria ℟ et ant. unica ad matutinas laudes, et proprium officium habetur ad missam.

FABIANI ET SEBASTIANI [a].

Septimo die complemus octavas sancti Remigii propter festivitatem sanctorum Fabiani et Sebastiani, que in VIII° die occurrit. VII° itaque die agitur de beato Remigio, cum V candelabris dispositis ante majus altare, et legitur et cantatur de proprio ; proprium ℟ cum invitatorio repetitur ; per singulos autem nocturnos unice antiphone expenduntur. Ad missam neque sequencia, neque *Credo* dicuntur.

FABIANI ET SEBASTIANI.

De sanctis Fabiano et Sebastiano aguntur IX lectiones cum V candelabris. Ad vesperas in vigilia canuntur ant. et psalmi de feria ; capit. et hymnus et cetera de sanctis, et agitur de eis cum una collecta, hac scil. *Infirmitatem nostram respice omnipotens Deus*. Ad missam autem dicuntur due collecte divisim sub una conclusione et sub uno *Per omnia secula seculorum*. Nota quod si festum sanctorum Fabiani et Sebastiani, vel sancte Agnetis, vel sancti Vincentii, vel sancti Juliani, vel sancte Agathe, vel Cathedre sancti Petri acciderit sabbato ante LXX^am^, vel ipso die LXXe, eodem modo faciendum est sicut prediximus de Conversione sancti Pauli[2], hoc excepto quod de predictis festis nichil agetur ad secundas vesperas, si eo sabbato acciderint.

DE APOSTOLIS. — De apostolis autem fiet, sicut prediximus, ipso die LXXe.

AGNETIS, VIRGINIS, ET VINCENTII, MARTIRIS.

Similiter de beatis Agnete et Vincentio agitur cum V candelabris ad vesperas et IX lectiones. Que autem leguntur et cantantur de eis ad matutinas et ad missam et ad vesperas, in suis locis manifeste reperiuntur. Nota quod in quacumque die evenerit festum sancti Vincentii, preterquam in sabbato, pulsatis insimul campanis, post vesperas fit vigilia pro anniversario archiepisco-

a. *Le vrai titre de cet alinéa est :* DE OCTAVIS SANCTI REMIGII.

1. *Dans le ms. 328, f° 67, on lit au bas de la page ces lignes ajoutées à la rédaction primitive :* Anthonii confessoris, IX lectiones, V cerei : quere legenda[m] propria[m] in libro B et in principio libri. — 2. *Voir fol. 11 v° (p. 112).*

porum nostrorum Renaldi [1] et Adalberonis [2], et decurritur usque ad matutinas laudes, et tunc, adjuncto *Kirie* cum precibus et orationibus consuetis, finiuntur matutine pro [v°] defunctis. Sequenti vero nocte, finitis matutinis de die et omissis matutinis de beata Maria, factaque commemoracione de beata Maria de hac ant. *In prole mater*, cum collecta *Deus qui salutis eterne* vel alia, scilicet quam tempus requirit, et de omnibus sanctis et de pace cum antiphonis et orationibus consuetis, iterum pulsantur campane insimul et exsolvuntur matutine laudes mortuorum. Simili modo fit in aliis anniversariis archiepiscoporum nostrorum, quorum corpora infra ecclesiam nostram sepulta sunt. Si autem sabbato evenerit festum sancti Vincentii, differtur servitium anniversarii usque in crastinum post vesperas, propter diem dominicum. In die hujus anniversarii pascuntur XII pauperes clerici in refectorio.

EMERENTIANE, VIRGINIS, ET MACHARII, MARTIRIS.

In crastino sancti Vincentii agitur de sanctis Emerentiana virgine et Machario martire. Ad matutinas, invitatorium *Regem martirum* ℟ *Absterget Deus* cum aliis duobus. In laudibus ant. *Sancti omnes*, etc.

DE CONVERSIONE SANCTI PAULI.

In Conversione sancti Pauli, V candelabra [3] ante majus altare disponuntur. Ad vesperas hymnus *Exultet celum* ; ant. ad Magnificat *In regeneratione* ; sed ad matutinas proprium ℟ canitur, et legitur sermo qui sic incipit *In lectione Actuum apostolorum fratres karissimi*, et reperitur in fine Omeliarii hyemalis ; et ewangelium pronunciatur, scil. *Respondens Symon Petrus dixit ad Jhesum Ecce nos reliquimus omnia*, et legitur ad missam. Post collectam de sancto Paulo fit commemoratio tantum de sancto Prejecto martire ; nec sequencia canitur. Ad vesperas ant. *Juravit*, etc. ; ad Magnificat ant. *Tradent enim vos*.

JULIANI, EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Sexto kalendas februarii agitur de beato Juliano, episcopo et confessore, cum IX lectionibus et V candelabris ante majus altare dispositis, de quo proprias lectiones et proprium ℟ habemus. Cetera per se satis nota sunt.

Si hoc festum acciderit sabbato precedente LXX[am] vel ipso die LXX[e], vel Purificatio beate Marie vel festum Cathedre sancti Petri, faciendum est sicut prediximus, ipso scilicet die LXX[e].

1. *Rainaud du Bellay (voir p. 73, n. 5).* — 2. *Adalbéron, archevêque de Reims en 969, mort le 24 janvier 988.* — 3. *Ms. 328, f° 68 :* Novem candelabra.

De sancta [43] Agnete secundo.

In crastino agitur de beata Agnete secundo, cum tribus lectionibus ; tria ℟ cantantur de communi responsorio virginum, et legitur vel de epistolis Pauli vel de Penthateco [1] Moysi, sicut in aliis feriis, scilicet si hoc festum sit in LXX^{a}. In matutinis laudibus antiphone super psalmos *Hec est virgo sapiens* et alie sequentes ; ant. ad Benedictus *Congaudete mecum*, que est v^{a} ant. in matutinis laudibus de proprio responsorio beate Agnetis.

Brigide, virginis.

Kalendas februarii agitur de sancta Brigida et cantatur ad matutinas de communi responsorio virginum. Ad missam collectamque et omnia alia in festo beate Lucie virginis.

Vigilia Purificationis.

Vigilia Purificationis beate Marie, ad vesperas, quando deducitur dominus archiepiscopus cum processione a palatio in ecclesiam, incipit cantor ant. *Virgo Dei genitrix*, sicut in crastino hanc ant. *Cum inducerent*. Ad vesperas itaque in vigilia Purificationis, succentor et cantor ebdomadarius tenent cantum in choro cum capis sericis, et canuntur hec ant. *Virgo verbo concepit*, *Virgo Dei genitrix*, *Caste parentis*, *Nesciens mater*, *Rubum quem viderat*, super psalmos *Letatus sum*, *Ad te levavi*, *Nisi Dominus edificaverit*, *Beati omnes*, *Domine non est exaltatum*. ℟ canitur *Gaude Maria*, et post *Gloria Patri* prosa *Inviolata integra* diligentissime cantatur, quam incipit cantor descendens in dextra parte chori, et stans ibi donec penitus finiatur : similiter fit ad matutinas ; post *Gloria Patri* de IX° ℟ resumitur ista prosa, et incipitur a cantore. Ad Magnificat ant. *Cum inducerent puerum*. Collecta *Erudi quesumus Domine plebem*. Ad completorium, ant. *Qui habitat* ; hymnus *Jhesu redemptor seculi*, etc. Dupliciter pulsatur et cantatur. Duo sacerdotes ad matutinas cantant invitatorium.

In die, ad primam, ps. *Confitemini Domino* canitur. Post primam, cantata missa ad Crucifixum, dom. archiepiscopus, si presens fuerit, vel alius presbiter, indutus capa serica et stola, ascendit pulpitum et benedicit cereos, aspergens eos aqua benedicta ; deinde presbiter capam sericam [v°] exuit, et capa sua linea indutus, processionem sequitur, nisi fuerit dies dominica : tunc enim post aquam benedictam et aspersam, capa serica indutus benedicit cereos ; quibus benedictis, capam sericam exuit et, alba et stola tantummodo indutus, sequitur processio-

1. *Lire* Pentateucho.

nem, sicut in aliis diebus dominicis. Postquam autem accensi fuerint cerei, statim cantor incipit *Lumen ad revelationem*, et decurso ps. *Nunc dimittis* cum predicta antiphona, egredientibus canonicis ad processionem, incipit cantor ant. *Ave Maria*, et procedentibus illis ordinate per claustrum, consequenter incipit aliam antiphonam, scil. *Adorna thalamum*; quam dum cantant, subsistunt modicum in solita parte claustri, et, eadem decursa usque ad locum illum *Quem accipiens Symeon*, iterum procedunt. In introitu ecclesie incipit cantor ℟ *Videte miraculum* et canitur circa chorum, deinde, si necesse fuerit, aliud ℟ *Gaude Maria*. Cum autem ventum fuerit in media navi ecclesie, cantor incipit ℟ *Responsum accepit* ; ℣, scil. *Hodie beata virgo*, cantant adolescentes altissonis vocibus super pulpitum. In introitu (ecclesie) chori, dicta repeticione antiphone [1], cantatur ant. *Cum inducerent* a cantore.

Ad missam, si dom. archiepiscopus presens fuerit, VII dyaconi et VII subdiaconi procedunt ; si vero non fuerit presens, tres dyaconi et tres subdiaconi tantum. Sequentia canitur *Eya simul* vel *Hac clara die*. *Credo in unum* dicitur, et prefacio *Quia per incarnati*.

Ad vesperas, psalmi subscripti cum antiphonis de matutinis laudibus repetuntur. Post vesperas fit memoria de sancto Basilio [2] de consuetudine. Ad completorium in die, finito capitulo post hymnum et finito ℣ *Custodi nos Domine*, cantor incipit alta voce ant. *Responsum accepit Symeon* ; qua sollempniter cantata usque ad locum illum *Nunc dimittis Domine*, incipitur idem psalmus, scil. *Nunc dimittis servum tuum Domine*, et cantatur in quarto tono propter hanc ant. *Evigila super nos*, que est quarti toni, et statim post psalmum illum repetitur ant. predicta, scil. *Evigila*.

Si vero hec festivitas beate Marie in LX^{a} vel in L^{a} acciderit, ipso die [44] de festivitate presenti agitur. Evangelium de festo legitur et cetera de dominica penitus reticentur. Die autem competenti infra ebdomadam, legitur ewangelium de dominica et cantatur de dominica.

De sancto Basilio [2].

In crastino Purificationis aguntur IX lectiones de sancto Basilio martire [3]. Passio ipsius legitur. ℟ et antiphone de communi cantantur. Officium misse sicut de beato Vincentio, sed *Alleluia*

1. *Ce mot doit être remplacé par* responsi. — 2. *Il faut lire* Blasio, *le 3 Février étant la fête, non de saint Basile, mais de saint Blaise.* — 3. *Ms. 328, f° 69 v° :* Cum quinque candelabris.

est *Beatus vir qui suffert* propter IX lectiones, vel tractus *Desiderium ;* in festis autem trium lectionum *Beatus vir qui timet.*

AGATHE, VIRGINIS.

De beata Agatha agitur cum V candelabris et IX lectionibus de passione ipsius. Que canuntur et leguntur de ipsa (sicut) manifesta habentur.

HELENE, REGINE.

Septimo idus februarii, de sancta Helena agitur cum tribus lectionibus. Ad vesperas hymnus *Preclaris Helene.* Ad Magnificat *Simile est regnum celorum sagene.* Ad matutinas, invitatorium *Regem continentium.* ℟ *Diffusa est gratia* et alia duo sequencia. In matutinis laudibus hee antiphone super psalmos dicuntur *Domine Deus meus exaltasti* et cetere per ordinem. Ad Benedictus ant. *Simile est regnum celorum.*

SANCTORUM ZODICI [1], JACINCTI, HERENEI, MARTIRUM, ET SOTHERIS, VIRGINIS.

Quarto idus februarii, agitur [2] sanctorum Zodici, Jacincti, Hyrenei et sancte Sotheris. Ad vesperas, hymnus *Rex gloriose martirum,* et tunc agitur de illis simul cum una collecta. In crastino autem ad missam due collecte dicuntur de illis divisim sub una conclusione, id est sub uno *Per omnia secula seculorum.*

VALENTINI, VITALIS, FELICULE ET ZEZONIS [3].

Sexto decimo kalendas februarii [4], agitur eodem modo de sanctis martiribus Valentino, Vitale, Felicula et Zenone, scilicet ad vesperas sub una collecta, ad missam duabus simul conclusis sub uno *Per omnia secula seculorum.*

JULIANE, VIRGINIS.

De sancta Juliana agitur XIIII° kalendas marcii.

DE CATHEDRA SANCTI PETRI.

Festivitas Cathedre sancti Petri cum V cereis agitur. Ad vesperas, hymnus *Exultet celum.* Ant. ad Magnificat *Tu es pastor.* Ad matutinas, invitatorium *Regem apostolorum.* Super (psalmos) nocturnos ant. *In plateis* et alie sequentes. Sermo legitur *Gaudeo dilectissimi,* et non pronunciatur evangelium. ℟ canitur *Symon Petrus ;* duo ℟, [V°] scil. VII^{um} et nonum sumuntur de festo sancti Petri quod est in augusto, scilicet *Solve jubente* et *Qui regni claves. Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis* dicuntur. Hoc idem dicimus de omni festivitate IX lec-

1. *Lire* ZOTICI. — 2. *Sous-entendre* festum. — 3. *Lire* ZENONIS. — 4. *Par erreur pour* martii.

tionum que infra XL^{am} acciderit, ut scilicet in ea dicantur *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis*, et hoc secundum usum Romane Ecclesie. Ad matutinas laudes antiphone *Tu es Petrus* et alie sequentes ; ant. ad Benedictus *Quodcumque ligaveris*. In introitu misse *Michi autem ;* puer cantat gradale, scil. *Constitues eos ;* duo subdiaconi tractum *Tu es Petrus ;* epistola *Petrus apostolus Jhesu Xpisti electis advenis ;* evangelium *Venit Jhesus in partes Cesaree Philippi ; Credo in unum* dicitur et prefacio *Te Domine suppliciter exorare ;* offertorium *In omnem terram ;* postcommunio *Vos qui secuti estis me*. Ad vesperas in die, ant. super ps. de apostolis *Juravit Dominus* et alie sequentes ; ant. ad Magnificat *Considera oves tuas*.

Et nota quod in omni festivitate IX lectionum que infra XL^{am} acciderit, ad utrasque vesperas et ad matutinas, post orationem de sancto subinfertur ant. de XL^{a} cum collecta. In hoc festo pulsatur in turre ad completorium et ad primam, quod non fit in aliquo alio festo quinque candelabrorum, preterquam in festo sancti Mathie apostoli.

MATHIE, APOSTOLI.

Sexto kalendas marcii agitur festum sancti Mathie apostoli, cum V cereis [1] et IX lectionibus. Ad vesperas, hymnus *Exultet celum ;* ad Magnificat *Tradent enim vos*. Ad matutinas, invitatorium *Regem apostolorum ;* sex lectiones dicuntur de hac omilia *Hec mando vobis ;* evangelium pronunciatur *Hoc est preceptum meum*, cujus omilia est *Cum cuncta sacra eloquia ;* ℟ *Ecce ego mitto vos ;* antiphone tantum tercii nocturni de responsorio ewangelistarum sumuntur, que sunt hee *Electi sunt in Xpisto, Sapientia, Placentes Deo. Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis* non debent premitti [2]. Ad missam puer cantat gradale ; duo subdiaconi tractum. Ad vesperas in die, antiphone super psalmos de apostolis *Juravit Dominus*, etc.

In hoc die solet accidere bissextus, non singulis annis, sed in quarto anno tantum, et dicitur bissextus, quia bis idem dies per duos dies in capitulo pronunciatur [45] *Sexto kalendas marcii*. Quotiens autem acciderit bissextus, posteriore die celebrantur festa Mathie. Si tamen ille dies posterior fuerit dies dominica, celebratur festum istud priore die, scilicet sabbato precedente, ne servicium hujus festivitatis impediat servitium dominice.

MACRE, VIRGINIS.

Sexto (kalendas) nonas marcii agitur festum sancte Macre

1. *Mss. 327 (f° 48 v°) et 328 (f° 70 v°) :* cum novem cereis. — 2. *Lire* pretermitti.

virginis, cum IX lectionibus et V cereis. Ad vesperas, hymnus *Virginis proles*; ℣ *Specie tua*; ant. ad Magnificat *Inclita sancte virginis*, que est in festo sancte Katherine virginis. Cetera tam ad matutinas quam ad horas require in communi virginum, excepto quod in tercio nocturno dicuntur tria ℟, scil. *Vidisti Domine*, ℟ *Beata Machra ingressa*, ℟ *Gaudeamus*; et ad Benedictus ant. *Medicinam carnalem*. Ad. II[as] vesperas, ad Magnificat ant. *Qui me dignatus est*. Hec omnia require de sancta Agatha, nomine mutato.

PERPETUE ET FELICITATIS.

Nonas marcii festum occurrit Perpetue et Felicitatis, de quibus fit commemoracio in missa tantum, nisi extra XL[am] acciderit; tunc enim agitur festum cum tribus lectionibus.

DE SANCTIS GREGORIO ET BENEDICTO.

Festivitas sancti Gregorii et sancti Benedicti aguntur cum V cereis et IX lectionibus. Utraque festivitas habet propriam legendam, sed commune habent responsorium *Euge serve bone* [1].

Si festum beati Benedicti vel Marie Egyptiace in Ramis palmarum seu in qualibet die ipsius ebdomade evenerit, in sabbatum precedens celebratur. Si vero festum sancte Marie Egyptiace in die Pasche vel in qualibet die octavarum Pasche acciderit, in crastino *Quasi modo* celebratur.

BENEDICTI, ABBATIS.

In festo tamen sancti Benedicti, secundum et tercium ℟ sumuntur de responsorio martiris, scil. *Justus germinabit*, *Iste cognovit justiciam*. *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelcis* in utraque dicuntur festivitate. Puer in pulpito cantat gradale, et duo subdiaconi tractum.

DE ANNUNCIACIONE DOMINICA.

In Annunciatione beate Marie, IX candelabra coram altari disponuntur. Cortine in circuitu chori levantur, quod non fit in alio festo sanctorum in XL[a], nisi tantum in diebus dominicis et in festo beate Marie Egyptiace. Ad vesperas, super psalmos de feria antiphone de feria eadem expenduntur; [v°] capitulum *Egredietur virga*; ℟ cantant duo dyaconi *Ecce dies veniunt*;

1. *Dans les mss. 327 (f° 49) et 328 (f° 71) on lit :* Festivitas sancti Gregorii agitur cum novem cereis, dupliciter pulsatur et habet propriam legendam, sed commune responsorium, scil. *Euge serve bone*. Duo subdiaconi cantant gradale, duo diaconi tractum.
Festivitas sancti Benedicti agitur cum quinque cereis et novem lectionibus, et habet propriam legendam, sed commune habet responsorium, scil. *Euge serve bone*.

hymnus *Ave maris stella;* ant. ad Magnificat *Ingressus angelus.* Ad completorium, ant. *Miserere ;* hymnus *Xpiste qui lux es et dies.* Ad matutinas, duo diaconi cantant invitatorium ; ℟ a binis cantantur ; sermo legitur qui reperitur in fine Omeliarii dominicarum hyemalium, scil. *Descendens angelus;* evangelium pronunciatur *Missus est angelus; Te Deum laudamus* dicitur. Ad I^{am}, ps. *Confitemini* canitur, et post primam statim xxv psalmi cum letania et precibus consuetis. Ad primam missam que est de festivitate, procedunt v diaconi et v subdiaconi, si dom. archiepiscopus presens fuerit; duo de subdiaconis procedentibus cantant gradale, duo dyaconi et duo subdiaconi tractum ; *Gloria in excelsis* et *Credo in unum* dicuntur et prefacio *Quia per incarnati Verbi.* Ad horas diei, capitula et ℟ de Adventu Domini expenduntur, scil. : ad terciam *Veni ad liberandum nos,* ℣ *Ex Syon species;* ad VI^{am} *Ostende nobis,* ℣ *Egredietur Dominus de loco sancto suo;* ad IX^{am} *Super te Jherusalem,* ℣ *Egredietur virga.* Ad vesperas in die, ant. de matutinis laudibus super psalmos de feria replicantur, et, sicut jam diximus de aliis festivitatibus, ad utrasque vesperas et ad matutinas post orationem de sancto [1] subjungitur ant. de XL^{a} cum collecta.

Si hec festivitas Annunciationis beate Marie infra xv dies dominice Passionis evenerit, ad matutinas super singula ℟ *Gloria Patri* more solito dicitur, et ad horas diei similiter, et ℟ nunquam repetuntur. Hoc idem dicimus de festo beati Benedicti.

Item si hec eadem festivitas in Ramis palmarum contingat, transfertur ad precedens sabbatum et illic agitur ; in quo sabbato ad vesperas IX candelabra ante altare disponuntur, non propter hanc festivitatem que tunc jam preterita est, sed propter diem dominicam sequentem, de qua totum agitur ad vesperas et nichil de Annunciatione. Et si festivitas ista quarta feria majoris ebdomade acciderit, a vespera quidem usque ad vesperam totum agitur de Annunciatione, videl. vespere, matutine, prima, tercia, post terciam missa sollempnis, post missam VI^{a}, IX^{a} de festo canuntur ; post IX^{am} autem missa de XL^{a} celebratur. [46] Ad vesperas, VII tantum candelabra coram altari statuuntur, quia sequenti diei competit et vespere de feria solummodo dicuntur. In hac autem die, scilicet quarta feria majoris ebdomade, si Annunciatio beate Marie acciderit, processio fit ad Sanctum Remigium tercia feria precedente, et tunc in II^{a} feria L psalmi persolvuntur. Amplius si Annunciatio beate Marie V^{a}

1. *Il faut lire de préférence* festo.

vel VI[a] vel VII[a] feria majoris ebdomade contigerit, in terciam feriam ejusdem septimane retrofertur, et ibi agitur et feriatur a populo. Si autem in Paschali septimana acciderit, in terciam feriam majoris ebdomade retrofertur, et ibi agitur et a populo feriatur.

Marie Egyptiace.

De beata Maria Egyptiaca [1], ad vesperas ant. de feria dicuntur ; hymnus *Hujus obtentu* ; ℣ *Specie tua* ; ad Magnificat ant. *Simile est regnum celorum sagene misse in mari*. Ad matutinas, invitatorium *Regem electarum*. In I° nocturno, ant. *Hec est electa sapiens*, ps. *Domine Dominus noster* ; alia ant. *Hec est electa sapiens*, ps. *Celi enarrant* ; alia ant. *Veni electa Xpisti*, ps. *Domini est terra* ; ℣ *Specie tua* ; ℟ primum *Diffusa est gratia*, secundum *Propter veritatem*, tercium (*Propter veritatem*) *Dilexisti justiciam*. In II° nocturno, ant. *Specie tua*, ps. *Eructavit eam* [2] ; secunda *Adjuvabit eam*, ps. *Deus noster* ; tercia *Dignare me*, ps. *Fundamenta* ; ℣ *Adjuvabit eam* ; ℟ *Regnum mundi*, *Veni electa mea*, *Beata es Maria que piarum* etc. In III° nocturno, ant. *Tota pulchra es*, ps. *Cantate* I ; alia ant. *Sicut lilium*, ps. *Dominus regnavit* I ; alia ant. *Hec electa sancta*, ps. *Cantate* II ; ℣ *Elegit eam Deus* ; ℟ *Induit me Dominus pulcra facie*, *Gaudeamus*. In laudibus, ant. *Domine Deus meus* cum ceteris de continentibus hic dicuntur, et ibi invenies ; ad Benedictus ant. *O Xpisti electa*. Ad II[as] vesperas, ant. de laudibus non repetuntur ; hymnus et ℣ et capit. ut supra, in ewangelio *Simile est regnum celorum homini negotiatori*. Introitus misse *Gaudeamus omnes* ; epistola *Mulierem fortem* ; ℟ *Propter veritatem* vel tractus *Qui seminant* ; offertorium *Diffusa est gracia* ; communio *Simile est regnum celorum*.

Si vero istud festum tempore paschali [3], invitatorium et antiphone de nocturnis in festo sanctorum Philippi et Jacobi requiruntur ; ℟ et ℣ ut supra, sed tamen alleluiantur. Ad [v°] laudes, ant. *Alleluia* de hac antiphona *Tristicia* ; ad Benedictus ant. *O Xpisti electa*, que in fine alleluiatur, et reperitur in festo sancti Martini hyemali supra Benedictus, mutato nomine. Ad missam *Gaudeamus* est introitus ; duo *Alleluia* cantantur, primum *Diffusa*, secundum *Surrexit Dominus et occurr*...... Ad horas diei dicuntur *Alleluia* de cotidianis ant. ; ℟ et ℣ de communi virginum, que etiam alleluiantur. Ad utrasque vesperas,

1. *Ms. 328, f° 72 v°* : cum novem cereis agitur. — 2. *Lire* cor meum. — 3. *Sous-entendu* acciderit.

ps. de feria dicuntur et unica ant. super psalmos, scil. *Alleluia* de ant. primi psalmi [1].

Sancti Ambrosii, episcopi et confessoris.

Nonis aprilis agitur festum sancti Ambrosii episcopi, cum tribus lectionibus [2].

Leonis, pape et confessoris.

Tercio idus aprilis agitur de sancto Leone, papa et confessore. Ad vesperas, hymnus *Iste confessor ;* ad Magnificat ant. *Amavit eum* sive *Justum deduxit*, sive alia de confessoribus. Ad matutinas, si hoc festum post octavas Pasche acciderit, invitatorium est *Alleluia alleluia alleluia ;* ℟ *Beatus vir qui*, *Letabitur justus*, *Juravit*. Si autem in die dominica acciderit hoc festum, eadem tria ℟ cantantur ultima. Ad matutinas laudes, super psalmos *Alleluia* de hac antiphona *Tristicia implevit ;* ℣ et ant. ad Benedictus et prima collecta dicuntur de confessore, sequenti loco de ewangelio, deinde subinfertur ant. de resurrectione cum collecta.

Eufemie, virginis.

De sancta Eufemia nichil omnino agitur, preter commemoracionem in missa. Hoc idem dicimus de sanctis Bova et Doda, et de qualibet sancta cujus festum acciderit in paschali tempore usque octavas Penthecostes.

1. *Dans le ms. 328, f° 73, on lit à cet endroit :* Nota : In omni vigilia qua jejunatur, canitur meridies ante missam. Nota : In omni festo quo cantatur dupliciter, fit processio in circuitu chori, et in pulpito canitur ℟, si fuerit dominica dies. — 2. *Dans les mss. 327 (f° 50) et 328 (f° 73) cette rubrique est ainsi développée :* Agitur festum sancti Ambrosii cum novem lectionibus et novem cereis ; dupliciter pulsatur. Ad vesperas, ps. et ant. de feria ; capit. *Magnificavit :* hymnus *Iste confessor ;* versus *Ecce sacerdos ;* ad Magnificat ant. *Iste est qui ante ;* collecta sicut de beato Juliano Cenomanensi, scil. *Deus qui ecclesie tue*. Invitatorium *Alleluia alleluia ;* in primo nocturno super ps. quatuor *Alleluia* de hac ant. *Ego sum via ;* ps. unius confessoris ; versus primus *Voce mea ;* propria legenda habetur ; ℟ primum *Beatus vir*, secundum *Ecce sacerdos*, tercium *Juravit*. In secundo nocturno, IX *Alleluia* de hac ant. *Tristicia ;* ℣ *Amavit eum ;* ℟ quartum *Letabitur*, quintum *Iste est*, sextum *Iste homo ab adolescentia*. In tercio nocturno, quinque *Alleluia* de hac ant. *Non sunt loquele ;* ℣ *Justum deduxit ;* ℟ septimum *De ore prudentis*, octavum *Iste homo perfecit*, nonum *Sancte Ambrosi X:isti presul ; Te Deum*. Ant. ad laudes IX *Alleluia* de ant. *Si manseritis ;* ant. ad Benedictus *O quam venerandus es ;* collecta ut supra. Ad horas *Alleluia* de cotidianis antiphonis ; ℟ unius confessoris et versus alleluiantur. Ad missam sicut de beato Nycolao, sed duo *Alleluia* dicuntur, primum *Justus germinabit*, secundum *Juravit ;* collecta ut supra. Ad secundas vesperas, *Alleluia* et ps., capit., hymnus et versus ut supra ; ant. ad Magnificat *Confessor Domini Ambrosi ;* collecta ut supra ; ℟ et antiphone, versiculi predicti alleluiantur : et hoc modo, si tempore Paschali ; si vero in Quadragesima acciderit, totum fit de uno confessore episcopo, excepto nono ℟, loco cujus dicitur *Sancte Ambrosi*, et loco *Alleluia* dicitur tractus *Beatus vir*.

TYBURCII ET VALERIANI ET MAXIMI, MARTIRUM.

De sanctis Tyburcio, Valeriano et Maximo hoc modo agitur [1] : Ad vesperas, hymnus *Rex gloriose martirum*; ad Magnificat ant. *Lux perpetua*. Ad matutinas, ℟ *Tristicia*, *Preciosa*, *Lux perpetua*. Ad matutinas laudes, super ps. *Alleluia* de hac ant. *Tristicia* ; ant. ad Benedictus *Sancti tui Domine*. Si autem dominica die acciderit hec festivitas, eadem tria ℟ canuntur ultima, etc., sicut de sancto Leone.

SANCTI GEORGII, MARTIRIS [2].

De sancto Georgio agitur [3] modo : Ad vesperas, hymnus *Martir Dei* ; [47] ant. ad Magnificat *Filie Jherusalem*. ℟ ad matutinas *Beatus vir*, *Letabitur* et *Filie Jherusalem*. Ad matutinas laudes, *Alleluia* de hac ant. *Tristicia implevit* ; ant. ad Benedictus *Hic est vir qui non est derelictus*. Si autem die dominica acciderit, etc., sicut de aliis proxime diximus.

SANCTARUM DODE ET BOVE.

Octavo kalendas maii agitur festum sanctarum Dode et Bove, de quibus fit tantum commemoracio in missa, sicut proxime diximus in festo sancte Eufemie virginis.

SANCTI MARCI, EVANGELISTE.

Septimo kalendas maii agitur festum beati Marci ewangeliste, cum IX lectionibus et V cereis [4]. Ad vesperas, hymnus *Exultet celum* ; ℣ *In omnem terram* ; ant. ad Magnificat *Ecce ego Johannes*. In I° et II° et III° nocturno, *Alleluia* tria super psalmos qui cantantur in festo apostolorum Philippi et Jacobi ; similiter et ℣ ; passio ipsius legitur ; in I° nocturno ℟ *Beatus vir*, *Letabitur*, *Filie Jherusalem* ; in II° nocturno ℟ *Virtute*, *Isti sunt agni*, *De ore prudentis* ; in III° nocturno ℟ *Candidi facti sunt*, *Ego sum vitis*, *In medio ecclesie*. Ipso die, ad missam introitus *Ego autem sicut oliva* ; epistola *Qui timet Deum faciet bona* ; primum *Alleluia*, *Beatus vir qui suffert*, secundum *In omnem terram* ; evangelium *Ego sum vitis vera* ; offertorium *Confitebuntur* ; communio *Ego sum vitis*. Ad secundas vesperas, ant. ad Magnificat *In medio et in circuitu*.

SANCTI VITALIS, MARTIRIS.

De beato Vitali martire agitur in hunc modum, sicut de beato Georgio.

1. *Ms. 328, f° 74 :* cum tribus lectionibus. — 2. *Ms. 328, f° 74, note marginale :* Pulsatur et cantatur dupliciter. Ad vesperas, ant. *Alleluia* ; ps. feriales ; ℟ *Exurgat...* ut in libro. — 3. *Le mot* hoc *est effacé.* — 4. *Mss. 327 (f° 50 v°) et 328 (f° 74) :* et novem cereis ; dupliciter pulsatur.

PHILIPPI ET JACOBI, APOSTOLORUM.

Kalendas maii agitur festum de sanctis Philippo et Jacobo[1]. Ad primas vesperas cantantur psalmi de feria, cum *Alleluia* de antiphona ejusdem diei ; hymnus *Exultet celum ;* ℣ *Gavisi sunt discipuli ;* ant. ad Magnificat *Si cognovissetis me*. Cetera que ad matutinas cantantur, plane reperiuntur in Antiphonario ; diaconus cantat invitatorium ; evangelium pronuntiatur *Non turbetur cor vestrum*, quod reperitur in Omeliario dominicali ante Rogationes. Ad missam canitur primum *Alleluia* a duobus subdiaconis, et a duobus diaconis secundum *Alleluia*, et ad missam sunt procedentes tres dyaconi et tres subdiaconi ; sequencia canitur *Clare sanctorum*. Ad vesperas, ipso die, [v°] super psalmos canitur *Alleluia* de hac ant. *Dixit Dominus*, cum psalmis de apostolo.

Sciendum autem quod si hec festivitas apostolorum Philippi et Jacobi evenerit in aliqua feria Rogationum, mane pulsatur ad primam, et post primam ad terciam ; post terciam missa de apostolis canitur ad majus altare, et postea, cantata VI^a^, canonici processionem faciant cum crucibus, etc. Idem dicimus de Inventione sancte Crucis, si occurrerit in aliqua feria Rogationum ; ad altare Sancte Crucis missa sollempniter celebratur antequam ad cruces procedatur.

DE INVENCIONE SANCTE CRUCIS.

In Inventione sancte Crucis, ad vesperas super psalmos ferie cantatur *Alleluia* de antiphona ejusdem ferie ; hymnus *Signum crucis mirabile ;* ℣ *Surrexit Dominus de sepulcro ;* ant. ad Magnificat *O crux benedicta ;* post collectam de Cruce non subjungitur de Resurrectione. Hore de beata Maria et tunc et tota die subticentur sequente, quia disponuntur ante majus altare IX candelabra. Ad matutinas dyaconus cantat invitatorium. In I° nocturno cantantur psalmi de martiribus *Beatus vir*, *Quare fremuerunt*, *Cum invocarem*, cum *Alleluia* de hac ant. *Tristicia ;* ℣ *Letamini in Domino ;* tria prima ℟ *Tristicia*, *Preciosa*, *Lux perpetua ;* omnes autem lectiones et cetera ℟, que omnia debent alleluiari, et psalmi et antiphone et ℣, qui etiam debent alleluiari, sunt de Cruce, sicut in Antiphonario plane reperitur. In matutinis laudibus, post collectam de Cruce subinfertur ant. de martiribus, scilicet ALEXANDRO, EVENTIO et THEODOLO[2], scil. *Lux perpetua* cum collecta, et nichil amplius. Ad horas diei replicantur antiphone de matutinis laudibus, et ad vesperas similiter. Ad mis-

1. *Mss. 327 (f° 51) et 328 (f° 74 v°) :* cum novem cereis ; dupliciter pulsatur. — 2. *Lire* THEODULO.

sam induuntur canonici capis sollempnibus ; *Alleluia* ultima cantatur *Dulce lignum ;* post collectam de Cruce fit commemoracio de predictis martiribus ; sequentia canitur *Laudes crucis ; Credo in unum* dicitur, et prefacio de Cruce, scil. *Qui salutem generis humani.*

Si hec festivitas dominica die acciderit, ad matutinas totum de Cruce agitur, exceptis tribus primis ℟ de martiribus et tribus psalmis, sicut prediximus, et excepto ewangelio dominice quod in fine pronunciatur, et in matutinis laudibus post collectam de Cruce [48] subjungitur ant. de martiribus cum collecta, postea ant. de evangelio dominice cum collecta. Si hoc festum acciderit in die Ascensionis, quod aliquando fit, differtur usque in crastinum, et tunc post vesperas de Ascensione canitur ant. de Cruce cum collecta.

De sancto Johanne ante portam latinam.

In festivitate sancti Johannis ante portam latinam, que agitur cum IX lectionibus et V cereis, simili modo cantatur quod ordinatum est in festo sancti Marci ewangeliste, excepto quod ad Benedictus dicetur hec ant. *In ferventis,* et in secundis vesperis ad Magnificat cantabitur hec ant. *In medio ecclesie;* in primis dicetur hec ant. *Ecce ego Johannes,* et in utroque festo *Credo in unum* et prefatio dicitur.

De sanctis martiribus Gordiano et Epimacho.

Sexto ydus maii agitur de martiribus Gordiano et Epimaco, eodem modo quo diximus de beatis Tyburcio, Valeriano et Maximo, etiam si festum eorum occurrerit infra octavas Ascensionis.

Nerei, Achillei et Pancracii, martirum.

Hoc idem dicimus de martiribus Nerei, Achillei et Pancracii [1], martiribus, quorum festivitas occurrit quarto idus maii.

Octavo kalendas junii Urbani, pape et martiris, festum agitur cum tribus lectionibus.

Kalendas junii Nichomedis, martiris, cum tribus lectionibus.

Quarto nonas junii agitur de sanctis martiribus Marcellino et Petro. Hymnus *Rex gloriose martirum ;* ℣ *Letamini ;* ant. ad Magnificat *Apparuit.* Ad laudes matutinas proprie antiphone *Petrus exorcista* et alie que sequuntur, et habentur proprie lectiones de eis.

Nonas junii agitur festum Bonefacii [2], martiris, cum tribus lectionibus.

1. *Lire* Nereo, Achilleo et Pancratio. — 2. *Lire* Bonifacii.

MEDARDI ET GILDARDI, MARTIRIBUS [1].

Sexto idus junii Medardi et Gildardi (martirum) confessorum. Hymnus *Rex gloriose (martirum)* [2] *presulum*; ant. ad Magnificat *Sint lumbi* vel *Fulgebunt justi* ; ℟ tria ad matutinas *In circuitu*, etc. ; ant. super Benedicite *Sacerdotes Dei*, si hoc festum extra octavas Trinitatis acciderit; aliter vero non, quia solum *Alleluia* sufficit in matutinis laudibus.

In crastino, PRIMI et FELICIANI, martirum.

BARNABE, APOSTOLI.

Tercio idus junii, de sancto Barnaba apostolo, IX lectiones aguntur, V cerei [3] [v°] ante majus altare statuuntur. Sermo legitur *Hec mando vobis*. Cantatur ant. de communi apostolorum. Ad missam puer cantat gradale, subdiaconi *Alleluia*; sequentia non canitur; *Credo in unum* et prefacio apostolorum dicuntur. Ad vesperas, sicut de apostolo fit.

BASILIDIS, CIRINI, NABORIS ET NAZARII, MARTIRUM.

In crastino autem, Basilidis, Cirini, Naboris et Nazarii, martirum [4].

RIGOBERTI.

Octavo decimo kalendas julii agitur de translatione sancti Rigoberti. IX cerei ante majus altare disponuntur. Antiphone et ℟ unius confessoris cantantur, nonum tamen ℟ est *Sancte Rigoberte*; et propria legenda habetur de ipso. Hore de beata Maria pretermittuntur. Grosse campane pulsantur in turre, et non dupliciter pulsatur vel cantatur. Sequencia in die ad missam *Gloriosa dies* vel *Nostram musicam*. Canonici capis sericis induuntur. Et si forte infra octavas Trinitatis festum istum [5] evenerit, ad primas vesperas super psalmos canitur una ant. de Trinitate; ad matutinas super singulos nocturnos et ad laudes unice antiphone unius confessoris cantantur; et tunc ad horas ℟ et non versiculi alleluiantur. Si autem acciderit ipso die Trinitatis hoc festum, sequenti die restauratur; post vesperas autem secundas de Trinitate sequitur antiphona de sancto Rigoberto; ad matutinas autem et in die agitur sicut predictum.

Septimo decimo kalendas julii, VITI, martiris.

Quarto decimo kalendas julii, MARCI et MARCELLIANI, martiris [6].

1. *Lire* martirum. *Ce titre de martyr, attribué à saint Médard et à saint Gildard et reproduit à la ligne suivante, y a été corrigé et remplacé par celui de* confessorum : *ces deux saints n'ont pas été martyrs.* — 2. *Mot supprimé et remplacé par* presulum. — 3. *Mss. 327 (f° 52 v°) et 328 (f° 76) :* dupliciter pulsatur; novem cerei... — 4. *Ms. 328 (f° 76 v°) :* cum tribus lectionibus. — 5. *Lire* istud. — 6. *Lire* martirum.

[DE SANCTIS] GERVASIO ET PROTHASIO.

In crastino aguntur IX lectiones de beatis martiribus Gervasio et Prothasio, cum quinque candelabris. Puer cantat gradale ad missam, subdiaconus *Alleluia*. Propria legenda de ipsis habetur. ℟ *Absterget*. Ad laudes, ant. *Fulgebunt justi* et sequentes, si hoc festum non acciderit in octavis alicujus sancti, (i) scilicet Trinitatis [1], quia tunc sufficit unica ; ant. ad Benedictus *Sancti tui Domine*. Ad vesperas, hymnus *Sanctorum meritis*.

VIGILIA SANCTI JOHANNIS BAPTISTE. — Tenentur esse rasi.

Vigilia sancti Johannis Baptiste, ad matutinas, ewangelium proprium de vigilia [49] pronunciatur et propria collecta de vigilia dicitur cum ℣ ante collectam, scilicet *Fuit homo missus a Deo*, nisi forte die dominica acciderit hec vigilia; nam si hoc accideret, nec ad matutinas pronunciaretur ewangelium de vigilia sancti Johannis, nec ad missam cantaretur officium de vigilia, sed totum ageretur de die dominica. Nota : si infra octavas Trinitatis acciderit hec vigilia, ad Benedictus ant. erit de octavis et oratio de vigilia ; hoc idem dicimus de vigilia apostolorum Petri et Pauli, si in die dominica acciderit.

In festo beati Johannis, IX candelabra coram altari disponuntur, dupliciter pulsatur et a binis cantatur. Ad primas vesperas, ℟ *(Missus est) Gabriel angelus*, et cantatur a duobus diaconis ; hymnus *Ut queant laxis* ; ℣ *Fuit homo missus* ; ant. ad Magnificat *Ingresso Zacharia*. Hore de beata Maria pretermittuntur. Ad utrumque completorium, ant. *Qui habitat* ; hymnus *Jhesu redemptor seculi* ; ad Nunc dimittis *Evigila*. Ad Benedictus ant., scil. *Apertum est os*, que cantatur usque ad *dicens*, et post intonatur ipse psalmus. In die ad missam, canonici capis sericis utuntur ; sequencia *Gloriosa dies* ; *Credo in unum* non dicitur. Ipso die ad vesperas, super psalmos de feria cantantur ant. de matutinis laudibus.

Si die dominica occurrerit hec festivitas, nichilominus ewangelium de isto festo pronuntiatur ad matutinas ; evangelium autem de dominica sequenti die competenter pronuntiatur.

Festivitas ista habet octavas, que non sunt sollempnes. In hiis octavis ad matutinas, cotidianum invitatorium est *Regem precursoris Dominum venite adoremus*. Tria tantum candelabra ante majus altare ponuntur. *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis* non dicuntur, licet dyaconus et subdiaconus utantur tunica et dalmatica. Puer cantat gradale ad missam, et alius puer *Alleluia*. Ad Benedictus et ad Magnificat repetuntur antiphone que

1. *Ms. 327* : nisi hoc festum acciderit infra octavas Trinitatis.

dicuntur in die festivitatis super nocturnos, transactis tamen prima et quarta et septima, nam et ipse repetuntur dominica infra octavas ad matutinas. In hiis octavis ℟ non alleluiantur ad horas, preterquam ipso die festivitatis. In hiis octavis nunquam [v°] commemoracio fit de Cruce ; non dicitur ad completorium *Fidelium Deus*, nisi eo die celebrentur exequie presentis mortui vel anniversarium. Cantor vero incipit ant. ad Magnificat vel ad Benedictus. Infra octavas canitur hymnus *Ut queant laxis ;* ℣ finitur *Fuit homo missus* et ℟ canitur proprium ; sermones autem qui proprii habentur de festo, reperiuntur in Omeliario sanctorum et leguntur per octavas. Salbato [1] infra octavas ad vesperas dicitur ant. ad Magnificat *Ingresso Zacharia*. Die dominica ad matutinas canitur invitatorium *Venite adoremus*. De fine autem ewangelii, quod legitur in die festivitatis ejusdem, leguntur VI lectiones vel IX, si necesse fuerit ut ewangelium de dominica usque ad alteram dominicam differatur. Ant. ad Benedictus *Apertum est*, ad vesperas ad Magnificat *Ex utero*. [2]

De sancto Johanne et Paulo.

Sexto kalendas julii agitur de beatis martiribus Johanne et Paulo [3]. Ad Magnificat ant. *Astiterunt justi*. Proprie lectiones tres et propria ℟, et proprie antiphone ad matutinas laudes habentur de ipsis. Ad missam canitur ℟ *Ecce quam bonum*, sed ℣, scil. *Mandavit Dominus*, non dicitur, reservatur autem usque ad dominicam illam *Si iniquitates* [4].

De vigilia apostolorum Petri et Pauli.

Vigilia apostolorum Petri et Pauli agitur de sancto Leone, papa et confessore. Ad matutinas, ewangelium de vigilia pronuntiatur, scil. *Dixit Dominus Jhesus Symoni Petro Symon Johannis diligis me ;* sed ℟ ad matutinas canuntur de sancto Leone, nisi forte die dominica acciderit hec vigilia ; nam si hoc acciderit [5], nec ad matutinas pronunciaretur ewangelium de vigilia, nec cantaretur ad missam de vigilia, sed totum ageretur de dominica. Post collectam autem de sancto Leone subjungitur ant. de sancto Johanne cum collecta. Ad missam, post collectam

1. *Lire* Sabbato. — 2. *Ms. 328, f° 78 :* De beato Eligio. In crastino sancti Johannis aguntur novem lectiones cum novem cereis de beato Eligio. Ant., ps., ℣ et ℟ unius confessoris episcopi, excepto nono ℟ quod est *Sancte Eligi*, et propria legenda de ipso habetur. In quolibet nocturno et in laudibus sufficit unica ant. propter octavas. Hore de beata Maria pretermittuntur. Ad missam et ad horas, sicut unius confessoris pontificis. Ad IIas vesperas, ant. unica de octavis, scil. *Elizabet*, super psalmos de feria ; cetera sicut unius confessoris pontificis ; postea sequitur ant. cum collecta de octavis. — 3. *Ms. 328, f° 78 :* cum tribus lectionibus. — 4. *Le 22e dimanche après la Pentecôte.* — 5. *Lire* accideret.

de apostolis subjungitur collecta de sancto Leone, postea de octavis sancti Johannis. Ad vesperas, super psalmos de feria proprie ant. canuntur *Beatus Petrus*, *Intellexit*, *Tunc conversus*, *Considera*, *Hec sacra* ; ℟ canitur a duobus dyaconis, scil. *Cornelius* ; hymnus *Aurea luce* ; ℣ *Beatus es Symon Barjona* ; ad Magnificat ant. *Tu es pastor*, et oratio repetitur que dicta est ad missam. IX candelabra ante majus altare disponuntur. Hore de beata Maria subticentur. Ad completorium, ant. *Qui habitat* ; hymnus *Jhesu* [50] *redemptor* ; ad Nunc dimittis ant. *Evigila*. Dupliciter pulsatur et cantatur.

In die ad missam, de *Alleluia* hujus diei canitur solummodo primus ℣ *Tu es Petrus* ; infra octavas potest dici secundus ℣ ; sequentia *Clare sanctorum*. Capis sollempnibus induuntur canonici. Ad vesperas, super psalmos de apostolis canitur ant. *Juravit Dominus* cum aliis ant. sequentibus ; hymnus iterum *Aurea luce* ; ℣ *In omnem terram* ; ad Magnificat ant. *Gloriosi principes*, et sic cum una sola oratione vespere clauduntur.

Si die dominica hec festivitas acciderit, ad matutinas ewangelium de dominica pronunciatur et post, ad Benedictus, dicta oratione de festo, sequitur ant. de ewangelio cum collecta de dominica. Si vero alia die evenerit hec festivitas, ewangelium de festo pronunciatur ad matutinas.

De sancto Paulo.

Sequenti nocte ad matutinas totum agitur de sancto Paulo. V candelabra [1] ante majus altare disponuntur. Ewangelium ad matutinas pronuntiatur, scil. *Respondens Symon Petrus dixit ad Jhesum Ecce nos reliquimus omnia*, nisi fuerit dies dominica : tunc enim pronunciatur ewangelium de dominica, nisi oporteat illud parcere ; et per singulos nocturnos dicitur ant. unica sine versu ; et ad matutinas laudes, una sola ant. propter octavas : tota enim proprietas, et antiphone cum versibus integre dicuntur in Conversione sancti Pauli. Post Benedictus, dicta oratione de sancto Paulo, dicitur antiphona cum collecta de sancto Johanne ; postea dicitur hec ant. de sancto Petro *Beatus Petrus apostolus*, cum oratione *Deus qui apostolo tuo Petro*. Ad horas diei dicuntur proprie antiphone de beato Paulo. Ad missam similiter post orationem de sancto Paulo subjungitur oratio de octavis sancti Johannis, postea de sancto Petro ; puer cantat gradale, subdiaconus *Alleluia* ; sequencia non canitur. Ipso die ad vesperas, ps. de apostolis *Dixit Dominus* et alii cum hac sola ant. *Juravit*

1. *Mss. 327 (f° 54, addition) et 328 (f° 78 v°)* : dupliciter pulsatur ; novem candelabra.

Dominus; hymnus *Doctor egregie*, scil. dimidia pars de hoc hymno *Aurea luce*; ℣ *In omnem terram*; ad Magnificat ant. *In regeneratione*; post orationem de sancto Paulo dicitur hec ant. de sancto Theodorico *Justum deduxit* cum collecta, postea de octavis sancti Johannis, dicitur hec ant. *(Justum)* de sancto Theodorico *Justum deduxit* cum [v°] collecta, postea de sancto Petro hec ant. *Intellexit* cum collecta, et sic vespere finiuntur.

De sancto Theodorico.

Sequenti nocte totum agitur de sancto Theodorico. In unoquoque nocturno sufficit una sola antiphona propter octavas. Matutine laudes cum una sola ant., hac scil. *Justum deduxit*, cantantur; post orationem de sancto Theodorico subjungitur ant. de octavis sancti Johannis, scil. *Apertum est*, cum collecta; postea vero subinfertur ant. de octavis apostolorum communiter, una quelibet de istis ant. *Beati eritis*, *Tradent enim*, *Dum steteritis*, *Petrus apostolus et Paulus*, *In regeneratione*, *Isti sunt viri sancti*. Ad missam similiter, post collectam de sancto Theodorico dicitur una collecta de octavis sancti Johannis; postea recolitur de octavis apostolorum. Ipso die ad vesperas, psalmi v de apostolis cum hac ant. *Juravit Dominus* expenduntur; capitulum de confessore, hymnus *Iste confessor*, ℣ *Amavit eum*; ad Magnificat ant. aliqua dicitur de uno confessore; post orationem de sancto Theodorico subinfertur de octavis.

Sancti Martialis.

Sexto nonas julii agitur festum sancti Martialis cum IX cereis. Ad primas vesperas, ant. et ps. de octavis apostolorum; capit. de uno confessore episcopo; hymnus *Iste confessor*; ℣ *Ecce sacerdos*; ant. ad Magnificat *Iste est*, vel propria que de ipso habetur. Ad matutinas propria legenda habetur et canitur de communi unius confessoris pontificis. Ad singulos nocturnos et ad laudes sufficit una ant. propter octavas; ad Benedictus ant. *Similabo eum*, vel propria que de ipso habetur; post collectam de sancto fit memoria de octavis. Ad horas diei fit sicut de communi unius confessoris pontificis. Officium misse *Statuit*, cum toto officio quod reperitur in festo beati Nicholai, excepto ewangelio, quod dicitur in festo Nichola [1], scil. *Accesserunt ad Jhesum discipuli dicentes Quis putas*, etc., et fit memoria de martiribus Processo et Martiniano. Ad vesperas agitur de translatione beati Thome apostoli, si processio fiat ad ecclesiam Sancti Hylarii, que fundata est in honore beati Thome apostoli.

1. *Lire* sancti Nicholai.

Inde vero [51] regressi dom. canonici in majorem ecclesiam, transcurrendo et integre dicunt vesperas de beato Martiale. Si tamen ob aliquam causam processio non fiat ad Sanctum Hylarium, sollempniter debent dici vespere in majori ecclesia de sancto Martiali, cum ant. *Juravit* et ps. de apostolis, et post vesperas fit memoria de beato Thoma apostolo et postea de octavis apostolorum.

Processi et Martiniani.

Eodem die, festum Processi et Martiniani, de quibus fit tantum memoria in missa, licet ante institutionem festi sancti Martialis cum tribus lectionibus ageretur.

De translatione beati Thome, apostoli.

Ipso die, ad vesperas procedunt canonici ad ecclesiam Sancti Hylarii, que fundata est in honore sancti Thome apostoli. In introitu ecclesie canitur una ant. de apostolis, scil. *Beati eritis*, que incipitur a cantore, vel alia ; qua finita, *Kirieleison* ter dicitur, *Pater noster*, ℣ de apostolis et oratio de sancto Thoma. Postea inchoantur vespere ; psalmi vero de apostolis cum una sola ant. expenduntur, hac scil. *Juravit Dominus ;* hymnus *Exultet celum ;* ℣ *In omnem terram ;* ad Magnificat ant. *Tradent enim vos ;* finita oratione, statim de octavis subinfertur hec ant. *Gloriosi principes* vel alia cum collecta. Deinde reversi canonici ad majorem ecclesiam cantant vesperas de sancto Marciali et non de beata Maria, tum propter IX candelabra, tum etiam propter hoc quod sanctus Marcialis non habuit vesperas.

Sequente nocte ad matutinas, totum agitur de sancto Thoma, apostolo, (su) cum VII candelabris ante majus altare dispositis. Quod ea nocte legitur de sancto Thoma sic incipit *Cum exisset fama beati Thome per Indos*, et reperitur ante legendam beate Marie Magdalene, post legendam ejusdem apostoli Thome que legitur ante Nativitatem Domini. In unoquoque nocturno sufficit una sola ant. propter octavas : in I° nocturno dicitur ista ant. *In omnem terram ;* ℣ *Dedisti hereditatem* primo loco dicitur, ne sit concidentia vel idemptitas ant. et ℣ ; ℟ *Ecce ego mitto*, etc. Matutine laudes cum una sola ant. expenduntur, hac scil. *Hoc est preceptum meum ;* ad Benedictus [v°] ant. *Dum steteritis ;* qua finita et oratione dicta, consequenter ant. et oratio de octavis subjungitur. Ipsa die, post primam statim cantatur (majus ad) missa ad majus altare. Qua finita, tercia pulsatur et canitur, et, hoc facto, canonici procedunt ad Sanctum Hylarium. In introitu ecclesie canitur ant. *Dum steteritis*, et incipitur a cantore. *Kirieleison* ter dicitur, etc., sicut sero

precedente. Dum autem sacerdos et ceteri preparant se ad missam, alii cantant terciam. Duo subdiaconi cantant gradale et duo diaconi *Alleluia* ; sequencia *Clare sanctorum*. Cantata missa, dum sacerdos et ceteri qui ministraverint deponunt sacras vestes, alii cantant sextam ab [1] apostolo tantum ; et hic ordo observandus est ad Sanctum Petrum veterem et ad Sanctum Martinum. Reversi autem canonici ad majorem ecclesiam, iterum cantant utramque sextam. Ipsa die, ad vesperas psalmi de apostolis expenduntur cum hac sola ant. *Juravit* ; hymnus *Exultet* ; ad Magnificat ant. *In regeneratione* ; post orationem de sancto Thoma subjungitur de octavis.

De translatione sancti Martini.

Infra octavas apostolorum agitur de translatione beati Martini, cum tribus candelabris tantum. Ad matutinas invitatorium *Regem confessorum* ; IX psalmi de apostolis cum una sola ant. de apóstolis dicuntur ; ℣ *Amavit*. In matutinis laudibus una sola ant. premittitur, hec scil. *Ecce sacerdos* ; post (orationem) Benedictus, dicta oratione de sancto Martino, subinfertur de octavis apostolorum : ad missam fit similiter. Ipso die, ad vesperas hymnus *Exultet celum*, etc. Ad matutinas canuntur tria ultima ℟ de *Ecce ego mitto vos*, nisi fuerit dies dominica. Si vero die dominica acciderit hoc festum beati Martini, invitatorium est *Regem (confessorum)* [a] *Dominum* ; IX psalmi de apostolis cum sola antiphona in quolibet nocturno dicuntur ; (sex prima) ℟ canuntur de *Ecce ego mitto vos*, (tria ultima ℟ de *Euge serve*), et ant. sola in matutinis laudibus cum ant. ad Benedictus et oratione de (sancto) [b] ; sex prime lectiones leguntur de quodam sermone apostolorum, tres ultime de ewangelio dominice, de quo canitur antiphona post [52] [c] orationem de octavis, que secundo loco canitur (post orationem de sancto Martino). Eodem modo fit si festum sanctorum Processi et Martiniani die dominica acciderit. Si autem in crastino sancti Martini acciderit dies dominica, totum agitur de apostolis in hunc modum communiter : Salbato [2] ad vesperas, hymnus *Aurea* ; ℣ *In omnem terram* ; ant. ad Magnificat *Isti sunt viri sancti* vel alia. Ad matutinas invitatorium *Regem apostolorum* ; de communi responsorio apostolorum canuntur antiphone, psalmi et ℟ ; sex lectiones leguntur de quodam sermone de apostolis ; ewangelium pronun-

a. *Apostolorum*. — b. Apostolis. — c. *Au haut de la page on lit cette note* : Si hoc festum sancti Martini die dominica acciderit, fiet feria secunda ad matutinas tantum.

1. *Lire* de. — 2. *Lire* Sabbato.

ciatur ; ex eo (autem) ant. cum oratione post collectam de apostolis. Ad missam canitur *Michi autem*, etc., vel de dominica, si melius visum fuerit. Si vero in (dominica) crastino beati Martini dominica non acciderit, invitatorium est *Regem apostolorum Dominum ;* legitur de apostolis, et tria ℟ canuntur de *Ecce ego mitto vos ;* totum agitur de apostolis communiter, et ad matutinas et ad missam.

De octavis apostolorum Petri et Pauli.

Septima die ad vesperas, v candelabra ante majus altare disponuntur ; una sola ant. dicitur super psalmos, scil. *Juravit ;* hymnus *Aurea luce ;* ℣ *In omnem terram;* ant. ad Magnificat *Isti sunt due olive*, et, dicta communi oratione de apostolis, vespere finiuntur. Ad matutinas, invitatorium *Regem apostolorum*. In unoquoque nocturno dicitur unica ant. de communibus antiphonis apostolorum ; de quodam sermone leguntur IX lectiones ; ℟ sex cantantur de communi responsorio *Ecce ego mitto*, VII ℟ est *Solve jubente*, VIII *Sancte Paule*, IX *Isti sunt due olive*. Ad matutinas laudes sufficit hec ant. *Hoc est preceptum meum ;* ant. ad Benedictus *Inseparabilis fides*. Ad missam communiter agitur de apostolis ; puer cantat gradale, subdiaconus *Alleluia*. Ad vesperas ejusdem diei psalmi de apostolis replicantur cum una ant. *Juravit ;* hymnus, ut supra, *Aurea luce ;* ant. ad Magnificat *Gloriosi principes*.

Sciendum autem quod per octavas istas non dicitur ad completorium oratio pro defunctis ; et ad missam cotidie, si cantant de apostolis, *Michi autem nimis* dicitur, preterquam in octavo die : tunc enim cantatur *Sapientiam sanctorum*, et non dicitur *Credo in unum*, [v°] nec prefacio nec sequencia.

Sanctorum Remensium archiepiscoporum.

Nonas julii agitur festum sanctorum archiepiscoporum Remensium cum IX lectionibus ; IX candelabra statuuntur ante majus altare, nec duppliciter pulsatur nec a binis canitur. ℟ non canitur ad vesperas ; ant. et ps. de feria dicuntur ; hymnus *Rex gloriose (martirum) presulum ;* ℣ *Letamini in Domino ;* ant. ad Magnificat *Sint lumbi*. Hore de beata Maria subticentur. Ad completorium, super psalmos dicitur *Miserere*. Ad secundas vesperas similiter dicuntur psalmi et antiphone de feria ; ad Magnificat ant. *Fulgebunt justi*, et sic secunde vespere finiuntur cum una collecta. Ad matutinas invitatorium a dyacono canitur *Regem regum Dominum venite adoremus quia ipse est corona sanctorum presulum ;* ℟ canitur cum ps. et ant. *In circuitu*, etc. ; sermo legitur qui sic incipit *Elevatis Jhesus oculis* et reperitur

in Omeliario. In matutinis laudibus, ant. *Fulgebunt justi* cum ceteris ; super *Benedicite* dicitur ant. *Sacerdotes Dei* ; ant. ad Benedictus *Sancti tui Domine*. Ad horas diei, ant. *Fulgebunt justi*, etc. Ad terciam, ℟ *Letamini in Domino*, etc. Ad missam canonici capis sericis utuntur ; introitus misse est *Gaudeamus omnes*, ℣ *Exultate justi* ; epistola *Plures facti sunt sacerdotes* ; ℟ *Sacerdotes* ; alleluia *Justi epulentur* ; sequentia *Fraterna gratanter* ; evangelium *Sint lumbi precincti* ; offertorium *Letamini in Domino* ; communio *Sint lumbi vestri*.

SEPTEM FRATRUM.

Sexto idus julii, VII Fratrum martirum. Ant. ad Magnificat *Absterget Deus*.

DE TRANSLATIONE SANCTI BENEDICTI.

Quinto idus julii, translatio sancti Benedicti cum tribus lectionibus agitur.

SANCTI ALEXII, CONFESSORIS.

Decimo septimo kalendas augusti, sancti Alexii, confessoris, cum tribus lectionibus agitur.

SANCTI ARNULPHI, MARTIRIS.

Sancti Arnulphi, martiris et pontificis, ad Magnificat ant. *Hic est vere martyr*.

SANCTE MARGARETE, VIRGINIS.

[53] Tercio decimo kalendas augusti, sancte Margarete, virginis.

Uno decimo kalendas austusti [1], PRAXEDIS, virginis.

BEATE MARIE MAGDALENE.

In festo beate Marie Magdalene duppliciter pulsatur, sed non [2] duppliciter cantatur. Ad primas vesperas cantatur a duobus diaconis responsorium *Felix Maria* ; hymnus *Sydus solare* ; versus *Specie tua et pulcritudine tua* ; ant. ad Magnificat *Gloriosa*. Cum novem candelabris agitur hoc festum. Hore de beata Virgine Maria et tunc et tota die sequente subticentur. Invitatorium canitur a diacono ; ant., lectiones, ℟ et cetera que in matutinis cantantur de ea, in suis locis reperietis per ordinem ; ewangelium pronunciatur *Rogabat Jhesum quidam phariseus*, licet hoc festum eveniat die dominica : ewangelium autem de dominica pronunciatur die competenti infra ebdomadam ; *Te Deum laudamus* canitur. Ad missam *Gloria in excelsis* et *Credo in unum*

1. *Lire* augusti. — 2. *Ces deux mots ont été effacés et remplacés par* et *dans le ms. 328, f° 82.*

dicuntur, quia ipsa fuit apostolorum apostola. Canonici capis sericis induuntur. Sequentia *Mane prima sabbati*. Ad missam duo servant cantum in choro, scilicet succentor et cantor ebdomadarius.

De dono junioris Rogeri de Porta Carceris [1] concanonicis nostris [distribuuntur], singulis annis, XL solidi hiis qui matutinis et servicio misse interfuerint, preter denarios illos qui cotidie distribuuntur in matutinis et in missa.

Ad II^as vesperas repetuntur antiphone de matutinis laudibus super psalmos diei; capit. de martiribus Nichasio et sociis ejus. Hec festivitas habet octavas, sed non sollempnes, in quibus cantatur proprium ℟. Dominica infra octavas legitur residuum de o[v°]melia que legitur in ipso festo, scilicet *Rogabat Jhesum*; octava die residuum de legenda ipsius ; aliis diebus de tempore legitur; et invitatorium est *Regem continencium*. Dominica infra octavas et octava die, ad missam *Alleluia Diffusa est gratia*, secundum *Letabitur*; aliis diebus *Alleluia Diffusa*, secundum *Ostende nobis*. Cotidie ad vesperas hymnus *Sydus solare*.

De translacione sancti Nichasii sociorumque ejus.

In translacione beati Nichasii sociorumque ejus, IX candelabra disponuntur ante majus altare : dupliciter pulsatur et cantatur. Hymnus *Sanctorum meritis*; ant. ad Magnificat *Gloriosus victor*; ℟ canitur ad vesperas *Bonus pastor*. Vespere et hore de beata Maria pretermittuntur. Post collectam de martiribus subjungitur ant. cum collecta de beata Maria Magdalena, propter duplex festum. Ad utrumque completorium, super psalmos ant. *Qui habitat*; hymnus *Jhesu redemptor*; ad Nunc dimittis ant. est *Vigila*. Ad matutinas duo diaconi cantant invitatorium, scilicet *Jubilemus Deo beatorum*; sermo legitur super psalmum qui cantatur ; evangelium de martiribus pronunciatur *Cum audieritis prelia*; et si forte occurrerit istud festum die dominica, ewangelium de dominica pronunciatur ; et ex eo antiphona post collectam de martiribus cum collecta cantatur die dominica ; ℟ proprium canitur ; ad Benedictus ant. *Hic est almus*. Ad matutinas nichil agitur de octavis nec tota die sequente propter duplex festum, sicut in octava die Natalis nichil agitur de octavis sanctorum, nec in festo apostolorum Petri et Pauli de octavis sancti Johannis. Ad missam canonici capis sericis utuntur ; post collectam de beatis martiribus Nichasio et sociis ejus fit commemoratio de

1. *Voir au* **Calendrier**, *p. 89, n. 1, et à la fête de saint Nicolas, 6 Décembre, p. 161, n. 1.*

sancto Apollinare, martire atque pontifice ; et in missa tantum sequentia canitur *Fraterna*. Ad vesperas, ant. de laudibus canuntur ; ipso die ad Magnificat ant. *Prepollens Xpisti martyr ;* post vesperas fit memoria de sancta Xpistina.

XPISTINE, VIRGINIS.

[54] Nono kalendas augusti agitur (post) festum beate Xpistine virginis, cum IX lectionibus et V cereis. Post vesperas de beato Nichasio dicitur ant. *Hec virgo* vel *Inclita* cum collecta. Ad matutinas passio ipsius legitur, et cantatur totum de virginibus : require in communi usque in III° nocturno, excepto quod per singulos nocturnos sufficit sola ant. propter octavas ; in III° vero nocturno dicuntur tria ℟, scilicet *Vidisti Domine, Beata Xpistina, Gaudeamus*. In laudibus, una ant. *Hec est virgo sapiens ;* ant. ad Benedictus *Medicinam ;* post matutinas fit commemoratio de octavis beate Marie Magdalene. Ad horas, sicut de virginibus : require in communi ; officium misse de beata Lucia. Ad secundas vesperas nichil agitur de ipsa, propter festum beati Jacobi.

DE FESTO SANCTI JACOBI, APOSTOLI.

Octavo kalendas augusti, festivitas sancti Jacobi apostoli celebratur, cujus nec vigiliam agere consuevimus nec jejunare. In ea duplicitur pulsatur, sed non dupliciter cantatur. Cum IX candelabris agitur hoc festum. Hore de beata Maria tacentur. Post vesperas de sancto Jacobo sequitur ant. et oratio de octavis. Diaconus cantat invitatorium. In unoquoque nocturno sufficit una sola ant., propter octavas : prima ant. *In omnem terram*, ℣ *Dedisti hereditatem* propter coincidenciam ; in II° nocturno, ℣ *In omnem terram ;* passio ipsius legitur ; ad matutinas ℟ *Ecce ego mitto vos*. Ad missam canonici capis sericis utuntur ; post orationem de sancto Jacobo subjungitur collecta de beato Xpistoforo, cujus passio debet ad[1] missam in refectorium legi, deinde de octavis ; sequentia *Clare sanctorum ; Credo in unum* dicitur et prefacio apostolorum. Ad vesperas, sola ant. super psalmos, scilicet *Juravit*.

Eodem die, de munificencia bone memorie Alexandri, archidiaconi nostri [2], distribuuntur, singulis annis, canonicis qui matutinis et servicio interfuerunt XL solidi, preter cotidianos denarios de matutinis et missa.

DE BEATA ANNA.

[v°] Septimo kalendas augusti, fit festum beate Anne cum IX

1. *Il faut probablement lire* post. — 2. *Voir au* Calendrier, *p. 90, n. 7.*

cereis. Post vesperas de sancto Jacobo dicitur ant. *Simile est* cum collecta de beata Anna. Ad matutinas, invitatorium *Regem electarum*. In primo nocturno ant. unica dicitur, scilicet *Hec electa sapiens* ; primum ℟ *Diffusa est gratia*, II ℟ *Dilexisti*, [III] ℟ *Propter veritatem*. In II° nocturno ant. *Specie tua* sola ; IIII ℟ *Regnum mundi*, V ℟ *Veni electa*, VI ℟ *Pulcra facie*. In III nocturno ant. sola *Tota pulcra* ; VII ℟ *Cum jocunditate*, VIII ℟ [1], IX ℟ *Stirps Jesse*. In laudibus, ant. sola *Domine Deus* ; ad Benedictus ant. *O Xpisti electa* : invenitur ad Benedictus in festo sancti Martini. Post matutinas sequitur ant. cum collecta de octavis. Ad horas diei expenduntur antiphone de continentibus et ℟ de virginibus. Officium misse *Gaudeamus* ; epistola *Mulierem fortem* ; ℟ *Propter veritatem* ; *Alleluia Diffusa est* vel *Veni electa* ; evangelium *Liber generacionis* ; offertorium *Filie regum* ; communio *Simile est* vel *Diffusa*. Ad secundas vesperas, super psalmos de feria unica ant. de octavis, scilicet *Laudibus* ; capit. *Mulier timens Deum* ; hymnus *Hujus obtentu* ; ad Magnificat ant. *Simile est regnum celorum homini negotiatori* ; sequitur memoria de octavis.

Octave beate Marie Magdalene.

Quarto kalendas augusti fiunt octave beate Marie Magdalene, cum IX lectionibus et V cereis. Residuum legende ipsius legitur, et ℟ cantatur. Antiphone ad Magnificat et ad Benedictus sicut in festo dicuntur. Ad missam, de sanctis Felice, Supplicio [2], Faustino et Beatrice concluduntur due prime collecte sub uno *Per omnia secula seculorum*, una de sancto Felice, altera de sanctis Supplicio, Faustino et Beatrice, de quibus fit tantum commemoracio in missa.

Abdon et Serenis [3], martirum, Germani, Autisiodorensis episcopi et confessoris.

[55] In crastino, Abdon et Serenis [3] martiris [4].

Pridie kalendas augusti, beati Germani Autissiodorensis agitur festum cum IX lectionibus et VII cereis. Ad primas vesperas [ant.] *Germanus vir apostolicus*. ℟ canitur *Euge serve* ; III, VI et IX^{m} ℟ de ipso propria habentur. Ad Benedictus ant. *Apparuit Dominus*. Officium misse sicut de beato Nicholao, sed dicitur *Alleluia Justus germinabit* ; *Credo in unum*, prefatio et sequencia non dicuntur. Ad secundas vesperas nichil agitur de ipso, propter festum sancti Petri.

1. ***A la place de l'incipit du 8e répons, on avait écrit en rouge un titre qui a été ensuite complètement effacé.*** **— 2. *Lire* Simplicio. — 3. *Lire* Sennen. — 4. *Lire* martirum.**

In festo sancti Petri ad Vincula.

In festo beati Petri ad Vincula procedunt canonici post IX^m ad Sanctum Petrum veterem, ut ibi cantent vesperas. In introitu ecclesie canitur hec ant. a cantore *Quodcumque ligaveris*, *Kyrieleison* ter dicitur, *Pater noster*, ℣ *Solve jubente Deo*, collecta *Deus qui beatum Petrum apostolum*; deinde, cantatis ibi vesperis de apostolo, revertuntur; et in majore ecclesia cantant vesperas de beata Maria. Ad matutinas, invitatorium *Regem apostolorum*. Sermo legitur *Exultemus in Domino dilectissimi*, qui reperitur in fine Passionarii estivalis, et pronunciatur ewangelium *Hoc est preceptum meum*, quod reperitur in Omeliario sanctorum, omelia *Cum cuncta sacra eloquia*. ℟ canitur *Symon Petre*, tria tamen ultima ℟ mutantur, septimum est *Surge Petre*, VIII *Solve jubente*, IX *Qui regni claves*, etc. In crastino, cantata missa post primam ad majus altare, et pulsata tercia et cantata, procedunt ad Sanctum Petrum veterem canonici. In introitu ecclesie canitur ant. *Tu es pastor ovium*, quam incipit cantor; *Kyrieleison* ter dicitur, *Pater noster*, etc.; et ibi cantatur iterum tercia. Ad missam, post collectam de apostolo subjungitur oratio de Machabeis ; nota de *Alleluia* : tantummodo [v°] primus versus dicitur in hoc festo ; sequencia *Clare sanctorum*; et in hac festivitate VII candelabra statuuntur ante majus altare ; a duobus subdiaconibus cantatur gradale et a duobus diaconibus *Alleluia*. Finita missa, cantatur sexta de apostolo tantum, dum sacerdos et alii qui ministraverunt deponunt sacras vestes. Postea canonici reversi ad majorem ecclesiam, utramque sextam cantant. Ad vesperas super psalmos ant. *Juravit Dominus*; ad Magnificat ant. *Considera oves*.

Sequente die, de sancto Stephano, papa et martire, agitur[1] ad matutinas et ad missam.

De invencione sancti Stephani, prothomartiris.

In invencione sancti Stephani prothomartiris, IX candelabra ante majus altare statuuntur ; dupliciter pulsatur, sed non dupliciter cantatur. Ad primas vesperas, a duobus diaconis cantatur ℟ *Ecce jam coram te* ; capitulum plurimorum martirum ; hymnus *Sancte Dei preciose* ; ℣ *Letamini* ; ant. ad Magnificat *Ostendit* ; collecta *Deus qui es sanctorum tuorum*. Hore de beata Maria et tunc et tota die subticentur. Invitatorium canitur a dyacono *Supplici corde*. Antiphone, lectiones et ℟, que in matutinis et horis cantantur vel leguntur, suis in locis reperiuntur per ordinem ; *Te Deum laudamus* dicitur ; collecta propria

1. *Ms. 328, f° 85* : cum tribus lectionibus.

dicitur *Deus qui es sanctorum tuorum*. Ad horas repetuntur antiphone de laudibus. Ad missam canitur introitus misse *Gaudeamus*, ℣ *Exultate justi* ; *Gloria in excelsis* canitur ; epistola *Exspectacio justorum letitia* ; ℟ *Gloriosus Deus* ; *Alleluia Fulgebunt justi* ; sequencia *Fraterna* ; ewangelium *Simile est regnum celorum thesauro* ; offertorium *Letamini* ; communio *Justorum anime*. Canonici ad missam capis sericis utuntur. Ad horas diei repetuntur ant. de matutinis laudibus. In die ad vesperas, super psalmos de feria canuntur antiphone de matutinis [56] laudibus ; capitulum, hymnus et ℣, ut supra ; ant. ad Magnificat *Hodie sanctus Johannes* ; collecta, ut supra. Notandum quod si festivitas ista die sabbati evenerit, post collectam de sancto Stephano subjungitur ant. de hystoria *Dominus possedit me*, (collecta de) cum collecta de dominica. Et si die dominica acciderit festum istud, sabbato precedente, post vesperas de sancto Stephano, subjungitur ant. de historia *Dominus possedit me*, cum collecta de dominica ; ad matutinas ewangelium dominice dicitur, et post matutinas de beato Stephano, dicta oratione de sanctis Gamaliele atque Abibone, sequitur ant. de ewangelio de dominica cum collecta ; in die ad missam, prima dicitur collecta de beato Stephano, postea de sanctis, tercia de dominica.

De beato Memmio, episcopo.

De beato Memmio, Cathalaunensi episcopo et confessore, agitur cum IX lectionibus et V candelabris ante majus altare dispositis. Propria legenda habetur de ipso ; cantatur autem de tempore communi, scilicet *Euge*, etc. Puer cantat gradale ad missam, subdiaconus *Alleluia*. [1]

De martiribus Sixto, Felicissimo et Agapito.

De sanctis martiribus Syxto, Felicissimo et Agapito agitur cum tribus lectionibus propriis de sancto Sixto, et de ipso etiam canitur propria ant. ad Benedictus, scilicet *Beatus papa Sixtus*. Ad missam due prime collecte, una de sancto Sixto, altera de sanctis Agapito et Felicissimo, sub una conclusione dicuntur [2].

Donati, episcopi et martiris. [3]

Septimo ydus augusti agitur festivitas Donati, episcopi et martiris.

1. *Ms. 328, f° 85 v°, au haut de la page, note ajoutée après coup :* In festo beate Marie ad Nives, quere servicium in Antiphonario ; ad missam omnino sicut die sabbati ad roellam, preter epistolam, que est *Ab inicio*. — 2. *Ms. 328, f° 86 :* Eodem die benedicuntur racemi post illa verba canonis *Sed venie quesumus largitor admitte per X istum Dominum nostrum amen* ; et, benedictione facta, sequitur *Per quem hec omnia Domine semper bona creas*. — 3. *Ms. 328, f° 86 :* Ipso die, de sancto Memmio, cum IX lectionibus et commemoratio ad missam de sancto Donato.

De martiribus Cyriaco et Smaragdo et Largo.

In crastino, de sanctis martyribus Cyriaco, Largo et Smaragdo pluraliter.

In vigilia sancti Laurencii.

In vigilia beati Laurencii, non pronunciatur ewangelium ad matutinas ; jejunatur autem, et propria missa canitur de vigilia.

Festum [v°] istud agitur cum vii candelabris [1] ante majus altare dispositis. Invitatorium est *Regem sempiternum ;* antiphone, lectiones, ℟ propria de martyre cantantur. Ad missam procedunt tres dyaconi et tres subdiaconi; sequencia canitur *Gloriosa dies*, vel ipsa que de ipso habetur propria. Ad vesperas super psalmos replicantur antiphone de matutinis laudibus ; capitulum et hymnus et cetera dicuntur de sancto Calixto, excepto quod post vesperas de sancto Calixto repetitur ant. de sancto Laurencio, scilicet *Beatus Laurencius dum in craticula*, cum oratione de ipso.

De hac festivitate et festivitate sancti Bartholomei dicitur quod, si sabbato evenerit, de sanctis agitur ad vesperas, nec antiphona de hystoria post vesperas memoratur, cum ab inicio mensis prima antiphona cantata sit, et historia incepta sit et prelibata.

Calixti, pape et martiris.

In translacione sancti Calixti, pape et martiris, ix candelabra statuuntur ante majus altare ; nec dupliciter pulsatur, nec cantatur dupliciter. Capit., hymnus et ℣ de uno martire ; ant. ad Magnificat *Hic est vir qui non est derelictus ;* post vesperas de sancto Calixto subjungitur ant. de beato Laurencio, scil. *Beatus Laurencius dum in craticula,* cum collecta de ipso. Hore de beata Maria subticentur. Ad matutinas canitur invitatorium a diacono, scilicet *Regem sempiternum ;* antiphone et ℟ unius martiris cantantur, scil. *Iste sanctus*, sed ix ℟ est *Vir iste in populo ;* iii lectiones prime leguntur de sancto Tyburcio, vi ultime de quodam sermone qui sic incipit *Si consideremus fratres ; Te Deum laudamus* canitur. Ant. ad Benedictus *O Calixte ;* post collectam vero de sancto Calixto subjungitur ant. de sancto Thiburcio, scil. *Inclitus martir Tyburcius*, cum collecta de ipso ; et si forte festum istud die dominica evenerit, ad matutinas pronunciatur ewangelium [57] dominice, et ex eo canitur ant. cum

1. *Dans le ms. 327, f° 59, cette fête est mentionnée avec la rubrique* cum vii cereis ; *mais une correction, placée au bas de la page, indique qu'elle a été élevée à un rite supérieur :* cum ix cereis. — *Ms. 328, f° 86 :* cum ix cereis ; dupliciter pulsatur, sed non cantatur.

collecta de dominica post orationem de sancto Tyburcio, et ad missam similiter. In die ad missam canonici capis sericis utuntur; sequencia canitur *Gloriosa dies*. Ipso die, ad vesperas super psalmos de feria canuntur antiphone de feria ; ant. ad Magnificat *Beatus vir qui suffert* vel alia de uno martyre.

YPOLITI SOCIORUMQUE EJUS.

De sancto Ypolito sociisque ejus IX lectiones leguntur cum quinque candelabris. Hymnus *Sanctorum meritis;* ant. ad Magnificat *Gaudent in celis*. Ad missam puer cantat gradale, subdiaconus *Alleluia*. Ipso die ad vesperas, ant. ad Magnificat *Fulgebunt justi*.

VIGILIA ASSUMPCIONIS BEATE MARIE.

Nulla festivitas sancte Marie virginis habet jejunium aut vigiliam, nisi Assumpcio ipsius.

In vigilia Assumpcionis, ad matutinas de sancto confessore Eusebio atque presbitero cantatur, et de libro Sapientie legitur.

Ipso die vigilie, ad missam totum agitur de sancta Maria, sed de beato Eusebio post primam collectam commemoratio fit ; ewangelium *Missus est Gabriel*.

Ad vesperas, quando dom. archiepiscopus deducitur cum processione a palacio in ecclesiam, canitur hec ant. *Hec est regina ;* in crastino autem hec ant. *Beata Dei Genitrix*. Ad vesperas, super psalmos habentur proprie antiphone, scil. *Vidi speciosam* et cetere ; psalmi qui tunc dicuntur, scil. *Letatus sum* et alii, sequenti die et per totas octavas repetuntur ; ad vesperas ℟ canitur *Felix namque es ;* ant. ad Magnificat *Paradisi porta*. Ad completorium ant. *Qui habitat ;* hymnus *Jhesu redemptor seculi ;* ad Nunc dimittis ant. *Evigila :* et hoc totum in vigilia et in die sequente, in aliis vero diebus per octavas nequaquam.

In hoc festo dupliciter pulsatur et a binis in matutinis [v°] canitur. Invitatorium cantatur a duobus presbiteris ; ewangelium non pronunciatur ; ad matutinas in III° nocturno ℣ *Diffusa est gratia*, et ante Benedictus ℣ est *Elegit eam Deus ;* et hec ideo mutacio fit, quia ℣ est [1] antiphona que canitur ad Laudate Dominum est *Diffusa est gratia*, et turpe esset idem continue bis proferri. Ad primam, ps. *Confitemini* canitur. In die ad processionem canitur circa claustrum ℟ *Vidi speciosam ;* in introitu ecclesie et circa chorum aliud [2], et postea aliud, si opus fuerit ; in medio ecclesie aliud ℟ *Felix namque ;* in introitu chori *Alma Redemptoris mater* vel prosa *Inviolata*.

1. *Lire* et. — 2. *Sous-entendu* ℟.

Ad missam laudes dicuntur coram dom. archiepiscopo, si presens fuerit; cantor servat cantum in choro, archiepiscopo presente. Nota quod si archiepiscopus fecerit celebrare alium episcopum pro se, cantor debet servare cantum, et debent fieri laudes ad missam, et procedere VII diaconi et totidem subdiaconi; aliter non. Sequencia canitur *Aurea*[1] *virga*.

Ad horas et ad vesperas repetuntur antiphone de matutinis laudibus.

In hiis octavis sollempnibus cantantur *Te Deum laudamus*, *Gloria in excelsis*, *Credo in unum* et prefacio, scilicet *Et te in Assumpcione*. Cotidie cerei VII ante majus altare statuuntur. Invitatorium cotidianum infra octavas est *Ave Maria*, et debet cantari a puero. Puer cantat gradale, subdiaconus *Alleluia*.

Sabbato infra octavas, ant. ad Magnificat *Paradisi porta*. In matutinis invitatorium *Venerantes*. Ant. ad Benedictus *Hodie Maria*. Ad vesperas dominice, ant. ad Magnificat *Que est ista*, sicut in die festivitatis, et eodem die[2] fit in octavo die.

QUID FIAT INFRA OCTAVAS ASSUMPCIONIS.

Sciendum tamen quod infra octavas istas nichil agitur de aliquo sancto, neque de sancto Arnulpho, neque de sancto Agapito, neque de sancto Magno, preter commemoracionem in missa, nisi solummodo de octavis beati Lau[58]rencii, de quibus sic agitur : ad vesperas, ant. una de octavis beate Marie super (qs) psalmos consuetos de octavis ; capit. de sancto Laurencio ; hymnus *Martyr Dei*; *Gloria tibi Domine* dicitur pro *Deo Patri*; ℣ *Gloria et honore*; ant. ad Magnificat *Hic est vir*; post collectam de beato Laurencio sequitur ant. cum collecta de octavis[3]. Ad matutinas invitatorium *Regem martirum*; ant. prima et psalmi de octavis beate Marie ; ℣ *Gloria et honore*; ℟ primum *Posuit coronam*, ℟ II *Hic est vir qui non est*, ℟ III *Beatus vir Laurencius*; sermo legitur qui sic incipit *Sanctum est fratres ac Deo placitum*. Ad laudes, ant. unica *Qui me confessus*; ant. ad Benedictus *Hic est vir despiciens mundum*, que proprie convenit huic sancto. In die ad missam canitur proprium officium de ipso, scil. *Probasti me*, etc., nisi dies VIII^us sancti Laurencii acciderit in sabbato : tunc enim cantaretur de octavis, sicut consuetum est in aliis sabbatis cantare de beata Maria, non obstante festo III lectionum. Si dies iste VIII^us sancti Laurencii evenerit die dominica, invitatorium *Regem martirum*; antiphone et psalmi dicuntur de octavis beate Marie, et VI prima ℟; in III° nocturno, ℣ *Gloria et*

1. *Lire* Area. — 2. *Lire probablement* modo. — 3. *L'octave de l'Assomption.*

honore, et III ultima ℟, que prelibata sunt, dicuntur de beato Laurencio ; ewangelium de dominica pronunciatur. Ant. ad laudes unica *Qui me confessus;* prima oratio est de sancto Laurencio, II^a de octavis, III^a de dominica. Missa tamen in die de octavis beate Marie dicitur; post collectam de beata Maria sequitur collecta de beato Laurencio, et tunc ad neutras vesperas dicetur aliquid de ipso ; ultima collecta est de dominica.

De sancto Symphoriano.

Septima die procedunt canonici ad Sanctum Symphorianum. In introitu ecclesie dicitur hec ant. *Beatus vir qui suffert;* qua finita *Kyrieleison* III dicitur, et ℣ de martire et oratio. Postea inchoantur vespere ; decursis psalmis et antiphonis de feria, ℟ canitur *Sancte Sym*[v°]*phoriane;* hymnus *Martyr Dei;* ℣ *Gloria et honore;* ant. ad Magnificat *Felicis gubernaculi.* In ecclesia Sancti Symphoriani et in ecclesia Sancti Timothei non servat cantum succentor, nisi solummodo ad missam. Reversi autem canonici ad majorem ecclesiam cantant vesperas de octavis beate Marie : psalmi cum una antiphona expenduntur ; hymnus canitur *O quam glorifica ;* ℣ *Post partum ;* ad Magnificat ant. *Paradisi porta.* Sequente nocte ad matutinas cum IX lectionibus aguntur ; totum agitur de octavis, subjungitur hec ant. *Sancti tui Domine,* cum oratione de sancto Mauro et sociis ejus, et sic finiuntur matutine. Ipsa die post primam, missa cantatur ad majus altare de octavis, in qua post collectam de beata Maria orationes de sanctis subinferuntur hoc ordine : primo de sancto Mauro et sociis ejus, post de sancto Timotheo, tandem de sancto Symphoriano. Post hoc, cantata tercia, procedimus ad Sanctum Symphorianum. In introitu ecclesie dicitur hec ant. *O beate Symphoriane magna est fides tua ;* post, dicto III *Kyrieleison* cum versu et oratione de martire, canitur missa, in qua III diaconi et III subdiaconi procedunt; sequencia *Hac clara die* propter octavas. Reversi autem ad majorem ecclesiam, sextam cantant de octavis.

De sancto Thimotheo.

Ipso die fit ad Sanctum Thimotheum processio ad vesperas. Si autem ob aliquam causam non fiat processio, super psalmos canitur ant., scil. *Assumpta est Maria ;* capit., hymnus, scil. *Sanctorum meritis,* et ℣, et ant. ad Magnificat, scil. *Fulgebunt justi,* et collecta de martiribus dicuntur ; postea sequitur ant., scil. *Que est ista,* cum collecta de beata Maria. In introitu ecclesie canitur hec ant. *Sancti tui Domine,* et, dicto ter *Kyrieleison, Pater noster* cum versu et oratione de martiribus, inchoantur vespere;

℞ canitur *Egregii cives* ; hymnus *Sanctorum meritis ;* ad Magnificat ant. *Jocundare*. Reversi ad ecclesiam nostram canimus [59] vesperas de octavis beate Marie. Ad matutinas, VII cerei ante majus altare disponuntur, et similiter fit quocienscumque processionem facimus ad aliam ecclesiam ; VI lectiones leguntur de passione sanctorum Thimothei et Apollinaris, et pronunciatur ewangelium, scil. *Cum audieritis prelia* ; ℞ canitur *Absterget Deus*, etc. Ant. ad Benedictus *Sanctus Thimotheus et Apollinaris*. Hore de beata Maria resumuntur. Ipso die, cantata missa post primam et cantata tercia, procedimus ad Sanctum Thimotheum, In introitu ecclesie dicitur ant. *Sanctus Thimotheus*, et, dicto III *Kyrieleison* cum ℣ et oratione, missa cantatur. Ad missam canitur ewangelium *Descendens Jhesus de monte sedit in loco ;* tres diaconi et III subdiaconi procedunt ; sequencia *Fraterna* canitur. Reversi vero canimus VI^{am} in majori ecclesia.

De sancto Bartholomeo.

Ipso die agitur ad vesperas de sancto Bartholomeo. Ant. ad Magnificat *Tradent enim*, etc. Omnia dicuntur sicut de uno apostolo. Passio ipsius legitur, et notandum quod in festo isto VII cerei ante majus altare disponuntur [1], et ad missam procedunt III diaconi et III subdiaconi, quorum duo cantant gradale et II diaconi *Alleluia* ; sequencia *Clare sanctorum*. [2]

De sancto Memmete, martire.

Ipso die, ad vesperas dicuntur ant. et ps. de apostolo, et post suppletur de sancto Memmete martire ; capit. *Iste sanctus* ;

1. *Mss. 327 (f° 61) et 328 (f° 89) :* Novem cerei ante altare disponuntur, dupliciter pulsatur. — 2. Sancti Ludovici, confessoris.

Octavo kalendas septembris agitur festum beati Ludovici, Francorum regis, cum novem cereis.

Ad vesperas, antiphone et ps. de apostolo, scil. *Juravit* et cetera ; (capit. *Benedictus Dominus Deus ;* ℞ canitur *Cum esset ;* hymnus *Gaude mater)* [*ms. 328, f° 89 v° :* Cetera de apostolo ; ant. ad commemorationem post vesperas *Magnificat gesta*] ; ant. ad Magnificat *Magnificat gesta ;* collecta *Deus qui beatum Ludovicum ;* memoria de sancto Bartholomeo *Dum steteritis,* cum collecta.

Ad matutinas, invitatorium, antiphone, psalmi et cetera suis in locis plene reperiuntur, que omnia habentur propria de ipso.

Ad horas, ant. de matutinis laudibus replicantur, ℞ [*ms. 328* antiphone!] et versiculi unius confessoris.

Ad missam *Gaudeamus omnes*, ps. *Domine in virtute tua,* epistola *Beatus vir qui inventus est ;* ℞ *Domine prevenisti ;* Alleluia *Felix corona ;* sequentia *Regem regum ;* ewangelium *Considerate lilia agri*, quod reperitur dominica nona post octabas Pentecostes, in ewangelio Mathei quod sic incipit *Nemo potest duobus dominis* et reperitur circa medium ; offertorium *Filie Syon ;* communio *Justum deduxit.*

Ad secundas vesperas, ps. de feria cum ant. de laudibus et (post agitur de sancto Mammete martire) [*note margin. :* Totum residuum de sancto Ludovico].

Ipso die, ad vesperas [*en marge* fit memoria] de sancto Mammete martyre (capit. *Iste sanctus ;* hymnus *Martir Dei ;* ant. ad Magnificat) *Hic est vir ;* (deinde sequitur ant. et oratio de sancto Ludovico).

hymnus *Martyr* ; ant. ad Magnificat *Hic est vir* ; deinde sequitur ant. et oratio de apostolo. Ad matutinas, invitatorium *Regem sempiternum* ; ultimum ℟ *Vir inclitus*. Ant. ad Benedictus *O beate* ; et sic cum IX cereis et propria legenda de ipso habetur.

RUFFINI, MARTIRIS.

Sexto kalendas septembris, Ruffi martiris.

AUGUSTINI, EPISCOPI.

In festivitate sanctorum Augustini, episcopi et confessoris, Hermetis et Juliani martiris, quinque cerei ante majus altare disponuntur [1]. [v°] Ad vesperas, hymnus *Rex gloriose presulum* ; ℣ *Letamini in* ; ant. ad Magnificat *Fulgebunt justi*. Ad matutinas, invitatorium *Venite adoremus Dominum qui in sanctis suis gloriosus est* ; antiphone super nocturnos *Secus decursus aquarum*, etc. ; lectiones IX de sancto Augustino leguntur ; ℟ *Absterget Deus*, etc. : IX tamen ℟ *Fulgebunt justi* cantatur. In matutinis laudibus, ant. *Fulgebunt justi*, etc. ; ad Benedictus *Sancti tui Domine*. In die ad missam hujusmodi ordo servandus est in collectis dicendis, ut prius de sancto Hermete, deinde de sancto Juliano, et tandem de sancto Augustino sub una conclusione dicantur ; ad missam puer cantat gradale, subdiaconus *Alleluia*, nisi fuerit dies dominica.

DE DECOLLACIONE SANCTI JOHANNIS BAPTISTE.

Festum decollationis beati Johannis Baptiste cum V candelabris agitur. Ad vesperas, hymnus *Martyr Dei* ; ant. ad Magnificat *Arguebat Herodem* ; de sancta Sabina nichil agitur ad vesperas. Ad matutinas, invitatorium *Regem martirum* ; antiphone super nocturnos *In lege Domini*, etc. ; post primum nocturnum, ℣ *Specie tua et pulchritudine* ; III[a] prima ℟ dicuntur de sancta Sabina, scil. *Diffusa est*, *Propter veritatem*, *Dilexisti* ; cetera vero ex toto leguntur et cantantur de sancto Johanne ; ewangelium pronunciatur *Audivit Herodes (tre) tetrarcha f[amam]*,

1. *Cet office, commun aux trois saints Augustin, Hermès et Julien, est remplacé dans le ms. 328, f° 90, par l'office propre de S. Augustin, avec simple mémoire des deux autres saints :* In festiv. sancti Augustini, episc. et confes., novem cer. an. maj. alt. dispon. ; dupliciter pulsatur. Ad vesperas, ant. et ps. de feria ; capit., hymnus et ℣ unius confessoris pontificis ; ant. ad Magnificat *Iste est* ; collecta *Deus qui beatum Augustinum*. Ad matutinas, invit., ps. et ant. et cetera omnia unius confessoris pontificis : nonum tamen ℟ est *Sancte Augustine*, et sumitur in festo sancti Rigoberti ; ant. ad Benedictus *O quam venerandus es* ; collecta ut supra ; sequitur memoria de sanctis martiribus Hermete et Juliano, ant. *Sancti tui Domine*, collecta *Deus qui nos concedis*. Ad missam totum agitur sicut de beato Nicholao, et fit memoria de sanctis martyribus. Ad horas, ant. de laudibus et cetera sicut unius confessoris pontificis. Ad secundas vesperas, ant. et ps. de feria ; ant. ad Magnificat *Confessor Domini* ; collecta ut supra ; commemoratio de sancto Johanne ...

licet ewangelium aliud legatur ad missam, scil. *Misit Herodes et tenuit Johannem*. Post matutinas dicitur ant. *Simile est regnum celorum sagene*, cum collecta de sancta Sabina. In die ad missam cantatur de martire, et post collectam de ipso oratio de sancta Sabina [*Ms. 327, f° 62^a :* subinfertur. Ad vesperas, ps. et ant. de feria; ant. ad Magnificat *Perpetuis nos Domine ;* de sancta Sabina] nichil agitur. In festo sunt XL solidi.

De sanctis Felice et Audacto, martiribus.

In crastino de sanctis martiribus Felice et Audacto cum III lectionibus agitur.

Syxti, Synicii et Nivardi.

Kalendas septembris agitur de beatis confessoribus Syxto, [60] Synicio, Nivardo, cum IX cereis, nec tamen dupliciter pulsatur nec a binis cantatur. Et notandum quod si kalende septembris sabbato evenerint, post vesperas de confessoribus subjungitur ant. de historia Job, scil. *Cum audisset Job*, cum collecta de dominica. Et si die dominica predicte kalende septembris evenerint, sabbato ad vesperas de confessoribus totum agitur ; post vesperas de historia Job subjungitur ant. *Cum audisset Job*, cum collecta de dominica. Vespere et alie hore de beata Maria et tunc et in crastino pretermittuntur. Ad matutinas de confessoribus totum agitur, excepto quod ewangelium dominice pronunciatur (excepto quod); invitatorium *Regem regum ;* ℟ canitur *In circuitu*, ultimum ℟ *Sint lumbi vestri*. Post matutinas canitur ant. de ewangelio, sequente collecta de dominica. In die ad missam, canonici capis sericis induuntur ; cantus servatur a duobus in choro ; post collectam de confessoribus sequitur oratio de sancto Prisco martire, deinde oratio de beato Egidio, abbate et confessore, scil. *Intercessio nos quesumus Domine*, deinde collecta de dominica, si dies dominica fuerit ; sequencia *Fraterna*.

In vigilia beate Marie virginis.

In vigilia beate Nativitatis Marie, de sancto Vivencio, archiepiscopo Remensi et confessore, agitur [1]. Ad matutinas de ipso canitur, et legitur de libro Job. Ad missam agitur sicut de uno confessore et episcopo *Statuit* et cetera.

Ad vesperas, quando deducitur dom. archiepiscopus a palacio in ecclesiam, canitur hec ant. *Tota pulcra es ;* in crastino ant. *Hec est regina virginum*. Ad vesperas itaque dicuntur ant. *Ortus conclusus es* et alie que secuntur, super psalmos *Letatus sum*,

1. *Ms. 328, f° 90 v°* : cum IX lectionibus et V cereis.

Ad te levavi, etc. ; ℟ *Stirps Jesse* cantatur a duobus diaconis ; hymnus *Quem terra pontus ethera* ; ant. ad Magnificat *Sancta Maria*. Ad completorium, super psalmos ant. *Qui habitat* ; hymnus *Jhesu redemptor* ; ad Nunc dimittis *Evigila*.

Dupliciter [v°] pulsatur, et ad matutinas a binis cantatur. Invitatorium a duobus presbiteris canitur, et incipitur IIIª antiphona a diacono tam ad vesperas quam ad matutinas, et in laudibus similiter canuntur Cantica canticorum. Inicium sancti ewangelii *Liber generacionis* pronunciatur. Ad primam ps. *Confitemini Domino* dicitur. Ad missam dicuntur laudes coram dom. archiepiscopo, si presens fuerit ; sequencia *Hac clara die* ; ewangelium legitur, scil. *Liber generacionis*, sed eo die tantum : in aliis enim diebus legitur evangelium *Exurgens Maria*. Integra procuracio debetur nobis et congregacionibus a dom. archiepiscopo in refectorio, et ibi debet legi passio sancti Adriani. Ad vesperas replicantur ant. de matutinis laudibus super ps. *Letatus sum* et alios ; ant. ad Magnificat *Nativitas tua*.

In hiis octavis sollempnibus, quas habemus de institucione domini Guillelmi, venerabilis Remensis archiepiscopi [1], et de consensu tocius Capituli, cantantur cotidie *Te Deum laudamus*, *Gloria in excelsis*, *Credo in unum* et prefacio *Et te in Nativitate* ; VII cerei cotidie ante majus altare statuuntur. Invitatorium cotidianum est *Ave Maria*, et cantari debet a puero ; sermones leguntur de beata Nativitate Marie virginis. Puer cantat gradale, subdiaconus *Alleluia*. Ad horas ℟ et ℣ alleluiantur.

Scito autem quod si festivitas beate Marie die dominica evenerit, ad matutinas et ad missam et tota die, dominica [2] prorsus tacetur ; secunda vero feria vel alia competenti, pronunciatur ewangelium dominice, et ad ultimum ant. et oratio dominice dicitur, nisi visum fuerit melius parcendum, si superhabundaverint septimane supra dominicales missas.

De sancto Maurilio, episcopo.

Infra has octavas agitur de beato Maurilio, episcopo Andegavensi et confessore, cum IX cereis. Ad vesperas, ant. *Nativitas gloriose* [61) super ps. *Letatus sum*, etc., et hoc propter octavas ; capit. de confessore ; hymnus *Iste confessor* ; ant. ad Magnificat *Exulta satis* ; post orationem de beato Maurilio subjungitur ant. cum collecta de octavis : non enim cantantur alie hore de beata Maria ; non pulsatur dupliciter, sed grosse campane pulsantur

1. *Il s'agit de Guillaume de Champagne, archevêque de Reims de 1176 à 1202, ou peut-être de Guillaume de Joinville, archevêque de 1219 à 1226.* — 2. *L'office du dimanche.*

in turre. Ad nocturnos dicuntur omnes antiphone, licet octave sint, et hoc ideo quia proprium habet hec festivitas ℟[1]. Post matutinas subinfertur ant. de octavis cum collecta, et sic finiuntur matutine. In die ad missam, duo servant cantum in choro ; canonici capis sericis utuntur ; sequencia *Gloriosa dies ; Credo in unum* et prefacio de octavis dicuntur. Ad horas ℟ et ℣ alleluiantur.

Si festivitas ista sabbato vel die dominica evenerit, post vesperas de confessore dicitur de octavis cum collecta, deinde de historia Thobie *Ne reminiscaris* cum collecta dominicali.

De Exaltacione sancte Crucis.

Eodem die, ad vesperas agitur de Exaltacione sancte Crucis cum IX candelabris et tunc et in crastino ante majus altare dispositis ; ant. *Nativitas gloriose* super psalmos, etc. ; capitulum de cruce ; hymnus *Signum crucis ;* ant. ad Magnificat *Crux fidelis ;* post collectam de Cruce sequitur ant. de octavis cum collecta. Si festivitas ista sabbato vel die dominica acciderit, subinferenda est de historia Thobie ant. *Ne reminiscaris* post collectam de octavis, sicut dictum est de festo sancti Maurilii ; de sanctis vero martiribus Cornelio et Cipriano, nil agitur ad vesperas. In primo vero nocturno ad matutinas, totum agitur de eisdem martiribus ; ant. III dicuntur, licet infra octavas, quia, cum in singulis nocturnis de Cruce dicantur III ant. propter proprietatem responsorii, (insc) inconsequens esset dicere unam solam ant. in I°[v°] nocturno ; lectiones III leguntur de martiribus, que reperiuntur post legendam de Nativitate beate Marie, et sic incipiunt *Sancti Cypriani festivitatem ;* III^a prima ℟ *Absterget*, etc. ; alia vero omnia de Cruce subduntur, scilicet VI lectiones sine ewangelio, que reperiuntur ante passionem sancti Mathei ; sex ℟ propria et VI ant. proprie et laudes proprie habentur de Cruce. Ipsa nocte illuminatur corona ante crucifixum ex veteri Ordinario ; et si fuerit dies dominica, ewangelium de dominica continue potest pronunciari. Post orationem de Cruce dicitur ant. et oratio de martiribus, postea ant. cum collecta de octavis, deinde ant. cum collecta de dominica. In die ad missam, totum agitur de Cruce, excepto quod in missa fiunt commemoraciones de martiribus, de octavis, de dominica ; canonici capis sericis induuntur ; sequencia *Laudes crucis ; Credo in unum* canitur quacumque die eveniat festivitas ista, et prefacio dicitur de Cruce. Ad horas ℟ et ℣ alleluiantur. Ad vesperas non repetuntur

1. Responsorium.

ant. de matutinis laudibus, sed ant. de octavis, scil. *Nativitas gloriose*, dicitur unica super psalmos; capitulum de Cruce; hymnus *Signum crucis*; post vesperas de Cruce subjungitur ant. cum collecta de octavis, et non fit aliqua commemoracio de sanctis. Quando octave iste accidunt IIII[a] feria de jejunio VII[i] mensis, prima missa cantatur de octavis, et dicitur *Gloria in excelsis*, et *Credo in unum*, et prefacio de octavis, et *Ite missa est*, et precentor servat cantum; secunda vero missa canitur de jejunio, absque ulla commemoracione de octavis et sine precentore.

Nocte sequente, fiunt IX lectiones de octavis, et in unoquoque nocturno dicitur una sola ant. propter octavas, et legitur ad matutinas sermo Fulberti, Carnotensis episcopi, *Approbate consuetudinis*, qui reperitur in fine Omeliarii hyemalis. In die [62] ad missam, puer cantat gradale, subdiaconus *Alleluia*; post collectam de octavis fit commemoracio de sancto Nichomede martire.

Sexto decimo kalendas octobris, festum agitur sanctorum Lucie et Geminiani et sancte Eufemie, virginis et martiris [1]. ℟ *Absterget Deus*. Ad missam due orationes sub una conclusione concluduntur, una scil. de sanctis Lucia et Geminiano et altera per se de sancta Eufemia.

In crastino, sancti Lamberti, episcopi et martiris [1].

De vigilia sancti Mathei, apostoli.

In vigilia sancti Mathei apostoli jejunatur. Ad missam introitus est *Ego autem*; ewangelium *Si vos manseritis in sermone.*

Festivitas ista cum VII cereis agatur [2]. Ad matutinas pronunciatur ewangelium *Vidit Jhesus hominem*, licet aliud ewangelium legatur ad missam. Procedunt diaconi et III subdiaconi; subdiaconi cantant gradale et dyaconi *Alleluia*; sequencia *Clare sanctorum*. Et si sabbato evenerit hec festivitas sancti Mathei, ad vesperas in die agitur de apostolo; post vesperas autem dicuntur ant. et oratio de sancto Mauricio, deinde ant. de historia Judith dicitur, scil. *Adonay*, et oratio dominice subinfertur. Si vero hec festivitas de dicto acciderit sabbato, post vesperas de apostolo ant. de historia Judith canitur, scil. *Adonay Domine*, et sequitur oratio dominicalis; et tunc ad matutinas ewangelium dominice pronunciatur, et post collectam de apostolo collecta de dominica subjungitur. Ad missam similiter oratio de dominica post col-

1. *Ms. 328, f° 92 v°* : cum tribus lectionibus. — 2. *Mss. 327 (f° 63 v°) et 328 (f° 93)* : cum novem cereis agitur; dupliciter pulsatur.

lectam de apostolo subinfertur. Tunc ad vesperas totum agitur de apostolo, et post vesperas ant. et oratio de sancto Mauricio dicuntur.

DE SANCTO MAURICIO.

De sancto Mauricio agitur cum v candelabris. Passio ipsius legitur; ℟ vi prima cantantur de communi responsorio [v°] *Absterget*, tria propria ultima cantantur, scil. *Mauricius*, *Sancta legio*, *Sanctorum corporum*; et proprie laudes, etc. Ad missam puer cantat gradale, subdiaconus *Alleluia*. Ad secundas vesperas, hymnus *Sanctorum meritis*.

Nota : statutum est quod si festum sancti Mauricii vel aliud festum, quod agitur cum v candelabris, sabbato evenerit et primas vesperas non habuerit [1], ultime vespere ipsius festi erunt de sancto, preterquam in Adventu et in LXX[a].

SANCTI FIRMINI, EPISCOPI ET MARTYRIS.

Septimo kalendas octobris agitur festum sancti Firmini, episcopi et martiris, cum IX candelabris et IX lectionibus. Invitat. *Regem sempiternum* ; ℟ canitur cum psalmis et ant. *Iste sanctus*, etc. ; IX ℟ *Vir inclitus Firminus* ; passio ipsius legitur ; et ad Benedictus ant. *O beate Firmine*. Ad missam canitur sequencia *Gloriosa dies* ; canonici capis sericis utuntur. Ad secundas vesperas, ant. *Beatus vir qui suffert*.

SANCTE JUSTINE, VIRGINIS.

Sexto kalendas octobris agitur [2] sancte Justine virginis, cum IX lectionibus et v cereis. VII ℟ *Pulcra facie*, VIII[us] *Induit*, que II[o3] ℟ inveniuntur in festo sancte Agnetis; IX ℟ *Gaudeamus*, et reperitur in festo sancte Agathe virginis. Cetera de communi virginum.

COSME ET DAMIANI, MARTIRUM.

Quinto kalendas octobris, Cosme et Damiani martirum. Ad vesperas, ant. ad Magnificat *Absterget*. Passio ipsorum legitur ; cantatur autem de communi ℟ *Absterget*, etc. Ad laudes matutinas, ant. de martiribus canuntur ; ad Benedictus ant. *Cosma et Damianus*.

IN VIGILIA SANCTI MICHAELIS.

Vigilia sancti Michaelis, postquam pulsatum fuerit ad vesperas, procedunt canonici ad San[63]ctum Michaelem [4] solummodo cum cruce precendente ; et, antequam ingrediantur ecclesiam, in primis gradibus cantor incipit *Archangele Xpisti* vel hoc

1. *Lire* habuerit. — 2. *Sous-entendre* festum. — 3. *Lire* duo. — 4. *L'église de Saint-Michel dans le cloître de Notre-Dame (la cathédrale).*

ewangelium[1] *Fidelis sermo ;* et, dicto *Kyrieleison* III, *Pater noster* et ℣ *In conspectu angelorum psallam tibi*, sequitur oratio de sancto Michaele. Deinde cantantur vespere, in quibus psalmi de feria cantantur et antiphone. Si sabbato contigerit hec vigilia, post vesperas de angelis repetitur ant. de historia cum collecta. Si vero die dominica acciderit, sabbato precedente post vesperas de angelis repetitur ant. de historia cum collecta, et ad matutinas legitur ewangelium de dominica, et ex eo canitur ant. cum collecta post orationem de angelis. Regressi canonici in chorum Beate Marie cantant vesperas de beata Maria. Ad matutinas, nec cantatur nec pulsatur dupliciter, sed IX candelabra ante majus altare statuuntur ; VI lectiones leguntur primo que sic incipiunt *Angelorum quippe et hominum naturam ;* sumuntur autem de omelia que sic incipit *Estivum tempus quod corpori meo*, et hoc de ewangelio quod legitur XXII[a] dominica post Penthecosten, quod est *Accesserunt ad Jhesum publicani et peccatores ut audirent eum*, versus finem libri ; ewangelium pronunciatur *Accesserunt ad Jhesum discipuli ejus dicentes Quis putas est major in regno celorum*, et reperitur in Omeliario sanctorum. Ipso die, cantata missa post primam, et cantata III[a], pulsatis insimul campanis, procedunt iterum canonici ad Sanctum Michaelem. In introitu ecclesie cantant ant. *Sancte Michael archangele*, et, dicto III *Kyrieleison*, *Pater noster* cum ℣ et oratione de angelis, cantatur missa cum III diaconi[v°]bus et III subdiaconis procedentibus. In missa ad Sanctum Michaelem precentor ebdomadarius tenet chorum solus ; canonici capis sericis induuntur ; sequencia *Ad celebres ; Credo in unum* dicitur. Ad vesperas, ant. de matutinis laudibus super psalmos diei replicantur[2], et post vesperas de angelis subjungitur ant. de beato Jeronimo confessore, scil. *Justum deduxit Dominus* cum collecta.

De beato Iheronimo.

Nocte sequente, de beato Iheronimo cum IX lectionibus et V cereis agitur. Lectiones habentur de ipso proprie ; ℟ commune canitur, scil. *Euge serve bone*. Ad missam puer cantat gradale, subdiaconus *Alleluia*[3].

1. *Lire probablement* hec antiphona de ewangelio. — 2. *Ms. 328, f° 94 v° :* Deinde sequitur de beato Iheronimo ; capit., hymnus et ℣ unius confessoris non pontificis ; ant. ad Magnificat *Iste est qui ante*, et postea memoria de angelis ant. *Sancte Michael*. — 3. *Mss. 327 (f° 64 v°) et 328 (f° 94 v°) :* et novem cereis agitur ; dupliciter pulsatur... Tria prima ℟ canuntur, scil. *Euge serve bone, Justus germinabit, Iste cognovit ;* cetera de communi unius confessoris non pontificis. Ad missam duo subdiaconi cantant gradale et duo diaconi *Alleluya*. Canonici capis sericis utuntur.

DE TRANSLACIONE BEATI REMIGII.

In utraque festivitate sancti Remigii, presbiteri et pueri de Sancto Symphoriano, de Sancto Dyonisio et de Sancta Nutrice [1] tenentur esse rasi.

Pridie kalendas octobris, in translacione sancti Remigii, quando canonici processuri sunt ad Sanctum Remigium, pulsatur ad vesperas ex toto more solito, scil. dupliciter. Sequitur *Kyrieleison*, *Pater noster*, ℣ et oratio de confessore. Ad vesperas, super psalmos ant. dicuntur *O quam venerandus es* et cetere sequentes, monachi cantant ℟ ; quo dicto cum *Gloria Patri*, tunc incipit succentor noster ipsum ℟, et totus canitur ; postmodum hymnus *Presul Remigius* ; ℣ *Ecce sacerdos magnus* cantatur a canonico nostro. Inde regressi canonici in chorum Beate Marie, cantantur vespere de ipsa sollempnitate beati Remigii cum una sola ant. super psalmos, cum hac scil. *O quam venerandus*, et sine hymno ; capit. vero *Ecce sacerdos magnus* ; ℣ tamen dicitur et ant. ad Magnificat *Iste est qui ante Deum* sine versu ; post orationem autem que a presbitero debet cantando dici, dicitur a solo puero *Benedicamus Domino*. Vespere et [*ms. 327, f° 65*] alie hore de beata Maria subticentur omnino. Ad completorium prima ant. *Qui habitat* ; hymnus *Jhesu redemptor* ; ad Nunc dimittis ant. *Evigila*.

Ad matutinas dupliciter pulsatur et cantatur ; duo diaconi invitatorium ; omnia habentur propria de ipso, sicut in alio festo : quintum tamen ℟ est *Per beatum*, sextum etiam *O beati viri* ; ewangelium pronunciatur *Sint lumbi vestri precincti*, licet aliud ewangelium legitur ad missam, scilicet *Vigilate*.

Ipso die, statim post capitulum, cantatur missa ad majus altare. ℟ ad horas alleluiantur. Deinde, cantata tercia et pulsatis campanis insimul, procedunt canonici ad Sanctum Remigium nichil cantantes, sed in introitu ecclesie incipit cantor ℟ *Iste est de sublimibus* ; quo finito, dicitur ter *Kyrieleison*, *Pater noster*, ℣ cum oratione de sancto Remigio. Ad processionem per claustrum, primum ℟ incipit in choro cantor noster, scil. *Sancte Remigi* ; deinde in claustro aliud ℟ *O presul Xpisti* ; in introitu chori canitur ℟ *Iste est de sublimibus*. Ad missam succentor noster tenet cantum in choro cum cantore illius ecclesie ; subdiaconus noster legit epistolam, cum quo alius subdiaconus [v°] noster procedit ; duo subdiaconi nostri cantant gradale, et monachi *Alleluia* ; sequentia canitur *Ad celebres* vel *Eya simul*, et

1. *Ste Balsamie, nourrice de S. Remi. L'église collégiale de Sainte-Nourrice ou Sainte-Balsamie.*

Credo in unum Deum dicitur, quia beatus Remigius Francorum fuit apostolus, nec tamen dicitur prefatio [*ms. 328, f° 95 :* de apostolis]. Si vero archiepiscopus presens fuerit, ita fit sicut in alio festo sancti Remigii.

Ad vesperas, super psalmos de apostolo dicuntur ant. *Juravit Dominus*, *Collocet* et alie, et post vesperas sequitur ant., scil. *Hic est vir*, de sancto Leodegario.

In utraque festivitate beati Remigii IX candelabra ante majus altare disponuntur, et dupliciter pulsatur et dupliciter cantatur, et nota quod non facimus octabas de hoc festo.

IN DEDICATIONE BEATI REMIGII.

In crastino beati Remigii translationis, procedunt iterum canonici ad Sanctum Remigium, annuam ejus ecclesie dedicationis [1] celebraturi. In introitu ecclesie incipit cantor ant. *Pax eterna ;* qua finita, ter dicitur *Kyrieleison* et *Pater noster*, ℣ *Hec est domus Domini firmiter edificata*, et collecta [de] dedicatione. Per claustrum ad processionem cantatur ℟ *Benedic Domine domum istam*, deinde aliud ℟ *Domus mea*, et in medio ecclesie canitur ℟ *Terribilis* ; in introitu chori *Pax eterna*. Eo die nullus ex canonicis nostris ministrat ad missam, neque diaconus, neque subdiaconus, neque acolitus, sed solummodo succentor noster tenet cantum in choro. Sequentia canitur *Eya simul* vel *Ad celebres*.

LEODEGARII, MARTIRIS.

Sexto nonas octobris aguntur IX lectiones de beato Leodegario, episcopo et martire, cum quinque candelabris ante majus altare dispositis. Propria legenda de ipso habetur ; responsorium canitur *Iste sanctus*, etc. Ad missam puer cantat gradale, subdiaconus *Alleluia*.

[*Ms. 326, f° 64*] SANCTI FRANCISCI, CONFESSORIS.

Quarto nonas octobris agitur festum sancti Franci[sci] confessoris, cum tribus lectionibus.

Pridie nonas octobris agitur festum beate FIDIS, virginis et martiris. In matutinis leguntur III lectiones de passione ipsius, que reperiuntur in libro sancti Martini post legendam beatorum martirum Gervasii et Prothasii, Celsi et Nazarii [2].

SANCTORUM MARCI, PAPE, MARCELLI ET APULEI, MARTYRUM.

Nonas octobris, Marci pape et Apulei martirum [3].

1. *Lire* dedicationem *ou sous-entendre* diem. — 2. *Ms. 328, f° 96 :* Nisi dies dominica fuerit : nam tunc sex prime lectiones erunt de tempore, ut patet per simile supra in translatione sancti Martini. — 3. *Ms. 328, f° 96* : cum tribus lectionibus.

De processione ad Sanctum Dyonisium.

Septimo ydus octobris, procedunt ad Sanctum Dyonisium. In introitu ecclesie canitur hec ant. *O beate Dyonisi ;* sequitur *Kyrieleison* ter, *Pater noster* cum ℣ et oratione de martiribus. Ad vesperas, canitur ℟ in ecclesia Beati Dyonisii *Preciosus Domini ;* hymnus *Sanctorum meritis ;* post vesperas subjungitur ant. de dedicacione ipsius ecclesie, hec scil. *Zachee*, cum oratione. Regressi inde in chorum Beate Marie, cantant vesperas de beata Maria. Ad matutinas, septem cerei ante majus altare disponuntur. In crastino, in introitu ecclesie Sancti Dyonisii canitur hec ant. *Et facta est*, *Kyrieleison* ter, *Pater noster*, etc. Ad missam tres dyaconi et tres subdiaconi procedunt ; sequencia *Fraterna*. Ad vesperas, [ant.] de matutinis laudibus non repetuntur super psalmos [1].

Sancti Calixti, pape, martyris.

Festivitas beati Calixti, pape et martiris, cum IX candelabris agitur, nec dupliciter pulsatur nec dupliciter cantatur. Ad vesperas, ad Magnificat ant. *Venerandus es*. Hore de beata Maria subticentur. Ad matutinas invitatorium est *Regem sempiternum ;* passio ipsius legitur ; ℟ *Iste sanctus*, etc., sed IX et ultimum ℟ est *Vir iste in populo suo ;* non pronunciatur ewangelium. Ad Benedictus ant. *Qui prece te querunt*. Ad missam canonici capis sericis induuntur ; sequencia [v°] *Gloriosa dies*. Ipso die, ad vesperas super psalmos de feria canuntur ant. de feria ; post vesperas repetitur ant. de sancto Basolo cum oratione de eodem.

De sancto Basolo.

De sancto Basolo aguntur IX lectiones de vita ipsius, cum quinque candelabris ante majus altare dispositis. Ad missam puer cantat gradale, subdiaconus *Alleluya*.

De sancto Luca, evangelista.

De sancto Luca evangelista agitur cum V candelabris, pridie Dedicacionis ecclesie Remensis. Ad vesperas, capit. *Non vos me elegistis ;* hymnus *Exultet celum ;* ad Magnificat *Ecce ego Johannes*. Ad matutinas, invitatorium *Regem evangelistarum ;* ℟ *In visione*, etc. per ordinem ; sermo legitur *Dominicus sermo quem debemus*. Ad Benedictus ant. *In medio et in circuitu*. Ad horas diei repetuntur antiphone de matutinis laudibus. Ad missam dicimus *Gloria in excelsis*, et *Credo in unum*, et prefacionem de apostolis ; puer cantat gradale, subdiaconus *Alleluia* [2].

1. *Ms. 328, f° 96* : licet sint VII candelabra et licet antiphone et ℟ et cetera sint propria de ipso, et hoc est propter processionem. — 2. *Mss. 327 (f° 66) et 328 (f° 96 v°) :* cum novem candelabris ; dupliciter pulsatur... Ad vesp., ps. et ant. de feria ; capit... Duo subdiaconi cantant gradale, duo diaconi *Alleluia*.

De Dedicacione Remensis ecclesie.

In Dedicacione Remensis ecclesie, sero ad vesperas, quando dom. archiepiscopus cum processione deducitur a palacio in ecclesiam, canitur hec ant. *Fundamenta templi hujus*; in crastino ant. ista *Benedic Domine*. Ad vesperas, super psalmos canuntur hec ant. *In domum Domini*, *Beatus vir*, *Et omnis*, *In conspectu*, *Lauda Jherusalem*, ps. *Letatus sum*, *Nisi Dominus*, *Memento Domine*, *Confitebor tibi Domine*, *Lauda Jherusalem*; ℟ *Terribilis* cantatur a duobus diaconis. Ad completorium, et tunc et die sequente, ant. prima *Qui habitat;* hymnus *Jhesu redemptor seculi*; ad Nunc dimittis *Evigila*: reliquis vero VI diebus, ant. *Miserere*; hymnus *Xpiste qui lux es*; ant. II[a] *Salva nos*. Ad matutinas dupliciter pulsatur et cantatur; duo sacerdotes cantant invitatorium. Hore de beata Maria pre[65]termittuntur, et similiter sex aliis diebus sequentibus pretermittuntur omnino, nec in illis memoria pro defunctis agitur, nisi presens fuerit mortuus. Ipso die tantum, ad primam cantatur ps. *Confitemini Domino*. Ad processionem, quando canonici capis sericis induti exeunt de choro, incipit cantor ℟ *Benedic Domine*; postea in claustro aliud ℟ *Fundata est*; deinde ℟ istud *Domus mea* canitur in circueundo chorum; et cantantur omnia ℟ cum versibus; in media autem nave ecclesie incipit cantor ℟ *Terribilis*, et ad cantandum versum in pulpito mittit canonicos plures habentes voces altisonas; deinde, canonicis ingredientibus chorum, incipit ant. *Pax eterna*. Ad missam fiunt laudes coram archiepiscopo, si presens fuerit; sequencia *Eya simul*; *Credo in unum* dicitur et prefacio cotidiana. Ad horas diei expenduntur antiphone de matutinis laudibus, et per alios sex dies; primo die ℟ alleluiantur ad horas, sed in aliis diebus minime. Ad vesperas ejusdem diei et per alios dies sequentes, replicantur supradicti psalmi cum predictis antiphonis de matutinis laudibus, sed in aliis diebus cum una sola ant.; quarta ant., que non replicatur ad horas, scil. *Benedic*, ad Magnificat vel ad Benedictus potest cantari in aliquo dierum sequencium. Ad matutinas cotidie dicuntur IX psalmi de festivitate cum prima ant. de nocturnis. Cotidie dicuntur *Gloria in excelsis* et *Credo in unum* et *Te Deum laudamus*. Ad vesperas et ad matutinas cotidie VII candelabra ante majus altare statuuntur. Dominica die, que infra hos VII dies occurrerit, pronunciatur ewangelium de dominica, nisi visum sit melius esse parcendum, si superhabundaverint septimane supra dominicales missas, et cantatur invitatorium [v°] primi diei, scil. *Exultemus Domino*; in aliis diebus cotidianum invitatorium est *Regem magnum Deum*, et cantatur a puero.

Puer cantat cotidie gradale, subdiaconus *Alleluia*. Septima dies, sicut et precedentes, cum tribus tantum lectionibus agitur. Si autem die dominica acciderit hec festivitas, ad matutinas et ad missam et tota die, dominica prorsus tacetur ; secunda vero feria vel alia competenti potest pronunciari ewangelium dominice, nisi melius visum fuerit esse parcendum.

Festum Dedicacionis octavas non habet.

Festum Dedicacionis octavas non habet, quia a veteri Lege habuit originem, in qua non deserviebatur ebdomadi, id est octonario, sed obdoadi, id est septenario ; septimum enim diem, id est sabbatum observabant, et septimam septimanam, id est Penthecostem, et VII [1] (diem) mensem, id est Septembrem, et VII [1] annum, id est annum requiecionis, et septimum annum septime decadis, id est jubileum ; vel possumus dicere quod totus Xpistus, id est sponsus et sponsa ejus Ecclesia domus est Dei una, quia et in capite Xpisto plenitudo divine gracie habitavit [2], « et de plenitudine ejus omnes nos accepimus [3] » ; hec domus, quantum ad Xpistum caput, fabricata est in ejus concepcione, dedicata vero in ejus ressurrectione, quando « resurgens a mortuis » [4] immortalitatis gloria confirmatus est ; quantum ad Ecclesiam militantem, cotidie « fabricatur hec domus » [5], dum in hac vita laborat, dum « super dorsum ejus » malleis tribulacionum « fabricant peccatores » [6] ; dedicabitur autem in futuro, in octava resurrectionis, id est in gloriali resurrectione, quando sancti, resurgentes a mortuis, « stabunt in magna constancia » [7] « fulgentes sicut sol » [8] ; et quia adhuc exspectamus illam octavam, non celebratur hic octava Dedicacionis. [9]

Crispini et Crispiniani.

Octava die, IX lectiones de sanctis martiribus Crispino et Crispinia[66]no cum V candelabris ante majus altare dispositis, licet die dominica acciderit VII^a dies, quia Dedicacio octavam non habet, et ideo VII^a die ad vesperas totum agitur de sanctis Crispino et Crispiniano. Ad vesperas, hymnus *Rex gloriose martirum* vel *Sanctorum meritis* ; ant. ad Magnificat *Fulgebunt justi* ; et tunc vespere et alie hore de beata Maria repetuntur. Ad matutinas legitur passio ipsorum ; ℟ canitur *Absterget*, etc.

1. *Lire* septimum. — 2. *Cf.* Colos. II, *9.* — 3. Joan. I, *16.* — 4. Rom. VI, *9.* — 5. Hebr. III, *4.* — 6. Psalm. CXXVIII, *3.* — 7. Sapient. V, *1.* — 8. Matth. XIII, *43.* — 9. *Ste Cilinie, mère de S. Remi, dont la fête était célébrée solennellement le 21 octobre à Laon, dès la fin du XIIe siècle (voir* Bibl. liturg., *t. VI, p. 363), n'est mentionnée ni dans le* Calendrier, *ni à cet endroit ; son culte liturgique à Reims commence seulement au XVIIe siècle.*

Ant. ad Benedictus *Martyres sancti*. Ad vesperas in die, ant. ad Magnificat *Gaudent in celis*.

In vigilia apostolorum Symonis et Jude.

In vigilia apostolorum Symonis et Jude, nichil omnino agitur de apostolis. Ad matutinas eo die jejunatur et propria missa celebratur de jejunio.

Ad vesperas, ant. ad Magnificat *Isti sunt viri sancti*. Ad matutinas legitur passio ipsorum et non pronunciatur ewangelium ; ℟ canitur *Ecce ego*, etc. Ant. ad Benedictus *Beati eritis*. Ad vesperas in die, ant. ad Magnificat *Dum steteritis*. Hoc festum cum VII candelabris agitur [1]. Ad missam procedunt III diaconi et III subdiaconi ; sequencia *Clare sanctorum*. Si hec festivitas sabbato evenerit, nichilominus ipso die dicuntur vespere de apostolis. et post vesperas de apostolis subinfertur hystoria, scil. *Vidi Dominum*, cum collecta de dominica.

Sancti Quintini, martyris.

Festum sancti Quintini eque sollempniter celebramus sicut festum sancti Rigoberti, scilicet cum IX candelabris, sed nec dupliciter cantatur nec pulsatur ; majores autem campane pulsantur in turre ; et hoc festum est ad peticionem canonici nostri Mathei Sothi de Sancto Quintino, de cujus munificencia habemus L solidos annuatim distribuendos, medietatem hiis qui matutinis et alteram hiis qui misse interfuerint. Ad vesperas, ant. ad Magnificat *Hic est vir qui non est*. Ad matutinas, invitatorium *Regem sempiternum* ; ℟ *Iste sanctus*, etc. ; IX ℟ *Vir inclitus Quintinus*. Ad Benedictus ant. [v°] *O beate Quintine magna est fides tua*. Passio ipsius legitur. Ad missam duo tenent cantum in choro, succentor et precentor ebdomadarius ; sequencia *Gloriosa dies*. Canonici non utuntur capis sericis a Dedicacione Remensis [2] usque ad Pascha, nisi in festo beati Remigii in januario, et tunc solummodo racione consorcii monachorum. Post missam de beato Quintino, cantata VI^{a}, cantata [3] missa de jejunio, id est de vigilia Omnium sanctorum, nisi fuerit dies dominica : tunc enim de missa ad vigiliam ordinata omnino tacetur.

Vigilia Omnium sanctorum.

Vigilia Omnium sanctorum, ad vesperas, quando deducitur dominus archiepiscopus cum processione a palacio in ecclesiam, canitur hic [4] ant. *Timete Dominum* ; in crastino autem, quando

1. *Mss. 327 (f° 67 v°) et 328 (f° 98 v°)* : c. novem candelabris agitur ; dupliciter pulsatur. — 2. *Sous-entendu* ecclesie. — 3. *Lire* cantatur. — 4. *Lire* hec.

similiter deducitur cum processione, canitur hec ant. *Beati estis.* Ad vesperas, super psalmos ant. *In consilio justorum* cum aliis antiphonis et psalmis, et iterantur eodem modo ad vesperas sequentis diei cum eisdem antiphonis et psalmis, ℟ canitur a duobus diaconis, scil. *Beata vere mater*; ant. ad Magnificat *Salvator mundi.* Ad completorium, super psalmos ant. *Qui habitat*; hymnus *Jhesu redemptor*; ad Nunc dimittis ant. *Evigila*: et hoc fit utroque sero.

Ad matutinas duppliciter pulsatur, sicut ad vesperas, et in die similiter ad vesperas, et duppliciter cantatur. Invitatorium canitur a duobus diaconis. Si hec sollempnitas die dominica evenerit, sabbato post vesperas, dicta oratione de Omnibus sanctis, dicitur ant. de prophetia, scil. *Vidi Dominum*, cum collecta de dominica; et ad matutinas ewangelium de dominica pronunciatur, et post matutinas, dicta oratione de Omnibus sanctis, antiphona de ewangelio subinfertur cum oratione.

De festo Omnium sanctorum.

Ipso die, cantantur ad horas antiphone *Fulgebunt justi* et alie sequentes, et ℟ alleluiantur ipso die tantum. Ad primam cantatur [67] ps. *Confitemini.* Post primam, de longa consuetudine, faciunt canonici commendacionem pro anima domini Ebali[1], archiepiscopi, qui altare de Bethiniaca villa[2] pro anniversario suo faciendo nobis donavit, et mansiones archiepiscopi labefactas peroptime reparavit, et thesaurum ecclesie adnichilatum plenissime restauravit; verum etiam de ipsius thesauri redditibus natulas[3] in choro in festivitate Omnium sanctorum annuatim haberi constituit. Et si festivitas Omnium sanctorum die dominica evenerit, post primam, facta aqua benedicta, canonici faciunt processionem, et, finita ant. *Benedic Domine*, cantant ℟ *Concede nobis Domine* cum ℣; in introitu ecclesie cantant ℟ *Sint lumbi* deambulando circa chorum; postea procedunt in medio ecclesie et ibi, decurso ℟ predicto, cantant ℟ *O vere mater*; versum autem cantant adolescentes super pulpitum; et, facta repeticione, ingrediuntur chorum cantantes ant. *O quam gloriosum est regnum.* Ad missam, post collectam de omnibus sanctis dicitur collecta de beato Cesareo; *Credo in unum* dicitur, et prefacio cotidiana, et ℟ alleluiantur; v subdiaconi et v diaconi procedunt, si dominus archiepiscopus presens fuerit. Sciendum etiam quod, ipso die, post vesperas de Omnibus sanctis expletas, pulsatis insimul campanis, incipit cantor *Placebo*

1. *Ebles de Roucy, archevêque de Reims de 1021 à 1033.* — 2. *Bétheniville, arrond. de Reims (Marne).* — 3. *Nattes ou tapis.*

Domino, et tunc dicuntur vespere pro fidelibus defunctis cum *Kyrieleison* ter repetito, et *Pater noster*, et precibus consuetis et *Miserere* et una sola oratione, scilicet *Fidelium Deus*. Sequenti nocte, post matutinas, pretermissis horis de beata Maria, matutine pro defunctis cum IX lectionibus aguntur cum precibus et una sola oratione, scilicet *Fidelium Deus*. In hiis octavis pretermittuntur hore de beata Maria.

Ipso die, post primam XV psalmi dicuntur pro defunctis [v°] similiter cum precibus et una sola oratione, scilicet *Fidelium Deus*. Post capitulum revertentes in chorum faciunt generalem commendacionem, et percurrunt psalmos usque ad psalmum alium *Ad Dominum cum tribularer*. Ad missam diaconi pro defunctis [1] cantant tractum.

Item notandum quod si festivitas Omnium sanctorum die sabbati evenerit, ipso die ad vesperas non agitur commemoracio pro defunctis, sed differtur in crastinum.

Hec festivitas habet octavas que non sunt sollempnes. In hiis octavis invitatorium cotidianum est *Regem sanctorum omnium venite adoremus* ; super psalmos de festivitate sufficit unica antiphona *Novit Dominus* ; legitur de prophetis vel de Machabeis, et hec ℟ canuntur, tria tantum in singulis noctibus : ℟ *In circuitu tuo Domine*, ℟ *Lux perpetua*, ℟ *Vidi conjunctos*, ℟ *Isti sunt viri sancti*. ℣ *Sancti per fidem*, ℟ *Propter testamentum*, ℟ *Sancti mei qui in isto*, ℟ canitur *Fulgebunt justi*, ℟ *Sint lumbi*, ℟ *Beata vere mater*. Ad laudes matutinas super psalmos canitur ant. *Fulgebunt justi* ; ad Benedictus et ad Magnificat cantantur hec ant. *Fulgebunt justi et tanquam*, *Sancti tui Domine*, *Sanctum et verum lumen*, *Lux perpetua*, *Sint lumbi*, et, si necesse fuerit, antiphone de nocturnis repetuntur, prima et IIII^a et VII^a, que repetuntur dominica infra octavas ; et in octavis tria tantum candelabra ante majus altare ponuntur. *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis* non dicuntur. Ad primam canitur hec ant. *Fulgebunt justi*. Ad III^am ant. *Dabo sanctis meis* ; ℟ *Letamini in Domino*, etc. absque *Alleluia*. Ad VI^am ant. *Justi autem* ; ℟ *Exultent justi*, etc. Ad IX^am ant. *Exultabunt* ; ℟ *Justi autem*, etc. Ad missam, epistola *Sancti per fidem* ; *Alleluia Sancti tui* ; ewangelium *Descendens Jhesus de monte* ; puer unus cantat gradale, et alius *Alleluia*. Ad vesperas canitur unica ant., scilicet *In consilio justorum*, super psalmos qui cantati fuerunt [68] in vigilia festivitatis ; hymnus *Jhesu salvator seculi* ; cantor non incipit ant. ad Magnificat vel ad Benedictus ; in hiis octavis

1. *Il faut lire selon toute apparence :* **Ad missam pro defunctis diaconi.**

nunquam fit commemoracio de Cruce, nec dicitur ad completorium *Fidelium Deus*, nisi eo die celebrentur exequie presentis mortui vel anniversarium.

Sabbato infra octavas, ant. ad Magnificat *Salvator mundi.* Ad matutinas invitatorium est *Regem regum Dominum ;* super IX psalmos de festivitate sufficit unica antiphona in singulis nocturnis : in primo scilicet nocturno *Novit Dominus;* in II° nocturno *Domine qui operati ;* in III° nocturno *Timete Dominum ;* legitur de prophetis, et predicta ℟ canuntur, scilicet *In circuitu, Lux perpetua, Vidi conjunctos*, etc. ; ewangelium de dominica pronunciatur et ex eo ant. cum collecta de dominica post orationem de Omnibus sanctis. In matutinis laudibus ant. *Fulgebunt;* ad Benedictus ant. *Beati estis*. In die ad vesperas, ant. ad Magnificat *O quam gloriosum*, nisi sequenti secunda feria acciderint octave, quia ad vesperas erit ant. *Salvator*.

OCTAVE OMNIUM SANCTORUM.

Sexto idus novembris celebramus octavas predicte festivitatis cum V candelabris et IX lectionibus. Ad vesperas ant. ad Magnificat *Salvator mundi*. Ad matutinas invitatorium est *Regem regum Dominum*. In singulis nocturnis dicitur una propria ant. de festivitate super IX psalmos ejusdem festivitatis ; IX lectiones leguntur de quodam sermone qui sic incipit *Predicante Domino dilectissimi*, et reperitur in fine Omeliarii sanctorum ; ℟ predicta canuntur, scilicet *In circuitu, Lux perpetua, Vidi conjunctos*, etc. In matutinis laudibus, ant. *Fulgebunt ;* ad Benedictus ant. *Beati estis ;* et si fuerit dies dominica, ewangelium de dominica pronunciatur, et ex eo antiphona post orationem de Omnibus sanctis. Ad primam et ad ceteras horas repetuntur ant. *Fulgebunt*, etc., et ℟ *Letamini*, etc. Ad missam post orationem de Omnibus sanctis subjungitur [v°] oratio de festo IIII^or^ Coronatorum, et sequitur collecta de dominica. Ad vesperas, ad Magnificat ant. *O quam gloriosum*.

THEODORI, MARTYRIS.

Quinto ydus novembris, Theodori, martiris.

DE PROCESSIONE AD SANCTUM MARTINUM.

Tercio ydus novembris, pulsatis insimul campanis, ad vesperas canonici procedunt ad Sanctum Martinum. In introitu ecclesie canitur ant. *Exequie Martini ;* qua finita, dicitur *Kyrieleison* ter, *Pater noster* cum ℣ et oratione de sancto, scilicet *Concede nobis omnipotens Deus venerandi*[1] *beati Martini*[2]; ant. ad Magnificat

1. *Ou* venerabilis? — 2. *Ms. 328, f° 101 v° :* Ps. et ant. de feria; cetera unius confessoris pontificis; septem cerei statuuntur ante altare.

O Martine ; deinde cantantur vespere. In isto festo, nec infra octavas fit commemoracio de Cruce. Reversi autem canonici in majorem ecclesiam cantant vesperas de beata Maria. Ad matutinas, invitatorium *Martinus ecce ;* super nocturnos ant. *Sanctus Martinus, Cum repente* et alie sequentes. In crastino in introitu ecclesie Sancti Martini canitur ant. *O Martine ;* deinde *Kyrieleison, Pater noster* cum ℣ et collecta de sancto. Postea, cantata tercia, missa celebratur, nec utuntur ibi canonici capis sericis, nec alibi a Dedicacione Remensis ecclesie usque ad Pascha, nisi solummodo in festo beati Remigii ratione consorcii monachorum, sicut jam diximus ; sequencia *Gloriosa dies.* Post missam, ibidem decurrunt sextam, et interim sacerdos et alii qui ministraverunt cum eo, scilicet diaconi et subdiaconi procedentes, deponunt sacra vestimenta. Reversi canonici in majorem ecclesiam cantant utramque sextam.

Festivitas ista habet octavas, que non sunt sollempnes. In hiis octavis cotidianum invitatorium est *Regem confessorum ;* tria tantum candelabra ante majus altare ponuntur. *Te Deum laudamus, Gloria in excelsis* non dicuntur, licet diaconus et subdiaconus utantur dalmatica et tunica ; puer ad missam cantat gradale et alius puer *Alleluia,* et *Ite missa est* dicitur. Ad Benedictus et ad Magnificat [69] repetuntur antiphone, que dicuntur in die festivitatis super nocturnos, scilicet *Sanctus Martinus, Cum repente,* etc. ; alie vero antiphone, scilicet *Martinus adhuc, Sancte Trinitatis,* et alie vero antiphone, scil. *Martinus adhuc,* expenduntur cotidie in ordine super nocturnos. Ad matutinas in hiis octavis, nunquam fit commemoracio de Cruce, nec dicitur ad completorium *Fidelium Deus,* nisi eo die celebrentur exequie presentis mortui vel anniversarium. Cantor non incipit antiphonam ad Magnificat vel ad Benedictus.

Sabbato infra octavas, ad vesperas dicitur ant. ad Magnificat *Ora pro nobis.* Die dominica ad matutinas invitatorium est *Martinus ecce,* sicut et in die octavo, qui cum IX lectionibus agitur ; super primum nocturnum ant. unica *Martinus adhuc ;* super secundum nocturnum ant. *Confido ;* super III nocturnum ant. *Dominus Jhesus Xpistus ;* legitur de prophetis, sicut et in aliis diebus infra octavas. Ad laudes matutinas, ant. *Dixerunt ;* ad Benedictus ant. *Media nocte.*

Septimo die, ad vesperas ant. ad Magnificat (ant.) *Martine.* Nocte sequente ad matutinas legitur de sancto Martino ; antiphone super III nocturnos *Martinus adhuc, Confido, Dominus Jhesus Xpistus,* sicut in die dominica infra octavas ; ant. ad Benedictus *Glorificati hominis.* Ad missam puer cantat gradale,

subdiaconus *Alleluia*. Ad vesperas ipso die, ad Magnificat ant. *O quantus luctus*, sicut ipso die festivitatis.

SANCTI BRICII, EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Festum sancti Bricii cum v candelabris et IX lectionibus agitur. Ad matutinas, invitatorium *Regem confessorum ;* per singulos nocturnos dicuntur singule antiphone unius confessoris propter octavas sancti Martini ; VI lectiones leguntur de sancto Bricio ; deinde pronunciatur ewangelium *Sint lumbi*. Post collectam de sancto Bricio, ad utrasque vesperas et ad matutinas, canitur ant. cum oratione de sancto Martino. Et si dies dominica evenerit et pronunciatum fuerit ewangelium, ultimo diçetur ant. et oratio de dominica. Ad missam, et post orationem de sancto Bricio, re[v°]petitur collecta de sancto Martino ; puer cantat gradale, subdiaconus *Alleluia*. Ipso die sancti Bricii debet fieri anniversarium domini Henrici, archiepiscopi Remensis.

SANCTE CECILIE, VIRGINIS.

Festivitas sancte Cecilie cum v candelabris et IX lectionibus agitur. Legenda propria habetur de ipsa, et proprium ℟. Puer cantat gradale, subdiaconus *Alleluia*.

SANCTI CLEMENTIS, PAPE ET MARTIRIS.

Festum sancti Clementis, pape et martyris, cum v candelabris et IX lectionibus agitur. Passio ipsius legitur ; sex prima ℟ canuntur de communi responsorio *Iste sanctus ;* tria ultima ℟ habentur et proprie laudes, et ad utrasque vesperas, ant. ad Magnificat et ad Benedictus. Ad missam post collectam de sancto Clemente subjungitur oratio de sancta Felicitate ; puer cantat gradale, subdiaconus *Alleluia*.

GRISOGONI, MARTYRIS.

In crastino agitur festum sancti Grisogoni, martiris.

SANCTE KATHERINE, VIRGINIS.

Festivitas beate Katherine cum IX candelabris agitur. In turre pulsatur. Ad Magnificat ant. propria de ipsa habetur, scilicet *Inclita sancte*. Ad matutinas passio ipsius legitur ; commune ℟ virginum canitur, excepto quod III ℟ est proprium de ipsa, scil. *Virgo flagellatur*, et VI similiter *Horrendo*, et IX *O mater nostra*. In I° nocturno, ant. *Ante thorum, Sicut lilium, Hec est que nescivit ;* in II° nocturno, ant. *Specie tua, Adjuvabit eam, Dignare me laudare ;* in III° nocturno, [ant.] *Tota pulcra es, O quam pulcra est casta, Hec est virgo sancta*. Ad matutinas laudes, ant. communes de virginibus ; ad Benedictus tamen ant. propria, scil. *Prudens et vigilans*. Ad vesperas in die, ant. ad Magnificat

Ave virginum. Ad missam cantatur introitus *Gaudeamus*; epistola *Domine Deus meus*; ℟ *Audi filia* et ℣ *Alleluia Diffusa est*; sequencia canitur *Vox sonora nostri*; ewangelium *Simile est regnum celorum decem virginibus*; offertorium *Filie regum*; communio *Simile est regnum celorum*.

SANCTI BASOLI.

[70] Festum sancti Basoli in novembre cum III lectionibus tantum agitur, quoniam aliam festivitatem ipsius cum IX lectionibus agere consuevimus. In hoc autem festo legitur de prophetis et canitur de confessore. [1]

PRO MORTALITATE.

Pro mortalitate introitus *Salus populi*; ℟ *Protector noster*; *Alleluia Ostende nobis* vel, si processio talis fiat infra LXX^am^, tractus *Domine non secundum*; offertorium *Precatus est Moyses*; communio *Amen dico*. Dominica XXIII^a^ post octavam Penthecostes, collecta, epistola et ewangelium de majori letania; eundo

1. *Le ms. 328 donne ici les additions suivantes* (f° 103) : DE ROGATIONIBUS. — In Rogationibus ita fit : In prima statione, scilicet ad Sanctum Hylarium extra muros, unus presbiter et duo diaconi jacent coram altari et similiter in alia statione, scil. in secunda, unus presbiter et duo diaconi alii ab istis primis, et similiter etiam in tercia stacione; eodem modo fit et in aliis diebus sequentibus; ad missam vero diaconus ebdomadarius legit evangelium, duo diaconi procedunt cum eo; subdiaconus epistolam, duo subdiaconi procedunt cum eo.

Sabbato in XII lectionibus sic debet fieri tabula ad missam : unus subdiaconus legit primam lectionem, alius secundam, alius terciam, alius quartam, alius quintam; pueri cantant responsa sic : puer primus cantat primum ℟, alius secundum, alius tercium, alius quartum; et postmodum post lectionem quintam cantatur *Benedictus* a precentore ebdomadario, et post epistolam canitur tractus a quodam [v°] subdiacono.

DE VIGILIA NATIVITATIS DOMINI. — In primo galli cantu diaconus ebdomadarius legit evangelium; duo diaconi ministrent cum eo : subdiaconus ebdomadarius epistolam; cum eo procedant duo subdiaconi. In summo mane fit idem fere, sed in hoc differunt quoniam duo pueri debent cantare ℟, duo subdiaconi procedentes *Alleluia*.

Dominica in Ramis, quando tractus est longus, sicut *Deus Deus meus respice*, duo diaconi et duo subdiaconi cantant illum, et duo procedentes cum subdiacono cantant ℟; similiter fit aliis diebus dominicis, quando tractus est longus.

Feria quinta in missa non dicitur *Credo in unum* nec *Gloria in excelsis*, nisi fiat crisma, nec *Agnus Dei* nec *Ite missa est*; immo procedunt duo subdiaconi et duo diaconi ad missam, duo subdiaconi cantant ℟, duo diaconi nichil. Post prandium fit mandatum, et debent pueri venire discalceati ad lavandum circa altare, et post venire in Capitulum, et ibi esse donec legatur lectio, et ferre incensum cum cereis cum diacono qui legit lectionem, et postmodum debet dari vinum ad bibendum a senescallis qui debent esse presentes.

IN PARASCEVE. — Feria sexta, que est in Parasceve, sic debet fieri post nonam : subdiaconus ebdomadarius legat epistolam, diaconus vero legat passionem; post lectionem primam duo subdiaconi, albis induti, cantant tractum *Domine audivi*, et post aliam lectionem, duo diaconi et duo subdiaconi cantant alium tractum *Eripe me*. Puer ferat ampullam de sacrario, presbiter unus Corpus Domini, et alius presbiter vinum non consecratum; duo pueri tenent crucem retro altare; duo diaconi scindant velum; duo presbiteri cantant *Popule meus*, duo diaconi ℟ *Agios*, duo diaconi cantant *Crux fidelis*.

et redeundo, antiphone que facte sunt contra mortalitatem et letania sanctorum.

CONTRA INUNDANCIAM PLUVIARUM.

Salus populi ; ℟ *Protector noster* ; *Alleluia Ostende nobis* vel, si talis processio fiat infra LXX^am^, tractus *Domine non secundum* ; offertorium *Portas celi,* quod reperitur IIII^a^ feria post Pascha ; communio *De fructu operum*, que habetur in XII^a^ dominica post Penthecosten ; collecte, que habentur pro serenitate ; epistola *Lectio Ysaie prophete Lavamini mundi estote*, que habetur feria v^a^ ante *Oculi mei* ; ewangelium *Misereor super turbam* ; eundo et redeundo antiphone que facte sunt contra inundanciam pluviarum.

PRO PLUVIA POSTULANDA.

Salus populi ; ℟ *Protector noster* ; *Alleluia Confitemini* ; et si fiat in Septuagesima tractus erit *Domine non secundum* ; epistola *Confitemini alterutrum peccata* ; ewangelium *Si quis vestrum habet amicum* ; offertorium *Precatus est Moyses* ; communio *De fructu operum* ; et antiphone que sunt ad postulandam pluviam.

[v°] ORDO AD INUNGENDUM REGEM.

Hic est ordo ad inungendum et coronandum regem. Paratur primo solium in modum eschafeudi aliquantulum eminens, contiguum exterius choro ecclesie inter utrumque chorum, positum in medio, in quod per gradus ascenditur, et in quo possint pares regni et eciam, si necesse fuerit, alii cum rege consistere. Rex autem, die quo ad coronandum venerit, debet processionaliter recipi tam a canonicis quam ab ecclesiis ceteris conventualibus. Sabbato precedente diem dominicam in qua rex est consecrandus et coronandus, post completorium completum committitur ecclesie custodia custodibus a rege deputatis cum propriis custodibus ecclesie, et debet rex in tepestive [1] noctis silencio venire in ecclesiam orationem facturus, et ibidem, si voluerit, in oratione aliquantulum vigilaturus. Cum autem pulsatur ad matutinas, debent esse parati custodes regis introitum ecclesie observantes, qui, aliis aditibus ecclesie obseratis firmius et munitius, inter ceteros canonicos et clericos ecclesie, et tunc et postmodum etiam de die, si necesse fuerit, debent honorifice ac diligenter intromittere. Matutine, more solito, decantantur. Quibus expletis, pulsatur ad primam, et cantatur prima (p), cum visum fuerit expedire. Post primam cantatam, debet rex cum archiepiscopis

1. *Lire* tempestive.

et episcopis, baronibus et aliis, quos intromittere voluerit, in ecclesiam venire, antequam fiat benedictio [1], et debent esse sedes disposite circa altare, ubi honorifice [2] episcopi et archiepiscopi, episcopis regni paribus sedentibus ab oppositis altaris non longe a rege, nec multis indecenter interpositis. Inter primam et terciam debent venire monachi Sancti Remigii processiona[71]liter cum crucibus et cereis, cum sacrosancta ampulla, quam debet abbas reverentissime deferre sub cortina serica IIII^or perticis a IIII^or monachis, albis indutis, sublevata ; et cum venerit ad ecclesiam Beati Dyonisii, vel, si magis oportuerit propter turbam comprimentem, usque ad majorem januam ecclesie, debet archiepiscopus cum ceteris archiepiscopis et episcopis, necnon et canonicis, si fieri potest, occurrere ; vel, si magis oportuerit fieri propter multitudinem turbe exterius comprimentis, saltem cum aliquibus de episcopis et baronibus, et eam de manu abbatis, cum pollicitacione de reddendo bona fide, suscipere, et sic ad altare cum magna populi reverencia deferre, abbate et aliquibus de monachis pariter comitando, ceteris exspectantibus donec omnia perfecta fuerint et sacrosancta ampulla referatur sive in ecclesiam Beati Dyonisii, sive in capella Beati Nicholai [3]. Hiis ita gestis, archiepiscopus ad missam se preparat cum diaconibus et subdiaconibus, vestimentis insignioribus et pallio induendus. In hunc modum autem indutus, venit processionaliter, more solito, ad altare. Cui venienti debet ibi astans rex assurgere reverenter ; cum autem venerit archiepiscopus ad altare, debet vel ipse vel aliquis de omnibus episcopis pro universis ecclesiis sibi subditis, a rege petere ut promittat et juramento firmet se observaturum jura episcoporum et ecclesiarum, sicut debet regem in regno facere custodire, etc., quemadmodum in Ordinario continentur, ubi tria promittenda et juranda eidem proponuntur, preter juramentum Lateranensis concilii, videlicet de hereticis de regno suo extirpandis. Hiis itaque promissis a rege et juramento super sacrosancta ewangelia firmatis, [v°] cantatur ab omnibus *Te Deum laudamus*. Postmodum jam antea preparatis et positis super altare corona regia, gladio in vagina incluso, calcaribus aureis, sceptro deaurato et virga ad mensuram unius cubiti vel amplius habente desuper manum eburneam ; item caligis sericis et iacinctinis intextis per totum

1. *Le ms. 327 (f° 3 v°) porte:* anteq. fiat aqua benedicta.— 2. *Suppléer* sedebunt. — 3. *La chapelle de St-Nicolas ; il y avait, au XIIIe siècle, en la cathédrale de Reims, trois chapelles sous le vocable de saint Nicolas ; c'était aussi le vocable de la chapelle de l'Hôtel-Dieu, voisin de la cathédrale.*

liliis aureis, et tunica ejusdem coloris et operis, in modum tunicalis quo induuntur subdiaconi ad missam ; necnon et socco prorsus ejusdem coloris et operis, qui est factus fere in modum cape serice absque caparone, que omnia abbas Sancti Dyonisii in Francia de monasterio suo debet Remis asportare, et stans ad (l) altare custodire. Rex ante altare stans, deponit vestes suas, preter tunicam suam sericam et camisiam apertas profundius ante et retro, in pectore videlicet et inter scapulas, aperturis tunice sibi invicem connexis ansulis argenteis. Tunc in primis ibi a magno camerario Francie regi dicte calige calciantur ; et postmodum a duce Borgundie calcaria ejus pedibus astringuntur et statim tolluntur ; postmodum rex a solo archiepiscopo gladio cum vagina accingitur. Quo accincto, statim idem gladius de vagina ab archiepiscopo extrahitur, vagina super altare deposita, et datur ei ab archiepiscopo in manibus, quem debet rex afferre humiliter ad altare et statim resumere de manu archiepiscopi, et incontinenti[1] dare seneschallo Francie ad portandum ante se, et in ecclesia usque ad finem misse, et post missam, cum ad palacium vadit. Hiis itaque gestis, crismate in altari super patenam consecratam preparato, debet archiepiscopus sacrosanctam ampullam super altare aperire, [72] et inde cum acu aurea aliquantulum de oleo celitus misso attrahere, et crismati parato diligencius immiscere ad inungendum regem, qui solito[2] inter universos reges terre hoc glorioso prefulget privilegio, ut oleo celitus misso singulariter inungatur. Tunc dissutis ansulis aperturarum ante et retro, et genibus in terram positis, primo archiepiscopus eum eodem loco oleo inungit in summitate capitis, secundo in pectore, tercio inter scapulas, quarto in scapulis, quinto in compagibus brachiorum, et, dum inungitur, cantatur a circumstantibus hec ant. *Inunxerunt regem Salomonem ;* post hec connectuntur ansule aperturarum propter inunctionem, et tunc a camerario Francie induitur tunica iacinctina et desuper socco, ita quod dextram manum habet liberam in apertura socci, et super sinistram soccum elevatum, sicut elevatur casula sacerdoti. Deinde datur ei ab archiepiscopo sceptrum in manu dextra, et virga in sinistra. Ad ultimum, convocatis ex nomine paribus regni et circumstantibus, archiepiscopus accipit de altari coronam regiam, et solus imponit eam capiti regis. Qua imposita, omnes pares regni tam clerici quam laici manum apponunt corone et eam undique sustentant. Tunc archiepiscopus, cum paribus coronam sustentantibus, regem taliter insignitum

1. *Pour* incontinenter. — 2. *Il faut lire* solus *(ms. 327, f° 4 v°, et 328, f°...).*

deducit in solium sibi preparatum, sericis stratum et ornatum, ubi collocat eum in sede eminenti, unde ab omnibus possit videri. Quem in sede sua taliter residentem, mox archiepiscopus, mitra ob reverenciam deposita, osculatur, et postea episcopi et laici pares, qui ejus coronam sustentant. Porro in accinctione gladii, in unctione, in dacione sceptri et virge, [v°] in imposicione corone, et cum in solio collocatur, archiepiscopus dicit orationes que suis in locis in Ordinario continentur. Rege itaque in solio suo taliter residente, et paribus regni cum eo coronam ejus sustentantibus, ad altare revertitur.

Ordo ad inungendam reginam.

Verum si regina inungenda fuerit et coronanda cum rege, paratur similiter ei solium a sinistra parte chori, solio regis aliquantulum eminenciori a parte chori dextra collocata[1]; et postquam rex in modum premissum in solio suo resederit, archiepiscopo ad altare regresso, regina sericis induta, ab ipso inungitur in capite tantum et in pectore, non in unctione regis celitus missa, sed oleo sanctificato simplici. Post inunctionem datur ei ab archiepiscopo sceptrum modicum, alterius modi quam sceptrum regium, et virga consimilis virge regie. Deinde imponitur ab archiepiscopo solo corona capiti ipsius ; quam impositam sustentant undique barones, et sic deducunt eam ad solium, ubi in sede parata collocatur, circumstantibus eam baronibus et matronis nobilioribus.

Hiis expletis, missa tunc demum a cantore et succentore, chorum servantibus, inchoatur et sollempniter decantatur ; lecto tamen ewangelio, major inter archiepiscopos et episcopos assistentes librum ewangelii accipit, et tam ad regem quam ad reginam ad deosculandum deportat ; deinde refert eum ad archiepiscopum qui missam celebrat. Dum autem cantatur offertorium, deducitur tam rex quam regina sollempniter de solio, et offert uterque ad manum archiepiscopi tam panem unum quam vinum in urceo argenteo et XIII aureos ; [73] postmodum, quo facto, reducitur uterque ad solium suum et sedem suam. Tunc celebratur missa ab archiepiscopo ; antequam dicat *Pax vobis*, facit benedictionem super regem, reginam et populum ; et, accepto osculo pacis ab archiepiscopo, is qui librum ewangelii deosculandum ante detulerat, defert pacem regi et regine in soliis suis residentibus, et postea omnes archiepiscopi et episcopi dant osculum pacis unus post alium regi in suo solio residenti. Post percepcionem Eucha-

1. *Lire* collocato.

ristie factam ab archiepiscopo, iterum descendunt rex et regina de soliis suis, et accedentes humiliter ad altare, percipiunt Corpus et Sanguinem Domini de manu archiepiscopi. Et, missa expleta, deponit archiepiscopus coronas de capitibus eorum ; quibus, exutis regalibus insignibus, iterum imponit capitibus eorum modicas coronas ; et sic vadunt ad palacium, nudo gladio precedente.

De recepcione archiepiscopi.

Sciendum est quod in recepcione domini archiepiscopi ita fieri solet : Monachi Sancti Remigii, albis induti et capis sericis, cantando adducunt archiepiscopum ab ecclesia Sancti Remigii usque ad plateam, que est ante Sanctum Dyonisium, et tunc recedunt ; ibi autem suscipiunt archiepiscopum canonici Beate Marie, et canonici Sancti Symphoriani et Sancte Nutricis et Sancti Dyonisii, capis sericis induti, precedunt et deducunt cantando usque in ecclesiam Beate Marie, nudis pedibus, alba simplici indutus et capa serica, textum inter manus suas ferens [v°] ad pectus ; tamen, si consecratus fuerit, mitram habet in capite sollempnem ; archidiaconus vero debet ei assistere in dextris, et ab altari ducere in cathedram Sancti Remigii, et incipere *Te Deum laudamus*. Quo dicto, dicitur oratio de beata Maria ; post finem vero orationis archiepiscopi, major archidiaconus ducit archiepiscopum ad campanas, postea intronizat eum incipiens *Te Deum laudamus*. Quo finito, dicitur oratio de beata Maria et omnibus sanctis ; postea itur in Capitulum, ibique coram archiepiscopo leguntur consuetudines ecclesie Remensis, quas tenetur archiepiscopus offerre super altare Beate Marie, et jurare quod observabit eas. Postea exhibetur domino archiepiscopo debita et consueta reverencia, primo a personis[1], postea ab aliis canonicis.

De consecracione episcopi.

In consecracione episcopi sic debet servicium ordinari : Archiepiscopus vel episcopus qui debet consecrare electum, vadit solus, indutus capa serica, coram altari, et ibidem ab ipso examinatur electus. Post examinacionem vero preparat se ad missam archiepiscopus, vel electus ab archiepiscopo ad consecrandum supradictum electum ; et excelse inchoatur missa a duobus qui servant chorum, et continue dicitur missa cum *Kyrieleison* usquedum legitur ewangelium. Lecto ewangelio, fiunt questiones que solent fieri in hiis a consecratore, et canitur letania a duobus qui procedunt cum subdiacono. Deinde successive dicitur

1. *Ce mot désigne les dignitaires du Chapitre.*

prefacio et *Sanctus Sanctus* et *Pater noster*; post *Per omnia* vero, quod est ante *Agnus Dei*, parum sistitur, quoadusque fiat benedictio a consecratore super episcopum consecratum; et tunc dicitur *Pax vobis* [74] et *Agnus Dei* et postcommunio; et sic finitur consecracio. Deinde ducitur consecratus episcopus in medium ecclesie, et ibidem canitur *Te Deum laudamus*. Quo dicto et benedictione facta a novo episcopo, recedunt quilibet ad hospicia sua, si voluerint.

In ecclesia Remensi.

Pro festo sancti Mammetis, VIII libre.
Pro festo sancti Marcialis, XL solidi.
Pro decollatione sancti Johannis Baptiste, XL solidi.
Pro festo sancti Firmini, XL solidi.
Pro festo sancte Justine, XL solidi.
Pro festo sancti Quintini, L solidi.
Pro festo sancti Eligii, XX solidi.
Pro festo sancti Nicholai, XL solidi.
Pro festo Concepcionis beate Virginis, XL solidi. [a]
Pro festo sancti Stephani, L solidi.
Pro festo sancte Macre, XL solidi.
Pro festo beate Marie Egypciace, VIII libre.
Pro festo beatorum apostolorum Petri et Pauli, VIII libre.
Pro festo omnium archiepiscoporum sanctorum, IX libre.
Pro festo beate Marie Magdalene, XL solidi.
Pro festo sancte Xpistine, XL solidi.
Pro festo beati Jacobi, XL solidi.
Pro festo sancte Anne, XL solidi.
Pro festo sancti Germani, L solidi.
Pro Invencione sancti Stephani, LX solidi.

[v°] Processiones.

Processio ad Sanctum Petrum.
Processio in Assumpcione beate Marie.
Processio ad Sanctum Thimoteum.
Processiones Sancti Remigii in die Dedicacionis.
Processio ad Sanctum Martinum.
Processio Sancti Remigii ad XX dies.
Processio ad Sanctum Constancium [1].

a. Lucie, virginis... *Le reste de cette note marginale a disparu avec une partie du feuillet déchiré à cet endroit.*

1. *Constance, doyen de l'église de Reims (voir p. 76, n. 5), avait fondé une église en l'honneur de Sainte-Madeleine et de Saint-Remi, et y avait établi quatre prébendes. Cette église est devenue depuis l'église du Temple* (Marlot, Metr. Rem. hist., *t. I, p. 143, t. II, p. 79 et 95).*

Processio in Ramis palmarum.
Processio ad Sanctum Remigium pro psalterio.
Processiones in feriatis Pasche.
Processio in festo beati Marchi.
Processiones in ebdomada Ascensionis.
Processio ad Sanctum Hylarium in festo beati Thome.
Processio ad Templum[1] in die Jovis ante Ramos palmarum.
Processio ad Sanctum Mauricium dominica in Ramis palmarum.
Processio ad Sanctum Remigium die Mercurii post Ramos palmarum.
Item processio ad Sanctum Remigium in crastino Pasche.
Item processio ad Templum die Jovis post Pascha.
Item processio ad Sanctum Nichasium die Jovis post Pascha.
Item processio die festo sancti Marci,
et tres processiones Rogacionum,
et quarta, die Ascensionis.

[75 v°] *Additions à la rédaction primitive du manuscrit :*

Septimo idus maii agitur de translacione beati Nicholai, in qua, quinque cereis ante altare dispositis, ad vesperas ad Magnificat ant. *O Pastor* ; oratio. Ad matutinas ℟ *Beatus vir*, *Ecce sacerdos*, *Quadam die*, *Letabitur justus*, *Iste est*, *Ex ejus tumba*, *De ore prudentis*, *Iste homo*, *Celorum rex* ; legenda propria. Ad Benedictus ant. *O Xpisti pietas*. Ad secundas vesperas, ad Magnificat ant. *Copiose caritatis;* oratio ut supra. Cetera sicut in festo beati Ambrosii. Ad missam, sicut in alio festo; primum *Alleluia Justus germinabit* vel *Juravit;* secundum de tempore, videl. *Xpistus resurgens* vel *Non vos relinquam*.

1. *Le Temple, la maison des Templiers de Reims.*

Dominica quinta.

Dominica quinta et in duabus feriis sequentibus legitur adhuc de Epistolis canonicis, et cantatur de predicto responsorio. Feria quarta, id est vigilia Ascensionis Domini, legitur de hoc evangelio *Sublevatis Jhesus oculis*, et cantatur de dicto responsorio *Narrabo*.

Vigilia Ascensionis.

In ipsa vigilia, ad vesperas et in die et per octavas et ultra usque ad vigiliam Pentecostes, fiat servitium sicut in Ordinario et Breviario continetur ; et licet in die Pasche et per totam ebdomadam legantur tantum tres lectiones, in die tamen hujus festi et in dominica infra octavas leguntur novem lectiones et cantantur novem responsa.

Vigilia Penthecostes.

A vigilia Penthecostes in vesperis usque ad vigiliam Trinitatis, ad vesperas fiat servicium sicut continetur in Ordinario et Breviario, scilicet cum tribus lectionibus et tribus responsis tantum ; et in ista septimana fiunt jejunia IIII^{or} temporum, scilicet quarta feria, VI^{a} et sabbato.

Sabbato in vigilia Trinitatis in vesperis usque ad sabbatum sequentis ebdomade, ad vesperas servitium plenum est in Breviario, scilicet die dominica legitur et cantatur de Trinitate cum novem lectionibus et novem responsis, et in feriis [v°] sequentibus legitur de regulis Jheronimi et cantatur adhuc de Trinitate cum tribus lectionibus et tribus responsis.

Sequitur de temporali quod accidit ab octavis Trinitatis usque ad Adventum Domini et continet in se multas hystorias, primo hystoriam Librorum Regum cum hoc responsorio *Deus omnium*, de qua agitur usque ad dominicam propinquiorem kalendis augusti. Sabbato igitur in octavis Trinitatis ad vesperas incipit servicium dicte hystorie, et sic in omnibus hystoriis et serviciis que fiunt de tempore. Et sciendum est quod hic in multis Breviariis invenitur qualiter matutine et hore, hymni et preces et alia que consueverunt dici, per totam ebdomadam et etiam per magnam partem anni communiter dicenda sint, sicut in dominica post octavas Epyphanye aliquantulum est dictum ; et mutantur aliqui hymni, sicut in Ordinario et Breviario continetur.

Dominica.

Dominica propinquiore kalendis augusti usque ad dominicam propinquiorem kalendis septembris legitur et cantatur de libris Salomonis et de libro Sapientie.

Dominica.

Dominica propinquiore kalendis septembris, primis quindecim diebus legitur et cantatur de hystoria Job ; in aliis quindecim diebus legitur et cantatur de tribus hystoriis, scilicet Thobie, Judith et Hester ; et nota quod in isto mense, feria IIII[a], VI[a] et sabbato post festum sancte Crucis, fiunt jejunia IIII[or] temporum.

Dominica in octobri.

In octobri mutatur hystoria, scilicet dominica propinquiore kalendis, sicut jam prenotavimus, et per totum mensem legitur de Machabeis, et cantatur de hoc responsorio *Adaperiat*. In hoc mense mutantur aliqui hymni, sicut in Ordinario et Breviario continetur.

In die dominica propinquiore kalendis novembris legitur de Ezechiele, in secunda dominica de Daniele ; in aliis quindecim diebus, et etiam usque ad Adventum Domini legitur de duodecim prophetarum libris, et cantatur de responsorio *Vidi Dominum*. Et sciendum est quod post lectiones de Daniele non dicitur *Hec di*[112]*cit Dominus*, sed *Tu autem*.

Sciendum est quod istud tempus sive temporale, quod est ab octavis Trinitatis usque ad Adventum Domini, quandoque est majus sive longius, scilicet quando festum Trinitatis magis elongatur a festo beati Johannis Baptiste, et tunc dicte octave Trinitatis accidunt in vigilia sancti Urbani pape, et tunc dictum tempus continet viginti septem septimanas ; quandoque est minus sive brevius, scilicet quando dictum festum Trinitatis magis appropinquatur festo sancti Johannis Baptiste, et tunc dicte octave Trinitatis accidunt in supervigilia festi apostolorum Petri et Pauli, et tunc predictum tempus continet xx[ti] duas septimanas tantum. Patet ex predictis quod quandoque in dicto tempore sunt xx[ti] septem septimane, et in qualibet septimana communiter dicitur vel debet dici unum evangelium de tempore, scilicet de dominica, et sic in dicto tempore, quando longius est, debent dici xx[ti] septem evangelia, sed non habemus in Breviariis nostris nec etiam in Missali nisi tantum xx[ti] tria pro illo tempore, et sic ad hoc quod perficiatur numerus evangeliorum xx[ti] septem, que quandoque requiruntur, ut dictum est, oportet parcere IIII[or] evangelia, quandoque tria, quandoque duo, quandoque unum, secundum varietatem temporis et annorum, sicut patet subtiliter intuenti, et est intelligendum sane quod ista evangelia parcuntur non ita quod omnino dimittantur, sed retardantur et reservantur usque in dominicam proximo sequentem et ibi dici debent, et ista evangelia vel pars eorum competenter

parci possunt in octavis magnorum festorum que accidunt in dicto tempore, scilicet primo in octavis festi beati Johannis Baptiste, que junguntur octavis apostolorum Petri et Pauli, secundo in octavis dictorum apostolorum, tercio in octavis Assumptionis beate Marie virginis, quarto in octavis Nativitatis ejusdem, quinto in octavis Dedicationis ecclesie Remensis ; et hoc intelligendum est si dicta festa, de quorum octavis supra dictum est, accident die dominica vel saltem die sabbati; et, sicut aliqui dicunt, idem fieri potest, scilicet parcere evangelia, in octavis festi beate Marie Magdalene, in octavis festi Omnium Sanctorum et in octavis festi sancti Martini hyemalis ; inventores autem sive [v°] ordinatores servitii Remensis ecclesie melius fecissent si xx^{ti} septem evangelia in Breviariis et in Missali apposuissent, quia satis habebant ubi et unde accipere poterant, si diligenter attendissent.

HIC INCIPIT DECLARATIO SERVICII FESTORUM SIVE SANCTORUM.

Dictum est supra de servitio temporis, nunc dicendum est de servitio sanctorum sive festorum.

In primis igitur sciendum est quod quedam sunt festa que non solum sunt festa, sed sunt festa festorum, id est initium et causa aliorum festorum et sollempnitates majores inter omnia festa, sicut sunt ille in quibus agitur servitium specialiter de Domino sive de Deo, sicut est Natale Domini, in quo agitur servicium de Filio Jhesu Xρisto, scilicet de Nativitate ipsius, quia, ut dicit Scriptura, *non est sanctus ut est Dominus* [1]; item Pascha, in quo agitur de resurrectione ejusdem ; item Ascensio Domini, in qua agitur de ascensione ipsius in celum; item festum Pentecostes, in quo agitur de missione Spiritus Sancti ; item festum Trinitatis, in quo agitur de Patre et Filio et Spiritu Sancto ; item alia duo que sunt satis sollempnia, sicut Circuncisio Domini et Epyphania ; et est alia sollempnitas que videtur esse et est inicium dictarum sollempnitatum, scilicet Annuntiatio dominica, in qua agitur de concepcione Jhesu Xρisti in utero virginali per illa verba que dicit angelus missus a Patre beate Marie Genitricis Dei, *Ave Maria gratia plena Dominus tecum* etc., et per illa que postmodum respondit Maria, *Ecce ancilla Domini* etc., sicut hec omnia in nostro Symbolo et in Evangelio continentur. Iterum quia ex dicta Annuntiatione angeli sive salutatione et responsione beate Marie meruit fieri mater Domini nostri Jhesu Xρisti per meram gratiam Salvatoris, ideo sollemp-

1. I Reg. II, 2.

nitates ipsius sive festa post predictas sollempniter et publice celebrantur, sicut est festum Assumptionis ipsius, festum Nativitatis, festum Purificationis et etiam Annuntiationis predicte.

Sciendum est iterum quod quedam sunt festa non tam [113] sollempnia, que aguntur cum novem psalmis, novem antiphonis, novem lectionibus et novem responsis, et istorum quedam habent proprias antiphonas, proprias lectiones et propria ℟, et de istis agitur sicut in suis locis per ordinem in Breviario continetur. Quedam vero habent proprias lectiones, sed non proprias antiphonas nec propria responsa, et tunc recurrendum est ad commune sanctorum secundum statum et conditionem sancti de quo agendum est : et hic sciendum est quod sanctorum IIII^or sunt genera, nam quidem[1] sunt apostoli, alii martires, alii confessores, alii virgines, et servicium istorum, tam antiphone quam lectiones, quam responsa semper consueverunt apponi in fine Breviariorum , et vocatur communiter Commune sanctorum. Et quedam sunt festa que non habent antiphonas proprias, nec lectiones, nec responsa ; et tunc recurrendum est similiter ad commune sanctorum tam pro antiphonis quam lectionibus et responsis ; psalmi vero de quolibet sancto semper inveniuntur imbreviati post antiphonas, sive sint proprie, sive sint in communi. Quartum vero membrum, scilicet quod aliquis sanctus habeat propria responsa et nullas lectiones, non invenitur. Et sciendum est quod, sicut in temporali sepius dictum est, quum servitium dominicarum communiter incipit a capitulo sabbati precedentis, ita similiter hic, ubi agitur de sanctis, servitium festorum communiter incipit a capitulo vigilie precedenptis[2], nisi in majoribus festivitatibus, in quibus in principio vesperarum proprii psalmi et proprie antiphone inveniuntur.

FESTIVITAS sancti Andree, si sabbato intrante Adventu occurrerit, ad vesperas de apostolo nichil agitur, sed totum de Adventu. Si autem dominica die intrante Adventu acciderit, sabbato ad vesperas de appostolo agitur. Post vesperas autem antiphona(m) *Ecce nomen Domini* adhibetur et oratio dominice subinfertur. Ad matutinas vero totum prorsus de apostolo agitur, excepto quod evangelium dominice pronunciatur et antiphona(m) de Adventu *Spiritus in te sanctus descendet* post matutinum [1] commemoratur cum oratione dominice ; e[69]vangelium vero quod est proprium de sancto Andrea, necessitate temporis cogente, non pronunciatur, sed ad mensam fratrum omelia illius legitur. Remanent quoque antiphone de matutinis laudibus, scilicet *In illa die* et relique. *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis* ipso die non cantantur : non enim hec apostolice festivitati debentur in diebus dominici[s] Adventus. Responsum illud *Ecce dies veniunt* tantum ad aquam benedictam in circuitu claustri canitur ; ad missam collecte tantum de dominica commemorantur. *Credo in unum Deum* canitur, et in festivitatibus omnium apostolorum de quibus novem lectiones aguntur. Ad horas diei antiphone de apostolo de matutinis laudibus recitan-

1. *D'abord* mater.

tur. Ad vesperas, *Juravit Dominus* et relique que sequuntur sicut de apostolo canuntur. Post vesperas antiphona *Ne timeas Maria* canitur et oratio dominice sequetur.

Mane sequente, secunda scilicet feria et sequentibus feriis, canitur invitatorium annuum et consuetum *Regem venturum*. Responsum quoque *Aspiciens*, non con tripli versu, sed cum uno et trium primo canitur et con *Gloria Patri*. Hec itaque sic observari oportet quando celebritas sancti Andree dominica intrantis Adventus incurrerit.

De cetero per singulos annos dominica intrantis Adventus, in sabbato ad vesperas canitur *Ecce dies veniunt*. Ad matutinas legitur Ysaias propheta et usque ad Nativitatem Domini. Sabbato vespere de beata Maria et in crastinum cetere hore pretermittuntur. Ad horas diei antiphone de matutinis laudibus replicantur. Ad processionem in cla[u]stro ℟ *Ecce dies veniunt* canitur. In introitu ecclesie per totum Adventum ant. *Gaude et letare* canitur. Ad tertiam, ℟ *Veni ad liberandum*; ad sextam [1], ℟ *Ostende nobis*; ad nonam, [℟] *Super te Jherusalem*. *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto* canitur, sed *Sicut erat in principio* non dicitur in dominicis diebus, sed ceteris diebus dicitur. Secunda feria ant. mutantur ad horas : ad terciam, *Veni ad* [2] *liberandum nos*; ad sextam, *Tuam Domine*; ad nonam, *In tuo adventu*.

Conmemoratio sanctorum Fuscin[i]ani, Gentiani et Victorici agitur.

De sancta Lucia tres tantum lectiones fiunt.

De sancto Nichasio. — Passio sancti Nichasii, quocumque sabbatorum die contingat, psalmi ad vesperas in utroque sero de feria canuntur ; post vesperas autem et post matutinas ant. tantum de feria adhibetur, cum oratione de Adventu. Vespere et hore de his [3] matutinis pretermittuntur. In conspectu autem altaris novem candelabra ponuntur et a binis cantatur. Ad conpletorium hymnus *Jhesu redemptor* canitur et ant. *Evigila super nos*. *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis*, propter eminentiam festivitatis maximeque propter presentiam corporum sanctorum, canuntur et sollennes cape induuntur. Antiphone de matutinis laudibus, non solum ad horas, verum etiam ad vesperas recitantur. Si dominica die evenerit, ad matutinas evangelium dominice pronunciatur et ex eodem ant. que de feria computatur post matutinas infertur, cum collecta dominice. Ad primam non canitur *Deus Deus meus respice*. Cetera ex integro de sollempnitate aguntur, et ad missam canitur *Credo in unum*

1. *Ces deux mots sont écrits en marge.* — 2. *Ms.* et. — 3. *Ms.* hore *exponctué*.

Deum propter dominicam diem. In hac festivitate major prepositus dat refectionem canonicis et congregationibus.

De sancto Thoma apostolo. — Eodem modo fit in sollempnitate sancti Thome sicut in sollemnitate sancti Nichasii, excepto quod *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis Deo* non dicuntur. Post vesperas, ant. de feria dicitur con oratione. Post matutinas, ant. illa *Nolite timere* quotannis nocte illa dicitur.

In vigilia Natalis Domini. — Vigilia Natalis Domini, post Benedictus nulla antiphona dicitur. Hore de beata Maria pretermittuntur usque ad octavas Epiphanie. Ad horas diei, ant. de matutinis laudibus replicantur et propria responsa dicuntur, scilicet hec : ad primam, ant. *Judea ;* ad tertiam, ant. *Crastina die*, ℟ *Hodie scietis q. v. D. et m. v. g. e.*, versus *Constantes estote ;* ad VI^tam^, ant. *Hodie scietis*, ℟ *Constantes e. v. a. Domini super vos*, versus *Crastina die d. i. t. et r. s. n. S. m.*[1] ; ad nonam, ant. *Rex pacificus*, ℟ *Crastina die d. i. t. et r. s. n. S. m.*, vers. *Hodie scietis*. Si autem vigilia ipsa dominica die evenerit, ad matutinas invitatorium quod est proprium canitur *Hodie scietis*. Dieta sicut mos est canitur. Sex lectiones et sex responsa de *Canite tuba* aguntur. Evangelium de vigilia pronuntiatur *Cum esset desponsata ;* ℟ tria *Sanctificamini* et cetera. In matut. laudibus ant. *Judea et Jher*. et cetere que sequuntur. Ad Benedictus ant. *Conpleti sunt*. In die, ad processionem canitur ℟ *Judea et Jher*. [Missa] de vigilia canitur et *Alleluia* de dominica subinfertur.

Vigilia dominice Nativitatis deducunt canonici archiepiscopum ad vesperas a palatio suo in chorum, cantantes antiphonam hanc *Dum ortus fuerit sol*. Archiepiscopo residente in chatedra sua, pulsantur insimul omnia signa. Cessantibus signis, incipit archipresul *Deus in adjutorium*, chorus *Domine ad adjuvandum me f*. et cetera. Secundus scole incipit ant. *Levate* cum ℣ *Scitote*, *Josehp fili(i) David*, *Dabit ei Dominus*, *Completi sunt*, con psalmis ejusdem ferie. Finitis psalmis canthicis (?), procedunt duo diaconi in medium chori cantare ℟ *Judea et Jherusalem*, cum versu *Constantes* et com *Gloria Patri*. Sequitur hymnus cum versiculo *Tanquam sponsus*. Ant. *Com esset*, deinde oratio, postea benedictio.

In die(m) dominice Nativitatis pergunt canonici obviam archiepiscopo, deducentes eum ad vesperas modo supradicto a palatio suo in chorum Sancte Marie, cantantes ant. hanc *Virgo Dei genitrix*. Qua decursa et pulsatis atque cessantibus omnibus

1. *Ces six dernières lettres sont exponctuées.*

signis, incipit archipresul *Deus in adjutorium ;* chorus *Domine ad adjuvandum me festina* et cetera. Secundus scole incipit antiphonam *Tecum principium*, ps. *Dixit Dominus ;* ant. *Redemptionem*, ps. *Confitebor ;* ant. *Exortum est*, ps. *Beatus vir ;* ant. *Apud Dominum*, ps. *De profundis ;* ant. *De fructu*, ps. *Memento Domine*. Sequitur capud [1] con hy[m]no et versiculo *Tanquam sponsus ;* ant. *Verbum caro f.*, deinde oratio con benedictione. Sciendum est quod in hac neque in alia festivitate canitur ℟ ad vesperas, nisi tantum in vigiliis magnarum sollempnitatum. In octabis d[iebus] non requi[ri]tur archiepiscopus in domum suam, sed pulsati(onibu)s signis incipit ebdomadarius vesperas, presente archiepiscopo et sta[n]te in ordine sacerdotum, si interesse voluerit. Precentor incipit ant. *Tecum* [2] *principium*, *Redemptio*, *Exortum est*. [3]

De Nativitate Domini.

Nocte dominice Nativitatis, ad matutinas, finito nono responso, mox canitur prima missa *Dominus dixit ad me*. *Gloria in excelsis* et *Credo in unum Deum* subinferuntur, tam ad primam missam quam ad secundam et tertiam. Prefatio vero *Quia per incarnati Verbi misterium* infra octavas dominice Nativitatis nequaquam omittenda est. Expleta autem prima missa usque ad collectam post communionem, sacerdos qui illam celebraverit, sicut est indutus sacerdotalibus vestibus, ibidem subsistit juxta altare ; ingrediturque chorum diaconus dalmatica indutus, duobus ceroferariis cum totidem thuribulis et duabus crucibus precedentibus, ascendensque pulpitum pronuntiat *Liber generationis*. Quo decurso, cantor mox inchoat *Te Deum laudamus*. Quod dum cantatur, subdiaconi quinque qui processionem fecerunt, stant ante altare et duo acoliti, unus cum palla et alter cum candela, usque finiantur omnino matutine. Finito ergo *Te Deum laudamus*, sacerdos qui stat juxta altare, dicto de Nativitate versiculo, incipit matutinas laudes. In matutinis autem laudibus, postquam *Laudate Dominum de celis* fuerit deductum usque ad *Laudate Dominum in sanctis ejus*, subsistitur, et antiphona cum qua fuerat inchoatum, scilicet *Parvulus filius*, canitur nec tamen tonus finitur. Tunc quilibet sacerdotum, scilicet cui a precentore designatum [fuerit], incipit antiphonam *Pastores dicite* et totam cantat, et alter chorus respondet *Infantem vidimus ;* item primus [v°] chorus *Laudate Dominum in sanctis ejus*,

1. *Lire* capitulum. — 2. *En marge.* — 3. *Ces deux paragraphes (depuis* Vigilia domin...) *ont été transposés par le copiste entre* dia *et* conum *du 2e paragraphe suivant.*

secundus chorus *Pastores dicite* ; primus chorus *Infantem vidimus*, item secundus chorus *Laudate eum in virtutibus ejus* ; et sic reciproca cantilena psalmo decurso, eadem antiphona ex integro decantatur et tonus finitur. Postea capitulum subinfertur et versiculus. Deinde inchoata ant. *Gloria in excelsis*, Benedictus canitur. Quo finito et repetita antiphona, sacerdos qui stat juxta altare conversus ad populum, salutat eum dicens *Dominus vobiscum*, reversusque ad orientem dicit orationem que est post commemorationem, sicque dicente diacono *Ite missa est* finitur officium.

Hoc modo expleta prima missa, continuo pulsantur signa et idem sacerdos, aut alius si opus fuerit, preparet se ad matutinalem missam, que canitur ad Sanctam Crucem. In qua missa conmemoratio sancte Anast[as]ie agitur, duo autem accoliti cantant gradale, et duo subdiaconi [1], quibus a precentore fuerit injunctum, *Alleluia*. Finita vero missa, revertuntur in chorum et, dum revertuntur, cantor excelsa voce incipit hanc antiphonam *Completi sunt dies*, itemque aliam *Ecce conpleta sunt*, deinde sacerdos dicit *Oremus Deus qui salutis eterne*, nec sequitur *Benedicamus* ; et sic matutinale officium finitur. Ad primam *Confitemini Domino* canitur. Post vesperas ant. quam diaconi de Sancto Stephano inchoant, con *Magnificat* quidem cantatur, sed nequaquam tonus finitur.

Eadem ratio est de reliquis diebus. Finitis matutinis de sancto Stephano, antiphona de Nativitate Domini cum oratione recapitulatur : sic quoque fit ad missam. Ad vesperas, psalmi de Nativitate canuntur con antiphonis de matutinis laudibus. Eadem ratio est de festivitate sancti Johannis, ad cujus missam canitur *Credo in unum Deum*, sicut mos est in festo apostolorum.

Missa Innocencium, si prima feria contigerit, de sollenpnitate usquequaque agitur. Post matutinas conmemoratio agitur de Nativitate et de sancto Stephano et de sancto Johanne : et sic per totam ebdomadam faciendum est. Sciendum est autem quod infra octo dies ille antiphone de Nativitate conmemorande sunt in quibus continetur *Hodie*. Item ipso die, id est [2] in festo Innocentium, *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis* et *Alleluia*, licet sit dominica dies, non cant[ant]ur, qui[a] sicut scriptum est quasi pro tristicia ducitur dies illa. *Credo in unum Deum* tamen canitur, propter diem dominicam. Ipso etiam die, tam diaconi quam subdiaconi utuntur casulis ad missam et *Ite missa est* pretermittitur. A[d] vesperas tres prime antiphone de

1. *Ms*. subdiaconum. — 2. *Ms*. idem.

matutinis laudibus dicuntur, quarta *Sub trono Dei,* quinta *Sanguis sanctorum martirum.* Hymnus *Sanctorum meritis* sicut et primo sero.

Feria ergo secunda ad matutinas psalmi novem, qui nocte Nativitatis super nocturnos cantati sunt, com secunda antiphona revolvuntur. Evangelium dominice pronuntiatur. ℟ *O regem celi* et cetera canuntur. In matut. laudibus similiter agitur ; ad Benedictus ant. de Nativitate primum dicitur, postea de dominica ant. et oratio subjungitur, postmodum de octavis sanctorum. Ad horas dierum ant. *Genuit puerpera* et consequentes disponuntur ; *Dum medium silentium* canitur. In crastinum autem *Dominus dixit ad me.* Prima de Nativitate missa cantatur. Ad missam primum de Nativitate, postea de dominica, que tamen sonant idem, et postea de octavis sanctorum dicitur : id ipsum fit ad vesperas, excepto quod de dominica ca[n]tetur.

Tertia dies simili observantia celebrabitur. Ad vesperas tantum de sanctis Silvestro, Basilio et de sancta Columba agitur. Post vesperas autem primum de Nativitate et post de octavis sanctorum recitatur.

Quarta die, ad matutinas invitatorium est *Venite adoremus.* In I° nocturno ant. *Secus decursus,* ps. *Beatus vir, Quare fremuerunt, Cum invoc.* ; ℣ *Spe[cie] tua.* Postea legun(g)tur tres lectiones de sancta Columba et tria responsa *Diffusa est, Propter ver., Dilexisti.* In II° nocturno ant. *Scuto bone,* ps. *Verba mea, Domine D. n., Domine quis habitabit* ; ℣ *Exultent justi,* ℟ *Lux perpetua, Sancti mei, Vidi conjunctos.* In III° [70] nocturno [ant.] *Sanctis qui in terra,* ps. *Conserva me, Domini est terra, Te decet* ; ℣ *Justi in perpetuum vivent,* ℟ *Isti sunt viri sancti, Fulgebunt justi, Sint lumbi.* In matut. laudibus, [ant.] *Fulgebunt justi,* ps. *Dominus regnavit,* ℣ *Justorum anime.* Ad Benedictus ant. *Sancti tui Domine* et alia de sancta Columba *Hec virgo sancta* ; postea de Nativitate Domini et de octavis sanctorum subjungitur. Ad horas diei responsa et versus alleluiati cantantur, et antiphone *Fulgebunt, Dabo sanctis* et alie. Ad missam, collecte de sanctis et de virgine cum uno *Per omnia* finiuntur ; deinde de octavis collecte subsequuntur. Ad vesperas autem octave dumtaxat Domini recensentur.

In his tribus diebus supradictis campane sollempniter insimul pulsantur. *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis* canuntur. Paraphonista ad providendum chorum capa induitur. Antiphone[1] ad vesperas *Tecum principium, Redemptionem* primo et secundo

1. *Ms.* antiphonit'.

die sigillatim explicantur. Ad vesperas autem tercio die, id est in octavis, quinque [ant.] per ordinem revolvuntur et VIIII^vem candelabra ante altare ponuntur. Ad matutinas autem duo diaconi cantant invitatorium[1]. In octavis proprie antiphone interseruntur, sed responsa nequaquam mutantur. In matutinis laudibus ant. proprie recensentur *O admirabile* et cetere ; de octavis sanctorum nichil recolitur. Ad horas ant. de matut. laudibus replicantur. Ad primam *Confitemini Domino* canitur. Ad missam *Credo in unum Deum* canitur; finita collecta *Deus qui nobis nati Salvatoris d. c. c. c.* cum *Per omnia secula*[2] *seculorum Amen*, sequitur collecta *Deus qui salutis eterne b. M.* Ad vesperas ant. *O admirabile* et alie repetuntur.

Inter octavas Domini et Epiphaniam quatuor dies interponuntur. Primo eorum ad matutinas, ps. VIIII. qui pridie sunt evoluti, con secunda ant. revolvuntur ; de Nativitate vero legitur, sed de octavis sancti Stephani agitur. Invitatorium est *Regem martirum*, ℣ *Gloria et honore*, ℟ I. *Intuens*, ℟ II° *Patefacte sunt*, III. ℟ *Lapides torrentis*. In matut. laudibus, ant. *Lapidaverunt*, ℣ *Justus ut palma fl.* Ant. ad Benedictus *Interpellante beato* et oratio prima de octavis sancti Stephani dicitur ; post hec de Nativitate subjungitur et post de sancto Johanne, de Innocentibus. Ad missam idem ordo servatur. Supradicte antiphone, scil. *O admirabile* et cetere, ad horas dierum revocantur, et prima earum ad vesperas. Ad ipsas vesperas de sancta Genovefa agitur ; post vesperas autem primum de octavis sancti Johannis que ingruunt e vestigio, de Nativitate, demum de Innocentibus dicitur.

Secundo die, ad matutinas psalmi quidem supradicti VIIII. com tercia ant. recitantur. Invitatorium tamen, versoria, lectiones cum responsis et ant. que unica[3] in matut. laudibus canitur, et ant. ad Benedictus cum oratione prima de virgine expenduntur ; inde de octavis sancti Johannis, post de Nativitate, post de Innocentibus; ad collectam[3] misse similis ordo servatur. Notandum hoc loco quia si octave Domini VI. feria contigerint, postera die, sabbato scilicet, ad vesperas de Nativitate prorsus agitur. Post vesperas autem, ant. de virgine cum oratione applicatur, m[emoria] de octavis sancti Johannis que imminent[4] infertur et post de Innocentibus subjungitur.

Dominica insequente, ad matutinas, super nocturnos quidem de Nativitate legitur et canitur. Evangelium de officio *Lux fulgebit* pronunciatur. Invitatorium vero et tria ultima ℟ cum pre-

1. *En marge.* — 2. *Ms.* secunda. — 3. *Add.* — 4. *Ms.* inmient.

cedente versorio et ant. que unica in matut. laudibus canitur, et illa ad Benedictus con prima oratione de virgine expenduntur. Post matutinas, primo de octavis apostoli [1], postea de Nativitate et post de Innocentibus digeritur. In die, ad missam, officium *Lux fulgebit* pleniter recapitulatur, mutatis dumtaxat paucis que de nocte Nativitatis dominice sonare videntur ; post primam, collecta de virgine subinfertur. Tunc octave sancti Johannis recensentur, et post de Innocentibus dicitur ; prememorate ant., scilicet *O admirabile* cum ceteris, ad horas diei reflectuntur, et prima earum ad vesperas. Ad ipsas vesperas, de sancto Rigoberto agitur ; VIIII. candelabra ante altare ponuntur, nec tamen [2] responsum canitur. Post vesperas, primo de octavis Innocentum, postea de Nativitate recolitur.

Ad matutinas tertio die, invitatorium, antiphone cum psalmis, lectiones cum responsis, et antiphone in matut. laudibus et oratio prima de confessione explicantur. Post matutinas autem de octavis Innocencium subditur, et post de Nativitate. Ad missam non dissimiliter ordinatur. Ad horas diei ant. de matut. laudibus repetuntur. Notandum vero quod, si hee octave die dominica evenerint et per anticipationem Pasche precurens Septuagesima dominicam *In excelso trono* hac die cantari et evangelium pronunciari ad matutinas conpulerit, antiphonitur de evangelio, post illa(m) de Innocentibus dicitur et illa (dicitur) de Nativitate post subsequitur. Ad missam tamen [2], quia corpus confessoris presens est, de ipso agitur, et post orationem de festo, oratio dominice infertur. Ad vesperas, super psalmos *O admirabile conmercium* unice reflectitur. Capitulum vero et hymnus et ant. ad Magnificat com oratione de sancto Rigoberto dicitur ; post vesperas autem de Nativitate tantum subinfertur.

De Epiphania Domini. — [3] Quarto die, vigilia scilicet Epyphanie, ad matutinas VIIII. psalmi suprataxati cum una ant. repetuntur ; lectiones et responsa ultima de *O regem celi* proferuntur. In matut. laudibus *O admirabile* unice canitur. Ad Benedictus ant. *Ecce advenit*, com collecta subsequente : et ita sine ullo additamento matutine finiuntur. Ad horas diei ant. *O admirabile* et consequentes resumuntur. Ad missam, *Lux fulgebit* canitur, collecta *Deus qui salutis eterne b. M.* non dicitur ; reliqua sicut de ipsa vigilia ordinata sunt a[v°]guntur. Si autem per anti[ci]pationem Pasche quod supra notavimus contigerit,

1. *Ms.* apostolus. — 2. *Ms.* tantum. — 3. *En marge :* In Epiphania Domini non canitur invitatorium donec finiuntur II. psal[mi] et tres lectiones, et pos[t]ea incipitur *Xpistus apparuit.*

hoc profecto die ad missam de dominica prorsus agitur, de Nativitate tantum orationes dicuntur ; de missa autem ad ipsam vigiliam ordinata omnimodis reticetur. Hec sane vigilia Ephyphanie si dominica die contigerit et non fuerit necesse cantari dominicam *In excelso throno*, ad matutinas quidem, sicut fieri quotannis [1] solet, de Nativitate cantatur, evangelium tamen [2] de vigilia *Defuncto Herode* pronuntiatur. Missa vero die juxta quod ad vigiliam ordinata habetur, pleniter celebratur. Ad vesperas utrasque [3], super psalmos he antiphone canuntur *Propter Syon non tacebo*, *Omnes nationes*, *Venient ad te*, *Venit lumen*, *Lux de luce*. Psalmi vero [qui ?] de Nativitate sunt, non mutantur. Ad Magnificat ant. *Magi viderunt stellam*, atque [4] dicta oratione de Epyphania vespere prorsus finiuntur. Infra octo dies Epyph(iph)anie ad Benedictus et Magnificat de ipsa tantum sollenpnitate canitur, et subsequente oratione tam matutine quam vespere omnimodis finiuntur. Verum dominico die qui has octavas incurrerit, si dominicam cantari conpetens fuerit, evangelium dominice ad matutinas pronunciatur, et ex eo ant. post matut. infertur. Ad primam non canitur *Deus Deus meus respice*. Ab octavis Epyphanie usque ad Septuagesimam leguntur epistole Pauli et cantantur responsoria de psalmis *Domine ne in ira tua*. Ipsam quoque dominicam si per aliquot dies in his octavis cantari oportuerit, alternis fit diebus ; orationes tamen [5] de Epyphania ad missam cotidie adhibentur. In die Epyphanie, ad primam canitur *Confitemini Domino;* antiphone de matut. laudibus ad horas canuntur, et ad vesperas similiter, sigillatim; sed in loco quarte que sonat de Benedicite altera conmutatur, scilicet *Stella ista*. Eedem antiphone sigillatim per octavas canuntur, tam in matut. laudibus quam ad horas et ad vesperas, a vigilia Nativitatis Domini usque octavas Epyphanie, licet antiphone pro ratione temporis et sollenpnitatum ad vesperas mutentur : psalmi tamen idem cotidie canuntur. In hoc spatio xx[ti] dierum memoria defunctorum non agitur ad conpletorium, nec *Deus Deus meus respice* canitur ad primam. Septimo autem octavarum die aguntur VIIII lectiones, et in matut. laudibus cantantur proprie antiphone, scilicet *Veterem hominem* et alie.

De sancto Remigio. — Vigilia sancti Remigii, de natalitio ejus, post nonam pulsatur ter aut quater aut plus parvula campana, ad convocandos fratres. Congregatis autem illis, procedunt ordinate ad Sanctum Remigium. Quos cum summo honore

1. *Ms.* quod annis. — 2. *Ms.* tantum. — 3. *Ms.* itaque. — 4. *Ms.* et que. — 5. *D'abord* tantum.

monachi illius ecclesie egressi ecclesiam suscipiunt, si tamen domnus archipresul aderit, aliter enim non; cantor autem inchoat antiphonam hanc *Confessor Domini* et sic psallendo in chorum deducunt et post ant. *Kyrieleison* ter dicitur et versus *Ora pro nobis*, hinc sequitur oratio *Da nobis quesumus omnipotens Deus ventamur*(?) *b. R.*; postea cantant vesperas. Post vesperas autem ibidem ant. de octavis Epyphaniae dicitur *Fontes aquarum* et oratio. Regressi autem in chorum Sancte Marie cantant vesperas, psalmos quidem qui per viginti dies transactos cantari solent et cum prima ant. de matut. laudibus, scilicet *Veterem hominem*. Ad cetera vero de sancto Remigio vespere transiguntur, tamen sine hymno. Post vesperas autem ant. *Fontes aquarum* et collecta subsequens de octavis Epyphanie infertur, et sic vespere finiuntur. Ad completorium hymnus *Jhesu redemptor* canitur. Ad Nunc dimittis *Evigila super nos*. Ad matutinas invitatorium et responsa a binis canuntur. In primo nocturno, secundo, tertio, altare a duobus presbiteris incensatur, et VIIII. candelabra in conspectu altaris ponuntur. Ipsa die, post primam missa canitur ad majus altare. Tercia pulsatur et canitur, et pulsatis signis insimul processio modo superius concepso [1] agitur. Ad missam *Credo in unum Deum* canitur. Vespere sicut de uno apostolo canuntur et sine additamento finiuntur. Ad conpletorium memoria defunctorum non agitur. Idem ordo in altera festivitate sancti Remigii servatur.

Ab hac vicesima die, scilicet a Nativitate Domini usque ad Ypapanti Domini, ad matutinas et ad vesperas vicissim canuntur he antiphone de sancta Maria : *Virgo verbo concepit, Virgo Dei genitrix, Nesciens, Rubum quem, Caste parentis visc.* Ab octavis quoque Epyphanie usque ad Quadragesimam omni sabbato, nisi hoc aliqua festivitas exceperit, canitur hymnus ad vesperas *O lux beata Trinitas*. Ad conpletorium cotidie *Christe qui lux es*. Utraque celebritate sancti Rigoberti, licet bini et bini ad matutinas non cantent, novem tamen candelabra ante altare ponuntur, majus candelabrum illuminatur et ad missam cape induuntur : similiter fit in festo sancti Marcelli pape, cujus caput habemus, et in festo sanctorum confessorum Sisti et Siricii, et in festo sancti Nicasii que agitur xv° [2] kalendas augusti.

De sancto Johanne. — In festo sancti Johannis Babtiste, et in natali apostolorum Petri et Pauli, et in utraque festivitate sancti Remigii similiter fit[3], et plus etiam, quia tunc bini et bini cantant.

1. *Les lettres* ce *sont exponctuées et il y a un signe d'abréviation sur le* p. — 2. *Corr. d'autre main* decimo. — 3. *Ms.* sit.

Sollempnitate sanctorum Fabiani et Sebastiani, nulla mentio agitur sanctorum Marii, Marthe, Audifax et Abacuc, nisi quod ad missam tantum collecte de eis dicuntur.

In quacunque die evenerit festum sancti Vincentii, preter in sabbato, vigilia Adalberonis et Rainaldi agitur post nonam ; si autem sabbato evenerit, non agitur ipso die, sed differtur in crastinum usque post vesperas, propter diem dominicam : similiter fit de reliquis vigiliis Ebali, Gervasii, Seulfi et Hy(m)cmari.

Conversione sancti Pauli, de sancto Prejecto orationes tantum ad missam dicuntur.

Nota quod si evangelia propter brevitatem temporis superhabun[71]daverint, antiphone de eisdem evangeliis debent cantari, tam ad vesperas quam ad matutinas, septimane precedentis Septuagesimam.

In Septuagesima, id est sabbato ad vesperas, super psalmos expenditur hoc Alleluia de Benedictus *Alleluia Alleluia Alleluia.* Ad Magnificat Alleluia de *Puer Jesus proficiebat;* capitulum vero, hymnus et versiculus non mutantur. Consuetudinis est ipso die horas de sancta Maria cantari. Ipsa nocte, ad conpletorium super psalmos aptatur Alleluia de *Miserere mei Deus ;* hymnus vero non mutatur. Ad Nunc dimittis dicitur hec ant. *Alleluia Nunc dimittis Domine Alleluia servum tuum in pace Alleluia Alleluia.* Sequenti nocte, ad matutinas super *Venit*[*e*] dicitur hoc *Alleluia.* In II° nocturno *Aleluia ;* in tertio nocturno *Alleluia.* Versoria autem finiuntur cum *Alleluia,* non solum prima tria, sed etiam ultimum, scilicet *Dominus regnavit decorem induit Alleluia Alleluia Alleluia.* In matut. laudibus, super tres psalmos dicitur *Alleluia* de antiphona *Dico vobis gaudium est;* super Benedicite autem dicitur hec ant. *Benedicat terra Domino;* ipse etiam psalmus cum duplici tono decurritur, videlicet quia primus versus fit de quarto tono, alii autem duo fiunt de tertio tono et sic usque ad finem. Duo autem ultimi versus de quarto tono fiunt ; et postea antiphona repetitur et finitur. *Laudate Dominum de celis* hoc modo decurritur ; prius autem incipit presbiter antiphonam et totam decurrit ita : *Laudate Dominum de celis Alleluia ;* primus autem chorus respondet *Laudate eum o. a. e., Laudate eum omnes virtutes ejus Alleluia Alleluia, Laudate eum sol et luna, Laudate eum omnes stelle et lumen Alleluia Alleluia Alleluia, Laudate eum c. c. et a. q. s. c. s. l. n. Dni Alleluia ;* et sic usque ad finem decurritur. In fine autem ita subjungitur *Sicut erat in principio et nunc et senper et in secula seculorum Amen Alleluia Alleluia Alleluia.* In ipsa etiam nocte canitur *Te Deum*

laudamus, sed ab[1] hinc usque ad Pascha non canitur. Sciendum est etiam quod *Alleluia* non adhibetur in antiphona illa que dicitur ad Benedictus. Ipso die, ad processionem canitur consueta antiphona, scilicet *Ecce karissimi*. Introitu autem ecclesie ant. de evangelio, scilicet *Simile est regnum h. p.* Dominica sequente, canitur ℟ *Igitur persecuti*[2] *sunt*, et introitu ecclesie ant. de evangelio, scilicet *Cum turba plurima*.

In Quinquagesima, ad processionem canitur ℟ *Dum staret Abraham*. Introitu autem ecclesie ant. *Ecce ascendimus*. Ceterum per totam Quadragesimam usque ad Palmas canitur ant. *Cum sederit* et ant. *Cum videris nudum*. Ad matutinas vero historia quidem mutatur, nam Genesis incipitur, responsorium tamen[3] vel quidlibet aliud nequaquam mutatur. Hoc termino, post sextam incipimus missam cantare, post nonam prandere. Abhinc[4] et per totam Quadragesimam ad vesperas omnium sanctorum ad Magnificat mutatur hec antiphona *Sancti per fidem* ; die dominica, ad vesperas commemoratio omnium sanctorum agitur. Hoc die si Purificatio sancte Marie contingat, totum omnino de ipsa festivitate agitur, tam ad vesperas quam ad matutinas et ad missam, et in loco *Alleluia* canitur tractus *Diffusa est gratia*. Invitatorium quod habetur non mutatum canitur *Ecce venit* ; in fine tantum singularum antiphona[rum] *Alleluia* conpetenter subjungitur. Evangelium dominice non ipso(s), sed postero die pronuntiatur. *Laudate Dominum de celis Alleluia, Laudate eum in excelsis Alleluia, Laudate eum omnes a. e., L. e. o. v. ejus Alleluia*, et sic usque ad finem deducitur. Quo decurso, quinta de matut. laudibus ant. adhibetur, scilicet *Optulerunt pro eo Domino* ; una cum oratione matutine finiuntur.

De Purificatione sancte Marie. — Pridie Purificationis sancte Marie, ad vesperas hee antiphone cum his psalmis canuntur : a. *Virgo verbo concepit*, ps. *Letatus sum* ; a. *Virgo Dei genitrix*, ps. *Ad te levavi* ; a. *Caste paren[ti]s*, ps. *Nisi Dominus edificaverit* ; a. *Nesciens mater*, ps. *Beati omnes* ; a. *Rubum quem*, ps. *Domine non est exaltatum*. Ad Magnificat ant. *Cum inducerent*. De omnibus sanctis pretermittitur. In die, ad primam *Confitemini Domino* canitur, et ad missam *Credo in unum Deum*. Ad vesperas, psalmi supradicti cum antiphonis de matut. laudibus. Ipso die Purificationis, post primam cantata missa ad Cruci[fi]xum, statim archiepiscopus si adfuerit sive alius indutus capa et stola ascendit super pulpitum, et benedicit cereos et aspergit aquam super eos ; postquam autem accensi fuerint,

1. *Ms.* ad. — 2. *Ms.* perfecti. — 3. *Ms.* tantum. — 4. *Ms.* Adhinc.

statim incipit cantor ant. *Ave gratia plena* et ordinate faciunt processionem in claustro. Finita autem prima antiphona, consequenter incipitur alia, scilicet *Adorna thalamum ;* quam dum cantaverint, subsistunt parum in solita parte claustri et postquam decursa fuerit usque *Quem accipiens Symeon* procedunt, et finita illa introitu ecclesie cantatur ℟ *Videte miraculum* et sic procedunt in medio ecclesie. Finito autem responso absque versu, cantatur ant. *Responsum accepit Symeon,* versum autem adolescentes cantant super pulpitum. Quo finito et dicta repetitione antiphone, incipit cantor ant. *Cum inducerent* et sic ingrediuntur chorum ; finita autem antiphona, statim inchoatur tertia. Ad missam vero canitur sequentia *Gloria simil.*[1]— Hoc die si Conversio sancti Pauli acciderit, eodem modo fit sicut de Purificatione sancte Marie prediximus, excepto quod evangelium dominice pronuntiatur, et ex eo ant. post matutinas infertur. Invitatorium, lectiones, responsa, in ordine totum de apostolo agitur, et *Laudate Dominum* sicut superius di[v°]ctum est decurritur, et eo decurso quinta antiphona *Da(s)masci prepositus* subinfertur. Hoc quoque Septuagesime die si festivitas sancte Helene contingat, nichil de ea agitur, nisi quod collecte ad missam dicuntur.

In Sexagesima incipiunt responsoria de Eptatico, scilicet *In principio fecit,* et ant. *Pro fidei meritis ;* de ordine consueto nichil aliud mutatur, nisi antiphone et duo psalmi in matutinis laudibus et versorium *Dominus regnavit exultet ter.* Vespere et matutine de omnibus sanctis canuntur [2]. Ipso die si kalende Februarii fuerint, ad matutinas de sancta Brigida nichil agitur : non enim possunt antiphone proprie de matutinis laudibus pretermitti ; sed ad missam post orationes [3] dominice, collecte de ea dicuntur : alias de ea agitur.

Septimo idus Februarii de sancta Helena agitur. Ad vesperas hymnus canitur *Preclaris Helene ;* ad matutinas invitatorium est *Regem continentium.* In matutinis laudibus he ant. dicuntur *Domine Deus meus* et cetere per ordinem.

In Quinquagesima hore de omnibus sanctis canuntur. Antiphone, responsa et versoria ad horas diei, et hymni ad vesperas nec ipso die mutantur nec in tota illa septimana. Feria siquidem [4] quarta in or[dine]prima finita, inchoatur psalterium et in ipsis quatuor diebus canuntur centum psalmi. Reliqui quinquaginta exolvuntur secunda ac tercia feria ultime septimane. Item ipso die,

1. *Lire* Eia simul ? — 2. *Add. en marge depuis* Vespere. — 3. s *au-dessus de* m *et cette lettre soulignée.* — 4. *Ms.* siquidam.

post nonam archipresul sive presbiter capa indutus in conspectu [1] altaris benedicit cineres et aspergit aqua benedicta. Postea incipit cantor ant. *Exaudi nos Domine* et interim ponuntur cineres super capita. Qua decursa cum psalmo et *Gloria Patri* et iterum repetita antiphona, presbiter dicit orationem ; qua finita, cantor incipit ant. *Inmutemur*, et hanc decantantes ordinate procedunt in capellam archiepiscopi inferiorem, videlicet in oratorium Sancti Petri. In introitu autem canitur hec ant. *Tu es pastor ovium;* qua finita, procumbunt ad orationem quousque tacite decurrant septem penitentiales psalmo[s] vel alias orationes conpetentes. Quibus finitis, presbiter dicit *Et ne nos inducas* et preces consequitur, et ad ultimum versorium de apostolo, scilicet *Solve(nte) jubente Deo*, et postea dicit orationem de sancto; qua finita, canitur alia antiphona, scilicet *Quodcunque ligaveris*, et interim recedunt, non per hostium quo intraverunt, sed per aliud. Finita autem predicta antiphona, iterum canitur alia, scilicet *Juxta vestibulum*, et sic intrant [2] ecclesiam, et postea pulsatur missa et canitur. Sciendum est quod, si festivitas sancti Valentini vel alterius sancti, de qua solent agi tres lectiones, evenerit in die dominica in Septuagesima sive in Sexagesima, nichil inde agitur nisi tantummodo orationes ad missam, videlicet quia non habent intermitti proprie antiphone de matutinis laudibus.

Pridie Adnuntiationis Domini nostri Jesu Christi, post sextam procedunt domini ad Sanctam Trinitatem. Cum autem exeunt de choro Sancte Marie signa non pulsantur neque ante processionem crux defertur ; in eundo autem decurrunt vigiliam pro fidelibus defunctis. Introitu autem ecclesie nichil canitur ; intrantes autem chorum prosequuntur vigiliam usque ad finem, et interim sacerdos ebdomadarius et levita et subdia[co]nus et precentor et pueri preparant se ad officium misse. Duo pueri cantant gradale, et duo diacones tractum. Cantata autem missa pro anima domni Constantii bone memorie decani et pro ceteris fidelibus defunctis, domini discedunt. In reditu autem cantant quindecim psalmos qui solent cantari pro defunctis. De isto autem anniversario dantur canonicis decem et VIII solidi [3] Remensis monete ; quorum dimidiam partem solvit custos hospicii et alteram partem custos curie fratrum, videlicet dapifer.

Ipso etiam capite jejunii, episcopus pro penitentibus sollempniter et devote disponendis publicam celebrat processionem [4] trium diaconorum et totidem subdiaconorum, et totidem ceroferariorum et duorum thuribula ferentium ; quin etiam duo

1. ***Ms.*** **spspectu. — 2.** ***Ms.*** **intravit. — 3.** ***Ms.*** **solis. — 4.** ***Ms.*** **celt con processione.**

archidiacones ibi adsunt; precentor [1] autem alba et capa indutus chorum previdet. Ad missam *Flectamus gen.* dicitur; epistola et evangelium in facie altaris leguntur. Sabato, ad vesperas capitulum mutatur; hymnus *Ex more docti mistico* et versorium *Angelis suis*, dicitur ant[a] ; hore de sancta Maria dicuntur.

Intrante Quadragesima, sabbato ad conpletorium incipitur Dialogus legi; capitula, responsa, con versoriis mutantur. Ad horas diei antiphone de evangelio canuntur : ita in reliquis dominicis.

Secunda feria, ad invitatorium canitur *Venite exultemus Domino*. Tercia feria, *Jubilemus Deo*. Reliquis[2] feriis, more solito canuntur invitatoria. In ipsis quindecim diebus ad horas dierum hec responsa canuntur : ad tertiam *Participem me fac;* ad VI[am] *Ab omni via mala;* ad nonam *Declara super nos*. In sequentibus quindecim diebus mutantur hec : ad tertiam *Bonum michi Domine;* ad VI[am] *Servus tuus;* ad nonam *Septies in die*. Versoria tamen ipsum [3] per totum mensem non mutantur, sicut nec antiphone que sunt he : ad tertiam *Advenerunt nobis;* ad VI[am] *Per arma justus*[4]; [72] ad nonam *Conmendemus nosmetipsos*. Hymnus in matutinis laudibus adhibetur, scil. *Summe larg.*, qui incipitur prima feria intrantis Quadragesime et canitur cotidie, etiam Ramis palmarum, usque in quartam feriam septimane majoris, exceptis tribus festivitatibus, videlicet sancti Gregorii, sancti Benedicti et Annuntiatione sancte Marie. Usque ad hunc ipsum terminum non mutantur ad primam he antiphone *Beati qui anbulant* et *Dominus regit me*, in dominicis diebus.

De sancto Petro. — Cathedra sancti Petri, ad vesperas, ad Magnificat ant. *Tu es pastor*, matutine cum VIIII lectionibus clauduntur. Invitatorium est *Regem apostolorum*. In unoquoque nocturno ant[e] *In plateis* et subsequentes in ordine, cum responsis *Simon petre* et ceteris, expenduntur; duo tamen ultima responsa de festivitate que est in au[gu]sto accipiuntur. In matutinis laudibus antiphone *Tu es Petrus* et alie ; ad Benedictus *Quodcumque ligaveris*. In die, ad vesperas *Juravit Dominus* et cetere consuete [5]. Ad Magnificat ant. *Considera*. Que festivitas si dominica die evenerit, nichilominus propter hoc de ipsa festivitate totum agitur; excepto quod ad [ma]tutinum evangelium dominice pronuntiatur et post Benedictus, dicta ant. et oratione de sancto, antiphona[6] de evangelium subinfertur et oratio dominice.[7] Scien-

1. *Ms.* preceptor. — 2. *Ms.* Reliquiis. — 3. *Lire* ipsa ? — 4. *Lire* justitie. — 5. *Ms.* cum suetis. — 6. *Ms.* antiphana. — 7. *En marge :* Festivitas sancti Petri, ca (!) *Dominus regnavit* et *Jubilate Domino*, etsi etiam dominica die evenerit.

dum quoque est quod ad matutinas laudes, quocumque die evenerit, non canitur *Miserere mei Deus* sive *Confitemini*, sicut est consuetudo dominicis diebus in Quadragesima. Ad primam tantum *Confitemini Domino* canitur, non *Dominus regnavit*. Ad missam autem de apostolo totum agitur, excepto quod post orationes [1] de sancto et orationes de dominica subinferuntur. Et idem ordo observandus est in festo sancti Gregorii et in festo sancti Benedicti et in Annuntiatione sancte Marie, si dominica die in Quadragesima evenerit.

Sexto kalendas Martii, de sancto Mathia apostolo agitur. Novem lectiones fiunt et totum de apostolo agitur, excepto quod post Benedictus, dicta antiphona et oratione de sancto, ant. de feria subinfertur. Ad missam vero orationes tantum de apostolo post orationem ferie dicuntur.

De Adnuntiatione sancte Marie. — In Adnuntiatione sancte Marie, ad vesperas viiii candelabra in conspectu altaris ponuntur. Vespera ejusdem diei cum hisdem antiphonis canitur ; cetera prorsus [2] de festivitate aguntur, excepto quod post vesperas ant. de feria cum collecta dicitur. Vespere et matutine [de beata Maria ?], itemque vespere de omnibus sanctis pretermittuntur. Ad conpletorium, ant. *Miserere* et hymnus *Christe qui lux es et dies* canitur. Cortine in circuitu chori levantur, quod non fit in festivitatibus reliquis, scilicet sancti Petri, sancti Gregorii et sancti Benedicti, sed tantum in dominicis diebus. Ad matutinas a binis cantatur. In die, ad primam psalmi xxv et letania et solite preces. Ad missam vero sollempnes cape induuntur ; *Credo in unum Deum* canitur. Que festivitas, si feria quarta ebdomade majoris acciderit, a(d) vespere quidem usque ad vesperam de Annuntiatione agitur totum, videlicet vespere, (ad) matutine, prima, tercia, post terciam missa(m), post missam sexta et nona de festo (canuntur). Post nonam autem missa de feria celebratur. Ad vesperas vii tantum candelabra coram altari ponuntur, quod consequenti diei conpetit, et vespere de feria prorsus cantantur.

Item, si festivitas sancti Benedicti vel Adnuntiatio sancte Marie infra quindecim dies dominice Passionis evenerit, ad matutinas super singula responsa *Gloria Patri* more sollempni repetuntur. Item, si festivitas beati Gregorii vel sancti Benedicti vel Adnuntiatio sancte Marie die dominica in Quadragesima evenerint, missa matutinalis ad Sanctam Crucem de ipsa dominica canitur ; publica vero missa et hore diei de festivitate prorsus expendun-

1. *D'abord* orationem. — 2. *Ms.* props⁹.

tur. Item, si eadem Adnuntiatio Ramis palmarum contingat, transfertur ad precedente, scilicet sabbatum, et illic agitur. Quo sabbato quidem, ad vesperas novem candelabra in facie altaris ponuntur, non propter preteritam diem [1] sequente, quia ad ipsas vesperas nichil de festivitate, sed totum de consequenti dominica agitur. Anplius, si hec Adnuntiatio quinta vel sexta [vel] septima feria majoris ebdomade contigerit, juxta Romanam consuetudinem in quartam feriam ejusdem septimane retrofertur ibique agitur ; si autem prima et secunda, tercia vel quarta feria Paschalis septimane evenerit, omnino pretermititur, excepto ad missam orationes conmemorantur.

Dominica ante Ramos p(l)almarum, ad invitatorium *Gloria Patri* canitur ; per singulos tamen [2] nocturnos ad responsa nequaquam, sed tertium responsum repetitur. Matutine laudes de omnibus sanctis canuntur. Sequentibus ejusdem septimane diebus, ad invitatorium similiter *Gloria Patri* canitur, ad responsa nequaquam ; ad horas diurnas antiphone mutantur : ad terciam *Invocabo*, ad sextam *Tibi revelavi*, ad nonam *Infirmata est*. Similiter responsa mutantur, scilicet hec : *Erue a framea*, *De ore leonis*, *Principes persecuti*. Ad ipsas tamen horas *Gloria Patri* post responsum non canitur, sed responsum repetitur, tam prima quam reliquis feriis.

Sabbato ipsius septimane, ad vesperas novem candelabra coram altari ponuntur ; ℟ a binis canitur *Circumdederunt me ;* antiphona de sancta Maria et vespere de omnibus sanctis remane[n]t usque ad octavas Pasche. Sabbato, ad vesperas novem candelabra coram altari ponuntur, ℟ a binis canitur *Circumdederunt me*.

Dominica Palmarum, ad invitatorium et ad responsa *Gloria Patri* pretermittitur, ac per singulos nocturnos tercium [v°] responsum repetitur; et licet novem candelabra coram altari disponantur, non tamen a binis cantatur. Ipso die, ad primam *Deus in adjutorium* incipitur, hymnus *Jam lucis* canitur, ad psalmos *Gloria Patri* ex more dicitur, ant. *Dominus regit me* canitur, et solito more prima decurritur. Eodem die, postquam aqua benedicta sonuerit factaque et aspersa [3] fuerit con collecta subsequente, exeunt canonici de choro et de ecclesia ordinate pergentes per claustrum, et in eundo nichil cantantes, ad Sanctum Petrum ad moniales. Sciendum quoque quod, antequam canonici exeant de suo choro, debent custodes clerici preire

1. *Le scribe a omis ici la valeur d'une ligne ; voir p. 178.* — 2. *Ms.* tantum. — 3. *Ms.* asperas.

singulariter cum duabus crucibus et palmis, et interim major crux debet portari a quodam vicario per aliam viam usque ad Sanctum Mauricium, ut ibi preparata sit quando processio venerit. Egressis autem canonicis ut supradictum de ecclesia Beate Marie, subdiaconus cui ebdomada epistole accidit precedat alba indutus et textum ferens, et acolitus cum aqua benedicta. Venientibus autem canonicis ad Sanctum Petrum, [in] introitu ecclesie incipiat cantor ℟ *Salvum me fac*. Quo finito, predictus subdia[co]nus legat lectiones *In diebus illis venerunt filii Israel in Heli ubi erant XII^cim fontes*[1] *aquarum et septuaginta palme* usque *Et ecce gloria Domini in nube*. Interim archi(l)presul, capa et stola indutus, benedicat palmas et frondes. Quibus benedictis et deportatis per singulos, cantor incipiat ant. *Pueri Hebreorum*. Qua fin[i]ta, canitur alia ant. *Collegerunt*; due autem moniales[2] cantant versum *Unus autem ex illis* in superiori arcu turris. Quo finito, canonici finem prime antiphone repetentes exeunt de choro cum crucibus et signis, con diacono textum ferente[3] et accolito aquam benedictam. Deinde sequitur ant. *Cum appropinquaret*, et alia *Cum audisset populus*, et alia *Ceperunt omnes*. Postquam autem ad Sanctum Maurici[um] pervenerint, canitur ant. *Occurrunt turbe*. Postea disponuntur canonici ex una parte et monachi ex altera. Et facto silentio, cantor incipit ℟ *Circumdederunt me*. Quo finito, con versu iterum incipit *Pueri Hebreorum toll'*. Iterum cantor incipit *Turba multa*; ex alia parte monachi cantant *Osanna filio David*. Iterum canonici cantant ant. *Cum angelis*. Et interim diaconus preparatus ad legendum evangelium procedit in medium. Quidam autem de monachis debet deferre thuribulum cum incenso, et alius lanternam cum igne. Post evangelium autem dom. archipresul facit sermonem ad populum. Quo facto, canonici revertuntur ad suam ecclesiam. In reditu autem cantatur ant. *Ante quinque dies*. Post hanc consequitur hymnus *Magno salutis gaudio*. Cum autem perventum fuerit ad Sanctum Dyonisium, ibi parumper subsistere mos est. Moniales autem debent adesse super posticam, ut ibi dicant salutem Domino, hanc scilicet *Ave rex noster*. Interim autem debent pueri preire et in veterem turrim ascendere. Finita autem antip[h]ona, domini ingredientes in civitatem cantant ℟ *Ingrediente Domino*. Venientes autem in atrium, ibi sedent in sedibus preparatis. Pueri autem superius cantant *Gloria laus*. Qua finita, intrant in ecclesiam cantantes ℟ *Ingrediente Domino*. Postea dom. archipresul ante Crucifixum incipit ant. *Ave rex noster*.

1. *Ms.* fortes. — 2. *Ms.* Colligerunt au' m-s dñe. — 3. *Ms.* ferm'te.

Qua finita, cantor incipit responsum *Conclusit vias meas*. Quod dum cantatur more solito, processionem circa claustrum exequntur cum tribus crucibus et texto. In introitu autem ecclesie cantant ℟ *Ingrediente Domino*. Reversis autem in chorum, sacerdos in medio chori consuetam orationem dicat. Qua finita, cantatur tercia ; inchoatur ita : *Deus in adjutorium ;* hymnus autem non dicitur, sed psalmi absque antiphona inchoantur. Quibus decursis cum *Gloria Patri*, canitur ℟ *Ingrediente Domino de ;* quo expleto, dicitur oratio et tercia finitur. Hec eadem ratio est de sexta et nona. Ad vesperas ℟ non canitur. Ad conpletorium commemoratio defunctorum agitur.

Idem fit tercia, secunda et quarta feria. In his tribus feriis ad invitatorium *Gloria Patri* pretermittitur. Ad nocturnos tercia responsa repetu[n]tur. Ad horas diurnas hymni et supradicte antiphone canuntur. In duabus harum trium feriis, secunda dico et tertia, canuntur Z. psalmi qui supererant de psalterio quod ceptum fuit a capite jejunii. Hisdem quoque feriis tribus, ad missam non dicuntur orationes de sancta Maria vel de omnibus sanctis, sed pro pace et pro pontifice.

Quarta autem feria, mox finita prima, itur in capitulum. Inde regres[s]is et cito discalciatis canonicis et in chorum ingressis, incipitur psalterium quasi pro tota ebdomada, et ibidem Z. [= 50] psalmi canuntur. Quibus finitis, surgentes canonici alios Z. usque ad hostium Beati Remigii cantant, et in[73]tro ingressi privatim se in oratione prosternunt. Deinde cum silentio de ecclesia regressi tercios Z. incipiunt, quos in choro Sancte Marie cum letania et precibus et orationibus consuetis finiunt. Ipso autem die, ad missam duo subdiaconi quibus consignatum erit tractum cantent ad vesperas, ℟ *Circumdederunt me ;* canitur et hymnus *Vexilla regis prodeunt*, et sollempni more vespere finiuntur.

Cena Domini, *Deus in adjutorium*, invitatorium et *Gloria Patri* omnino non cantantur, sed antiphona *Zelus domus tue* excelse inchoatur. Per nocturnos tria responsa repetuntur. Ad lectiones benedictiones non dantur. In antiphonis toni non finiuntur ; una tantum de Passione collecta dicitur, scilicet hec *Respice Domine super hanc familiam* absque *Dominus vobiscum ;* matutine stando et con silentio finiuntur. Summo mane surgit archiepiscopus et procedit per congregationes, faciendo absolutiones per singulas ; et super psalmos septem penitenciales, qui in absolutione canuntur, *Gloria Patri* adhybetur. Interim pulsatur prima et sic canitur : *Deus in nomine tuo* excelse inchoatur et sine *Gloria Patri*, et in fine *Laus tibi Domine* decurritur ; post *Quiconque vult* primum de matutinis responsum canitur. Quo

finito, privatim a singulis prima finitur. Iterum archiepiscopus reversus in majori ecclesia facturus absolutionem, in capitulum in ipsa die sine benedictione legitur, eos subsequitur, et procedens inde ascendit pulpitum et iterum absolutionem facit super populum. Ad terciam, sextam et nonam psalmi sine hymno, ac sine *Gloria Patri* et sine *Laus tibi Domine* excelse canuntur : et sic ad terciam; ad sextam quartum, ad nonam quintum de matutinis responsum canitur. Eadem vero die Cene dominice, hora nona fiat novus ignis et [ab] archiepiscopo benedicatur. Sic et sexta feria et sabbato sancto faciendum est. Ipsa vero die Cene, mane mansionarii preparent omnia que sunt necessaria ad consecrationem crismatis, scilicet ampullas tres de oleo mundissimo plenas, ponentes in sacrario : unam ad oleum pro infirmis, alteram ad crisma, terciam vero ad oleum ad caticuminos ungundos. Maxime autem illam que ad crisma debet fieri de albo serico, alias autem de alio serico coopertas; et pontifex provideat de balsamo. Hora autem nona, egrediantur penitentes de loco ubi penitentiam gesserint ut gremio presententur Ecclesie. Sedente autem pontifice pro foribus ecclesie, penitentibus in atrio ecclesie eminus cum archidiacono jussum illius prestolantibus antequam eos offerat, postulat archidiaconus his verbis : « Adest, o venerabilis pontifex, tempus acceptum » et cetera que sequuntur per ordinem. Penitentibus igitur sollempniter reconciliatis, procedit pontifex in [sa]crarium et [more] solito preparat se ad missam celebrandam. Ipso die sonentur campane ad missam et ad ceteras horas absque complectorio, sicut mos est in sollempni[bu]s diebus ; et vesperis pulsatis, sileant usque sabbato. Presbiteri vero et diaconi atque [1] subdiaconi ornent se cum reliquo clero, induentes sollempnes capas et expectantes usque dum veniat dom. pontifex, cum processione plenaria, ad missam sicut in diebus sollempnibus, cum VII diaconibus dalmaticis et totidem subdiaconibus indutis tunicis, et totidem ceroferariis et duobus accolitis thuribula ferentibus cum incenso. Cantor autem et succentor, statim ut visum fuerit, incipiant introitum misse. In illa die non cantatur *Gloria Patri* ad introitum. Dicendum est autem *Kyrieleyson* sollempniter sicut consuetudo est. Sciendum est autem quod ipsa die evangelium in ambone legitur et faciterculum pulpito superponitur; dum autem legetur parati sunt custodes laici ut extendant tapeta ante altare, ubi procombant domini in absolutione, et pallium etiam pona(n)tur super quod dom. archipresul [2] reclinet. Lecto autem evan-

1. *Ms.* absque. — 2. *Ms.* archipresus.

gelio, non dicat episcopus *Dominus vobiscum* neque *Oremus*, sed residet in cathedra et legitur coram eo in rotulo [1]. Postea ipse episcopus sive cantor incipit ant. *Cor mundum crea in me Deus*. Tunc prosternuntur domini et ipse episcopus, et cantatur *Miserere mei Deus*. Quo decurso cum *Gloria Patri* et ant. repetita, *Kyrieleyson* dicitur et preces cum oratione dominica sequu[n]tur, *Pax Domini* [2] *sit senper vobiscum* dicitur, pax ab episcopo nec accipitur nec mutuo datur, nisi ab his tantum qui communicantur [3]. Veniens autem dom. archipresul accintus pallio ante altare, incipiat *Gloria in excelsis*; ubi vero crisma non consecratur, *Gloria in excelsis* non canitur. Quod dum cantabitur, campane insimul pulsentur. Finito autem illo, peragatur missa sollempniter in ordine usque dum pontifex dicere debeat *Per quem hec omnia Domine semper bona creas*, et tunc offeratur illi oleum tam ad inungendos in[v°]firmos quam inerguminos, et benedicat illud tam ipse quam omnes presbiteri qui adsunt, ita ut tantum possit a circumstantibus audiri. Finita autem benedictione, dom. pontifex dicat *Per quem hec omnia Domine senper bona creas*. Finito [4] *Pater noster* et *Libera nos quesumus Domine*, antequam dicat *Per omnia secula seculorum*, offerat diaconus patenam episcopo et ipse episcopus frangat super illam Corpus Domini, et statim cooperiatur a duobus diaconibus hoc modo. Ponuntur duo calices hinc et illinc, altiores medio in quo Eucharistia continetur et servatur, et sic de sindone munda quam prius preparaverint in ore altaris post corporalem expansum. Tunc dom. archipresul vadat ad sedem suam cum diaconibus suis et expectet. Dum autem expectabit, veniant a sacrario XII^cim presbiteri induti casulis et ceteri clerici quam opus fuerit, ad offerendum cum omni decore oleum crismale et oleum cathicuminorum et neophitorum usque in ecclesiam ante episcopum. Tunc duo accoliti, accipientes duas ampulas que ad crisma et oleum caticuminorum consecrari debent, procedant. Presbiteri autem illi ordinent se et alii clerici rite et devote, ita ut primum anbulent duo pueri in laudem ejusdem misterii, concinentes hos versus *O redemptor* et cetera. Postea sequuntur duo accoliti con candelabris et cereis accensis. Tunc ponatur pallium desuper, quod sustentetur a quatuor presbiteris, deinde portentur duo thuribula cum incenso et inter illa medium caticuminorum oleum. Postea portentur due cruces et inter illas medium crismale oleum. Dehinc portetur evangelium, ut inpleatur omne bonum. Quidam vero de sacerdotibus ferat balsamum. Dehinc

1. *Ms.* rotula. — 2. *Ms.* Domino. — 3. *Ms.* conmunucantur. — 4. *Ms.* Finita.

lavandum. Decanus autem et ceteri sacerdotes lavant pedes aliorum in ordine(ne) et interim canuntur que supra notavimus, et legitur lectio post ablutionem pedum. Post finem autem lectionis dom. archipresul sive aliquis de sacerdotibus dicat has preces *Suscepimus Deus misericordiam tuam* et ceteras que sequuntur [1] con orationibus. Quibus expletis, dom. metropolitanus ex caritate et pro consuetudine tamen jubet distribui unicuique sacerdotum et personarum et lectori, scilicet duobus diaconibus [xviii] d[enarios], subdiaconibus d. xii, accolitis d. viii. Dum hec autem fient, preparatur vinum a cellario archiepiscopi extra capitulum et a camerario cum aliis subdiaconibus defertur archiepiscopo primum et postea omnibus qui in capitulo sunt et sic finitur mandatum.

In Parasceve matutine modo simili celebrantur, excepto quod cum precibus et prostrati [2] finiuntur. Prima et relique hore diei sine *Deus in adjutorium* et sine *Gloria Patri* secreto et singulariter celebrantur, et cum precibus prostrati [2] finiuntur; ad singulas unum de matutinis responsum canitur; oratio per singulas *Respice quesumus Domine*. Post nonam missa non canitur, sed officium hoc modo agitur. Procedit dom. pontifex de sacrario, ad missam preparatus, et diaconus cum eo, casula indutus, et cereus neque thuribulum neque textus tunc defertur; tunc episcopus orat coram altari. Sciendum est autem quod non licet presbitero sive diacono sive subdiacono sive accolito ministrare ad altare nudis pedibus. Postquam autem oraverit, vadat stare [v°] secus altare et dicat *Oremus*; diaconus autem *Flectamus genua*. Sequitur oratio *Deus a quo et Judas*. Deinde legitur lectio ista *In tribulatione sua*. Qua finita, duo subdiaconi cantent tractum *Domine audivi*. Quo expleto, iterum dicit episcopus *Oremus*, et diaconus *Flectamus genua*. Oratio *Deus qui peccati veteris*; sequitur lectio *Dixit Dominus ad Moysem*. Deinde duo diaconi et duo subdiaconi cantant tractum *Eripe me*, primum versum diaconus et subdiaconus, secundum diaconus alter et subdiaconus, excepto quod principium primi et finem ultimi versus insimul cantant. Quo finito, legitur Passio Domini secundum Jhoannem. Hoc die passio legitur ante altare super pulpitum, sed facitergium libro non supponitur. Qua lecta, non dicitur *Dominus vobiscum*. Cum autem ventum fuerit ad locum ubi dicit evangelista *Partiti sunt vestimenta mea*, statim diaconi duo casulis induti detrahant que ad hoc apposita sunt super altare

1. *Ms.* sequemtur. — 2. *Ms.* prostrata.

in modum furantis et secum auferant ; et finita passione dom. pontifex dicit orationes sollempnes, diacono pronuntiante per singulas *Flectamus genua*, (cum) excepto cum pro Judeis oratur. Post orationes finitas defertur crux minor ante altare, phanone involuta, et salutat eam episcopus solus, ter mutando locum ; qua(m) salutata, eadem crux refertur in suum locum. Tunc preteriti diei Corpus dominicum reservatum a presbitero defertur in sacrario et ab alio presbitero vinum consecratum ; sunt autem anbo presbiteri casulis induti. Tunc pontifex inchoat excelsa voce *Oremus Preceptis salutaribus moniti* et cetera usque *per omnia secula seculorum*. Cum autem responderit chorus *Amen*, nequaquam *Pax Domini sit senper vobis* dicitur nec *Agnus Dei*, nec pax mutuo datur nec accipitur. Communicat autem solus episcopus. Tunc eant duo presbiteri retro altare, ubi major crux est preparata, et stent ante eam induti purpureis casulis ; et cantent *Popule meus* et cetera, et duo diaconi similiter casulis induti *Ayios* et cetera. Chorus autem respondeat *Sanctus Dominus* et cetera que sequuntur per ordinem. Tunc veniant duo accoliti induti sagis lineis, deferentes crucem paulatim ante altare, et discooperiat eam episcopus, incipiatque hanc ant. *Ecce lignum crucis*, ps. *Beati inmaculati ;* item *Ecce lignum*, versus *Beati qui scrutantur;* item *Ecce lignum*, versus *Non enim qui operantur ;* item *Ecce lignum*. Tunc statim [1] ut viderint eam a presule discooperiri, prosternant se ad terram et iterum continuo erigantur, exceptis personis et majoribus qui eam presentialiter adorari debent. Finita autem antiphona cum versiculis et per singulos versus repetita, incipiant duo diaconi hymnum *Crux fidelis* nec mutent habitum. Chorus autem per singulos versus repetat primum. Interim clerus et populus adoret crucem. Qua adorata, accipiat eam pontifex et elevatam reponat in suum locum, cantando ant. hanc *Super omnia ligna cedrorum*. Dicto autem versiculo *Adoramus te Xpiste et benedicimus tibi*, sequitur oratio de cruce et sic finitur officium. Vespere autem privatim canuntur ; ant. *Calicem salutaris* ut in Cena Domini et psalmi idem, excepto quod cum precibus et prostrati finiuntur.

Sabbato sancto tam matutine quam relique hore diei superius modo conprehenso exolvuntur. Hora nona ingreditur pontifex sacrarium et induit se sacris vestibus, non tamen melioribus, et procedit ante altare et eo sedente in sede, non tamen in majori, statim diaconus incipit benedictionem cerei ; quo benedicto, ilico illuminentur candele ab eo ; et de ipso novo et benedicto igne in

1. *Ms.* statum.

omni domo accendant, quia omnis ignis anterior qui tunc ardebat extingui debet. Deinde subdiaconus legat lectionem hanc *In principio creavit Deus celum*, nec pronunciet *Lectio libri Genesis*, sed statim dicat *In principio*; et ante istam lectionem non habetur oratio, sed ante alias lectiones et orationes dicuntur et tituli pronuntiantur. Prima autem finita, episcopus sive presbiter absque *Dominus vobiscum* dicit *Oremus* et non dicitur *Flectamus genua*; sequitur oratio *Deus qui mirabiliter*. Alter vero subdiaconus legit secundam lectionem *Factum est in vigilia matutina*. Solus accolitus cantet tractum *Cantemus Domino*; [75] sequitur oratio *Deus cujus antiqua*. Deinde tertius subdiaconus terciam legit(ur) [lectionem] *Adprehendent septem mulieres*; alius accolitus tractum *Vinea facta est*; item oratio *Deus qui nos ad celebrandum*. Quartus subdiaconus quartam legit lectionem *Hec est hereditas*, post quam subinfertur oratio *Deus qui Ecclesiam tuam*; tercius accolitus tractum *Sicut cervus*; sequitur oratio *Concede quesumus omnipotens Deus ut qui Paschalia*; item alia [1] oratio *Omnipotens sempiterne Deus*. Interim dum lectiones leguntur, presbiteri parrechiarum catecizent infantes qui debent baptizari. Expletis autem lectionibus, dum tercius tractus canitur, veniunt a sacrario duo accoliti, tenentes singuli anpullas singulas, unam de crismate, aliam de oleo sancto, et habent sindones in scapulis sinistris. Veniunt autem et duo subdiacones post eos ferentes cruces et duo alii accoliti cum cereis benedictis, qui debent esse librarum VIII. Accoliti autem qui sanctificatas ampulas tenuerunt, stent in medio ante candelabrum magnum. Conpletis autem ultimis orationibus, statim duo sacerdotes in medio chori incipiunt letaniam septenam. Deinde procedit prius pontifex ad fontes, quem precedunt [2] duo accoliti ferentes duas ut supradiximus anpullas, et duo subdiacones ferentes duas cruces et alii duo accoliti ferentes cereos benedictos; et postea sequatur omnis chorus bini et bini processionem faciendo; predicti vero cerei et cruces ipso die senper ante archiepiscopum precedant usque omnia fuerint finita. Expleta autem letania septena, ad fontes astante omni clero et populo in circuitu fontium, facto silentio pontifex benedicturus fontes ut mos est dicit *Dominus vobiscum*: quod nusquam alias in hoc officio dicit; sequitur oratio *Omnipotens senpiterne Deus* et cetera que sequuntur, et baptizet unum, reliquos vero presbiteri parrochiarum baptizent, et post baptismum confirmet eos pontifex. Hoc autem omnino precavendum est, ut non negligatur confirmatio, quia

1. *Ms.* alio. — 2. *Ms.* procedunt.

tunc omne baptismum legitimum christianitatis nomine confirmatur. Quibus expletis, regreditur processio a fontibus et duo diacones faciunt letaniam quinam. Iterum a duobus subdiaconibus in medio choro stantibus letania terna incipitur. Interim pontifex in sacrarium descendens, deponit vestimenta sua et preparat se sollempniter ad missam, sandaliis et aliis melioribus ornamentis indutus, pallio quoque ornatus. Postquam autem letania terna conpleta fuerit usque ad *Xpiste audi nos* ter repetitum, egrediente archiepiscopo de sacrario cum processione, cantor habens cereum super virgam accendat linum super craticulam expansum ante hostium sacrarii et dicat alta voce *Accendite*. Et hoc facto precentor, cujus ebdomada est servandi chorum, statim incipiat *Kyrieleyson* et tunc archiepiscopus ingrediatur in chorum cum VII diaconibus, totidem subdiaconibus, ex quibus duo cruces ferant, et VII ceroferariis et duobus accolitis thuribula ferentibus. Finito autem *Kyrieleyson*, pontifex incipit *Gloria in excelsis Deo*, et pulsentur signa usque dum finiatur. Quo finito, dicat pontifex *Pax vobis*, et oratione dicta et epistola lecta, accolitus cante(n)t *Alleluia Confitemini*, subdiaconus vero tractum *Laudate*; ante evangelium non portentur candelabra nec cerei, sed tantum thuribula cum incenso. Legatur autem in ambone et pulpitum sit faciterculo coopertum. Lecto autem evangelio, *Dominus vobiscum* dicitur [et] *Oremus*; nec tamen offerenda canitur, sed statim calices cum oblatis et vino deferentur ad altare. Ipsa autem die non dicitur *Agnus Dei* nec communio; et *Pax Dei sit senper vobiscum* dicitur, nec tamen pax mutuo datur vel accipitur. Postquam vero episcopus communicatus fuerit et cum eo qui voluerint, incipiat cantor *Alleluia*, sequitur ps. *Laudate Dominum omnes g*[*entes*]; et repetita *Alleluia* incipiat archiepiscopus ant. *Vespere autem sabbati*, ps. *Magnificat*, oratio *Dominus vobiscum*, *Spiritum nobis Domine* et diaconus dicat *Ite missa est*. Tunc dom. pontifex descendens in sacrarium cum processione, cum crucibus et cereis, deponit sacra vestimenta; et continuo canonicis euntibus in refectorium, archipresul cum crucibus et cereis in palati(n)um suum deducitur : et sic per reliquos quatuor dies a palatio in ecclesiam [v°] et ab ecclesia in palatium, et per ecclesias similiter ubi processiones fiunt, sollempniter procedit. Subdiaconi vero cruces ferentes et accoliti cereos portantes sint semper albis induti et capis, et eos habet dom. archiepiscopus secum ad mensam. Conpletorium ipsa nocte usitato more canitur. *Alleluia* de antiphona *Miserere mei Deus* dicitur; hymnus canitur *Jhesu salvator seculi*. Ad Nunc dimittis Alleluia canitur ita : *Alleluia Nunc dimittis*

(de) *alleluia servum tuum in pace alleluia*, et *Kyrielyson* more atque q[r] preces.

De Pascha Domini. — Die sancto Pasche, ad matutinas in antiphonis que canuntur nullus tonus finitur. In matutinis laudibus, neque capitulum neque versiculus dicitur, sed tantum post quintam antiphonam antiphona ad Benedictus incipitur, et a pontifice dicta collecta matutine finiuntur. Ad primam hymnus non canitur nec antiphona, sed psalmi consueti et *Confitemini* et *Quicumque vult*. Quo finito cum *Gloria Patri*, subjungitur *Alleluia* et ℟ dicitur *Hec dies* absque versu, et mox una paschali oratione dicta prima terminatur. Deinde in capitulum itur. Similiter canuntur tercia, sexta et nona, sine hymno et sine antiphona, et cum ℟ *Hec dies* et oratione clauduntur. Post primam et post missam, que canitur ad Sanctam Crucem, fit aqua benedicta. Qua aspersa, induti capis procedunt sollempniter cum crucibus et cum aqua benedicta ; subsequitur etiam hos omnes dom. archiepiscopus, cum aliis crucibus et cereis. Exeuntes autem domini de choro, cantant ant. *Vidi aquam* ; deinde circueuntes claustrum, cantant aliam ant. *Ego sum alpha et* ω. [1] ; et in ecclesie introitu post collectam incipit cantor ant. *Sedit angelus*, et tunc procedunt in medio ecclesie, ibique antiphona finita, super pulpitum versus cantatur *Crucifixum in carne*, et intrantibus chorum incipit cantor ant. *Christus resurgens*. Qua finita et a sacerdote coram altari oratione dicta, incipit terciam. Dom. pontifex vero cum crucibus et cereis descendens in sacrarium, preparat se ad missam, sandaliis et ceteris sacris vestibus indutus, pallio quoque et rationali super humerali etiam ornatus, con sollempni processione, videlicet archidiaco[no]rum et vii diaconorum et totidem subdiaconorum, e quibus duo cruces ferant, septem etiam ceroferariorum, duorum quoque accolitorum thuribula ferentium ; alii duo accoliti tollant coram eo cereos benedictos. Post introitum autem misse, incepto psalmo *Domine probasti me*, archiepiscopus intrat chorum et ante altare facta oratione dat pacem diaconibus ab ultimo incipiens usque ad archidiaconos, et tunc procedit ad majorem et pontificalem cathedram, et ibi dicit *Gloria in excelsis Deo* et primam orationem misse. Qua expleta, procedant duo sacerdotes de choro et incipiant laudes a sinistra parte altaris ; et in fine laudum, quando dicturi sunt *Te pastorem Deus elegit*, ascendunt gradus retro altare usque ante archiepiscopum, ibique finitis laudibus accedunt et osculantur manum ejus, et post benedicit eis et de

1. *Ms.* u.

benedictione sua dat unicuique soli[do]s II. Et continuo legitur epistola. Qua lecta, accedit subdiaconus ad manum archiepiscopi et similiter accipit sol. II ; similiter et duo subdiaconi qui gradale cantant et duo diaconi quibus a cantore imperatum est ut *Alleluia* cantant. Diaconus quoque qui legit evangelium et capellanus archiepiscopi, et cantor et succentor qui cum eo chorum servat, hii omnes singuli accipiunt sol. II de manu archiepiscopi. Idemque fit in die Pentecostes, in Asumptione sancte Marie, in Dedicatione ecclesie, in Nativitate Domini et in anniversario [1] introitus ipsius archiepiscopi [2]. Finita missa, procedens dom. archipresul in sacrarium, deponit sacra vestimenta ; et inde post meridiem cum crucibus et cereis vadit in refectorium, ubi carnes assatas agnorum benedicit et per singulas mensas jubet distribui ; refectione itaque expleta, reddunt in choro gratias Deo. Sciendum quoque quod, sicut in die sancto Pasche procurat archiepiscopus canonicos de suis expensis, ita in Pentecoste et Assumptione sancte Marie et in Nativitate ejusdem sancte Marie et in Dedicatione ecclesie et in sollenp[ni]tate Omnium sanctorum, et in Nativitate Domini Jhesu et in anniversario [3] introitus sui. Ad vesperas autem cum processione, cum crucibus et cereis, cum evangelio et cum thuribulo, canonici deducunt archiepiscopum a palatio in ecclesiam, cantantes ant. *Xpistus resurgens*, et ipse archiepiscopus incipit vesperas. Vespere autem sine capitulo, sine [4] hymno et sine versiculo hoc modo canuntur. Tribus [76] psalmis decursis cum *Alleluia* de ant. primi psalmi, cantant duo subdiaconi, idem qui ad missam cantaverunt, in medio chori gradale *Hec dies*, et duo diaconi, idem scilicet, *Alleluia Paschum nostrum ;* et statim ab archiepiscopo incipitur ant. de evangelio, et post *Magnificat* repetita eadem ant., scilicet *Et respicientes*, dicta oratione cum *Benedicam*[*us*] *Domino*, iterum incipitur *Alleluia* de ant. primi psalmi, et quartus psalmus decurritur ; et sic procedunt ad fontes et, post psalmum repetito eodem *Alleluia*, dicitur oratio. Itemque incipitur predictum *Alleluia* et ps. quintus inchoatur ; quem cantantes [5] in medio ecclesie ante Crucifixum, post psalmum repetunt predictum *Alleluia* et senper absque fine toni, et expleta oratione clauduntur vespere cum *Benedicamus ;* et ibidem archiepiscopus facit benedictionem super populum. Tunc canonici vadunt in claustrum, archiepiscopus vero cum crucibus et cereis in palat[i]um. Conpletorium canitur sicut predicte hore diei. Quatuor autem psalmis decursis cum

1. *Ms.* anmiverfario. — 2. *Ms.* archiepiscopus. — 3. *Ms.* amniversario. — 4. *En interligne.* — 5. *Ms.* cantentes.

Seculorum Amen, *Alleluia* canitur ; ℟ *Hec dies*, et oratio subsequitur ; *Nunc dimittis* autem non canitur. Hoc ipso modo celebrentur hore per totam ebdomadam, excepto quod super tres psalmos ad matutinum cotidie canitur Alleluia idem, et super psalmos in matutinis laudibus canitur Alleluia de antiphonis istis *Precedam vos in Galileam*, *Surrexit Dominus de sepulcro*, *Surrexit Christus et illuxit*. Si vero de sancto aliquo vel de sanctis agitur, Alleluia canitur de ant. *Tristicia inplevit cor vestrum*. Invitatorium tamen nunquam mutatur, nisi in nocte dominica. *Credo in unum Deum* ad missam non canitur, nisi in primo die, sed *Confitemini* ad primam canitur cotidie. Per hos sex dies diaconi cantant invitatorium et primum et secundum responsum, presbiter vero tercium. Invitatorium autem est per totam ebdomadam *Surrexit Dominus vere alleluia*.

Feria secunda, matutinalis missa post primam canitur ad majus altare ; qua finita, pulsatur tercia. Hac etiam expleta, pulsantur signa quasi ad missam et tunc procedit processio ad Sanctum Remigium. Archiepiscopus vero, cum crucibus et cereis, subsequitur processionem : si vero grandevus et debilis est, super equos ascendit ipse, et duo subdi[a]coni cruces ferentes et duo ceroferarii. In processione autem illa cantantur ant. de evangelio *Jhesu[s] junxit se* ; quibus finitis, ponuntur in media processione sex vel octo cleri[ci], qui vocibus altisonis decantant hymnum Fortunati *Salve festa dies*, et per singulos versus processio repetit primum versum, et ita ad monasterium Beati Remigii pervenitur, ibique ab abbate ecclesie illius cum processione monachorum archipresule honorifice suscepto, in introitu incipitur a cantore nostro ant. *Christus resurgens* : et hec eadem est cantanda per totam ebdomadam in introitu ecclesiarum ad quas processerint. Finita autem antiphona, non dicitur *Kyrieleyson*, sed *Pater noster* et versiculus de Resurrectione et oratio : et hic ordo per totam ebdomadam est servandus. In dominicis diebus autem usque ad Ascensionem, quando sequntur processionem circa claustrum cantande sunt antiphone iste *Ego sum alpha et ω* et *Sedit angelus*, cum versu *Crucifixum*. In introitu autem templi *Xpistus r*. Pontifex vero sollempniter celebrat missam et pueri a thesaurario monasterii novos accipiunt cereos librarum VIII. Post missam vero archiepiscopus, cum crucibus et cereis, processionem subsequitur et ad suam ecclesiam canonici revertuntur, nichil cantantes. Sciendum est autem quod per totam Paschalem ebdomadam canonici Sancti Sinphoriani et Sancte Trinitatis debent procedere cum dominis matris ecclesie.

In letania autem majore et in Rogationibus, non solum[1] isti, sed etiam canonici regulares Sancti Dyonisii. In utraque autem festivitate sancti Remigii et in Dedicatione ejusdem ecclesie debent cum eis similiter procedere ille due congregationes Sancti Sinphoriani et Sancte Trinitatis, et etiam feria IIII^a [2] post Palmas, quando procedunt ad Sanctum Remigium in nomine penitentie.

Feria III^a, processio fit ad Sanctum Symphorianum; in eundo cantantur ant. de evangelio et alia ant. *Ego sum alpha,* et pueris novi dantur cerei librarum VI. Videndum est quod feria secunda canitur sequentia *Ad celebres,* feria tercia *Laudes Salvatori,* feria quarta *Mane prima,* feria quinta *Alme mundi,* feria sexta *Salve crux sancta*, sabbato *Pangite celsa voce.*

Feria IIII^a, procedunt ad Sanctum Petrum ad moniales et in eundo cantant ant. de evangelio. Dantur cerei libr. VI. In hac etiam feria post conpletorium et cenam subdiaconi cruces ferentes et ceroferarii, accepta licentia ab archiepiscopo, accipit unusquisque subdiaconorum solidos[3] II. ad minus, accolitus vero sol. I, et sic discedunt.

Feria V^a, procedunt ad Sanctam Trinitatem et in via penitus nichil cantatur ; in introitu ecclesie canitur ant. *Christus resurgens.*

Feria VI^a, procedunt ad Sanctum Nichasium et euntes nichil canunt.

Feria VII^a, procedunt ad Sanctum Dyonisium, ibique ad missam aliquantulum inmutato ordine, non canitur gradale ad missam, sed binum *Alleluia.* Ad vesperas autem, super psalmos *Alleluia* de ant. [v°] *Benedictus D.* canitur et tonus finitur.

[*Suivent, pendant plus d'une colonne, les changements détaillés de l'office jusqu'à l'Ascension, qui peuvent être omis sans inconvénient : voir p. 138-40.*]

Postera die, scilicet dominica post Albas, nichil agitur de octavis.....

Idus aprilis, de sancta Eufemia nichil agitur, nisi orationes ad missam.

XVIII kalendas maii, agitur de sanctis Tiburtio, Val[er]iano et Maximo.....

III idus aprilis, agitur de sancto Leone papa et confessore.....

Sub ipso tempore agitur conmemoratio sancti Marci evangeliste sicut de uno martire. Ad Magnificat *Filie Jherusalem* et tertium ℟ ad matut. et ant. ad Benedictus est [77] *In med*[*i*]*o*

1. *Ms.* num secundum. — 2. *Ms.* IIII^or. — 3. *Ms.* solis.

ecclesie. Sciendum est quod usque in octavis Pentecostes non agitur ad missam aliqua commemoratio, nisi sit quelibet festivitas.

Eodem die, id est in festo sancti Marci, letania major celebratur; in qua die tam diaconus quam subdiaconus utuntur ad missam casulis et *Ite missa est* pretermitti debet, sicut etiam agendum est in Rogationibus. Hac etiam die, mox post capitulum discalciantur canonici et regrediuntur in chorum, et cantatur missa ad Sanctam Crucem; interim autem sonantur signa duo ad convocandum populum. Post modicum vero, dicta ant. *Exurge Domine* cum psalmo et *Gloria Patri*, et dicta [1] oratione a sacerdote *Deus cui proprium est* [2], egrediuntur ecclesiam et exeuntes per posticam que est ante Sanctum Dyonisium, interim cantant quatuor ant. aut plus si opus fueri(n)t. Postquam autem pervenerint ad portam Vidulensem, ibi cantatur ant. *Beatus vir qui suf.* de sancto Victore, et stantibus illis per parum dicitur oratio; qua finita, iterum dicitur ant. de eodem, scilicet *Hic est vir qui non est d.* Deinde illis progredientibus per culturam archiepiscopi, duo sacerdotes incipiunt letaniam et cantant usque quo perveniant(ur) in cimitherio Sancti Martini, ubi dicitur de eo (℟) ant. *Sanctus Martinus* sive alia secundum quod videbitur magistris; et dicta oratione, iterum dicitur hec ant. *O Martine;* postea duo diaconi repetunt letaniam, ab illa parte ubi sacerdotes finierunt. Venientibus autem ad portam Martis, ubi est capella Sancti Vincentii, ibi dicitur de sancto ant. *Assumptus ex eculeo* et, dicta oratione, iterum dicitur hec ant. *Egregius Xpisti martyr*. Statim autem, quia vicina est ecclesia Sancti Hylarii, sine interpositione letanie dicitur ant. de sancto *Justum deduxit Dominus* et, dicta oratione, iterum dicitur hec ant. *Iste cognovit*. Deinde duo diaconi, idem sive alii, repetunt letaniam. Postquam autem perventum fuerit retro ecclesiam Sancte Trinitatis, ubi habetur memoria de sancto Remigio, ibi dicitur hec ant. *Beatus Remigius ut vidit;* et dicta oratione, iterum dicitur hec ant. *Cum cito cursu*. Iterum repetitur letania usque quo perveniatur ad portam Castri(s), ubi est capella Sanctorum martyrum Crispi[ni] et Crispiniani, et tunc dicitur hec (h)ant. *Sancti tui*. Post repetitur letania usque perveniatur retro Sanctum Petrum ad moniales, ubi jam fuit ecclesia Sancte Marie rotunde, et tunc dicitur hec ant. *Beata Dei genitrix;* et, dicta oratione, iterum dicitur hec ant. *Hec est regina* sive hec *Regali ex progenie*. Iterum repetitur letania usque ad portam basilice ubi habetur memoria Sancti

1. *Ms.* data. — 2. *Ces deux mots en marge.*

Michaelis et dicitur hec ant. *Sancte Michael;* et, dicta oratione, iterum dicitur hec ant. *Archangele Xpisti.* Deinde iteratur letania usque perveniatur in porticum majoris ecclesie. Postquam autem letania fuerit deducta usque *Sancte chorus virginum ora pro nobis,* duo subdiaconi iterum inchoant *Omnes sancti orate pro nobis* et ingrediuntur ecclesiam. Postquam autem letania omnino fuerit expleta, dicitur oratio de sancta Maria et de omnibus sanctis; et post orationem, dicto *Amen* [1], non plus adhibetur.

Videndum est autem quomodo letania supradicta decantetur a diversis ordinibus : primitus enim sacerdotes incipiunt et prosequntur usque numerus apostolorum fuerit expletus; diaconi autem de martyribus prosequuntur, subdiaconi de confessoribus, accoliti vero de virginibus. Sciendum quoque est quod si festivitas apostolorum Philippi et Jacobi evenerit in aliqua feria Rogationum, mane prima sonat et post primam tercia, et post terciam missa de apostolo canitur ad majus altare; et cantata VI[ta], calciati pro reverentia festivitatis sequntur cruces : similiter autem observandum est de Inventione sancte Crucis, si evenerit in aliqua feria Rogationum, et ad Sanctam Crucem missa sollempniter celebratur; et deinde exeunt de ecclesia, cantantes ant. que sequntur, et circueunt totam extrinsecus civitatem sine statione, cum duabus crucibus et duabus filacteriis que ad cruces religantur, et cum lanterna et XII signis, in singulis tantum cimiteriis dicentes ant. et oratione[s] de sanctis quorum memoria ibi habetur. Introgressi iterum urbem et chorum, finiunt letaniam et dicitur una oratio de sancta Maria et de omnibus sanctis. Post hec domini vadunt recaltiari; et incipit tercia sonare et canitur missa. Sciendum quoque est quod si letania major evenerit infra Paschalem ebdomadam, nichil inde agitur, sed in subsequenti septimana, die qua oportunius poterit, restaurabitur.

Kalendis maii, ad vesperas agitur de apostolis Philippo et Jacobo, et canuntur psalmi de feria cum [v°] antiphona de eisdem...

In Inventione sancte Crucis...., finitis vesperis, ante altare Sancte Crucis inchoatur ibidem ant. de Resurrectione et, dum ea cantatur, reditur in chorum; et una collecta de Resurrectione dicta, incipiuntur vespere de sancta Maria. Mane sequente, finitis matutinis, canitur primum ant. de sanctis ibidem, oratione subsequente; et post, inchoata ant. de Resurrectione, itur in

1. *Ms.* Amem.

chorum cum duobus cereis... Ad missam solle[m]pnes cape [1] induuntur... Post vesperas autem mentio de Resurrectione non agitur, et vespere de omnibus sanctis pretermittuntur. In toto hoc Paschali tempore, si festum alicujus virginis evenerit, ad vesperas et ad matutinas de ea nichil agitur, quia responsa cum *Alleluia* que possint cani non habentur. Ad missam tantum, post orationes de die, collecte de virgine subrogantur.

Celebritate sancti Johannis apostoli ad Portam Latinam, ad vesperas ...

In t' Rogationibus, feria II, III. et IIII. hoc modo fit. Cantata III^a et VI^a, canpane insimul pulsantur. In(n)cipitur a cantore in choro ant. *Exurge Domine*, cum psalmo *Deus auribus nostris a[u]divimus patres nostri annuntiaverunt;* qua repetita, subsequitur oratio. Moxque alia ant. incepta, canonicis egressis cum archa gestatoria, gemmis et auro tecta, cum crucibus et thuribulis et lanterna, signis precedentibus circueunt loca destina[ta ?], cantando ant. et cetera [2] ad hec convenientia, et in duabus ecclesiis fiunt due stationes hoc modo. Intrantibus illis ecclesiam cum letania, procedunt duo diaconi juxta altare letaniam decantantes, et sacerdos et alii duo diaconi privatim et prostrati orant super tapetum coram altari, cantantes VII psalmos penitentiales. Finita letania, surgunt hii tres ab (h)oratione, et sacerdos loci illius ad missam preparatus [3] dicit orationem ; subdiaconus vero unus, ex illis qui die illa debent facere processionem, lectionem legit, accolitus gradale cantat, diaconus vero legit evangelium. Quo finito cum ant. de sancto loci illius, de ecclesia exeunt : et sic in alia statione fit. In tertia vero ecclesia missa sollempniter, cum tribus diaconis et totidem subdiaconis casulis indutis et totidem ceroferariis, duobus quoque accolitis thuribula ferentibus, celebratur. Qua finita, revertuntur ad propriam ecclesiam : et sic fit per illos tres dies.

Vigilia Ascensionis, ad matutinas evangelium... Vespere de omnibus sanctis pretermittuntur usque ad octavas Pentecostes...

[78] Octo dies Pasche et Pentecostes, et Nativitatis et Dedicationis debet ex debito incensare cervicalarius aut precari qui hoc pro se faciat ; reliquis festivitatibus anni, cui ipse designaverit, incensare debebit.

In die Ascensionis, ad primam adhibetur *Confitemini*. Post primam missa cantata ad Sanctam Crucem, statim domini induunt capas sollempnes et duo custodes clerici accipiunt duas cruces, induti similiter capis ; accolitus vero aquam benedictam.

1. *Ms.* cepe. — 2. *Ces deux mots en marge.* — 3. *Ms.* preparatur.

Deinde cantor incipit ℟ *Ite in orbem*, et sic ordinate proficiscuntur et exeuntes per portam sinistre porticus que est ante Hospitale, XII^cim signis antecedentibus, circueunt majus claustrum, cantantes *Omnis pulcritudo Domini* et cetera ℟ que sequntur per ordinem usque ad nonum ℟ : si opus fuerit, primo tamen [1] intermisso ; versus etiam cum unoquoque ℟ canuntur et finis responsi repetitur. Postquam autem perveniunt subtus capella[m] Sancti Michaelis, incipit cantor ant. *Non vos relinquam ;* et illis intrantibus ecclesiam, finita ant., in media ecclesia cantatur ant. *Sedit angelus ;* versus autem super pulpitum altissonis vocibus canitur, et facta repetitione cantor incipit ant. *O rex glorie*, et sic procedunt in chorum et statim inchoatur tertia..... Ab ipso die usque ad octavas Pentecostes non canuntur vespere sive matutine de omnibus sanctis.....

Dominica infra Ascensam, si de sanctis agitur...

Hec sunt que debent cantari feria III^a Pentecostes, quamdo corpora sancta deferuntur ad Sanctum Mauricium. Exeuntes de ecclesia cantant ant. *Salvator mundi*, et in eundo canunt ℟ *Beata vere mater* cum versu *Floribus ejus*, ℟ *Bonus pastor Nichasius* cum versu *Cui vivere*, ℟ *Sint lumbi vestri* cum versu *Vigilate ergo*, ant. *Sanctum verum lumen* [2]. Postquam autem corpora sancta deposita fuerint, cantant ant. *Lux perpetua ;* postea legitur evangelium de die. Postea archiepiscopus facit sermonem ad populum. Quo facto, redeunt et in reditu cantant ℟ *O constantia mart.* cum [℣] *Nobis ergo*, ℟ *Concede nobis* cum versu *Adjuvent enim*, ant. *Prepollens Xpisti martyr*. In [in]troitu ecclesie cantant ant. *Sancta Maria ;* qua finita, dicitur oratio de sancta Maria et de omnibus sanctis.

Vigilia Pentecostes, quando archiepiscopus deducitur cum processione a palatio in ecclesiam, cantatur hec ant. *Non vos relinquam ;* in crasti(ti)num autem ista cantatur *Accipite Spiritum*...

[v°]Vigilia Pentecostes, ad missam, sicut et in vigilia Pasche, lectiones leguntur, letanie aguntur, excepto quod non dicitur *Accendite*. *Gloria in excelsis* canitur et, dum canitur, signa insimul pulsantur; ante evangelium cerei portantur [3]. Ipsa die et sequenti cruces et cerei ante archiepiscopum portantur [4]... Per octo dies Pentecostes nichil agitur de sanctis, sed si festivitas incurrerit, ad missam tamtum dicuntur orationes. Ad matutinas et missam et vesperas cotidie canpane insimul pulsantur... Per hos septem dies Pentecostes precentor septimanarius incipit

1. *Ms.* tamem. — 2. *Ms.* lumem. — 3. *Ms.* portamtur. — 4. *Ms.* partantur.

ant. ad horas dierum et ipse idem, sive diaconus sive subdiaconus sit, cantat responsa ad easdem horas.....

Octavis Pentecostes, sabbato scilicet ad vesperas, ant. proprie de Trinitate super psalmos de die expenduntur ; hymnus *O lux beata Trinitas* ; ℣ *Verbo Domini celi firmati sunt* ; ant. ad Magnificat *Te Deum laudamus Patrem*. Neque vespere neque matutine de omnibus sanctis, nec etiam in crastinum canuntur. Ad conpletorium, super psalmos ant. *Miserere mei*; hymnus *Te lucis* ; ad Nunc dimittis Domine *Salva nos Domine* ; ex tunc etenim alleluiati cantus pretermittuntur. Matutine sine evangelio clauduntur. Ad primam, ant. *Dominus regit me*, et psalmi *Deus Deus meus r'*. Ad tertiam, ant. *Tuam disciplinam*, ℟ *Inclina cor meum*. Ad sextam, ant. *Adjuva me Domine*, ℟ *In eternum Domine*. Ad nonam, ant. *Vide humil'*, ℟ *Spes mea Domine*. Ad vesperas, ant. de feria expenduntur super psalmos ; hymnus *O lux beata Trinitas*; vespere [79] cum una oratione finiuntur. Et per totam ebdomadam missa canitur de sancta Trinitate, feria VI^a de Cruce, sabbato de sancta Maria. Ad Magnificat ant. *Tibi laus*. Sequenti nocte et usque ad kal. Augusti leguntur libri Regum et agitur conmemoratio de Cruce et de sancta Maria. Matutine et vespere de omnibus sanctis abinde canitur [1] cum consuetis antiphonis. Cantantur etiam responsoria de istoria *Deus omnium* et cetera.

Sabbato in octavis sancte Trinitatis, hymnus *Deus creator*, ℣ *Vespertina oratio*, ad Magnificat ant. *Loquere Domine*, oratio *Deus qui nos conspicis omni virtute destitui*, et ad matutinas oratio de dominica *Deus in te sperantium conf.*

Ab octavis Pentecostes usque ad festivitatem sancti Johannis agitur vigilia mortuorum III^bus diebus in ebdomada, nisi festivitas aliqua evenerit. A(d) festivitate(m) sancti Johannis usque ad festivitatem [2] Omnium Sanctorum non agitur vigilia mortuorum, nisi in jejuniis quatuor temporum et nisi pro anniversariis et presentibus defunctis; a festivitate Omnium Sanctorum usque ad Nativitatem Domini aguntur vigilie mortuorum III^bus diebus in ebdomada, nisi aliqua intervenerit sollempnitas. A Septuagesima usque ad Caput jejunii agitur vigilia mortuorum III^bus diebus in ebdomada. A Capite jejunii usque a[d] Cenam Domini assidue, et quotienscumque vigilia mortuorum precedenti die agitur, subsequenti die missa pro eisdem celebratur.

[79] In vigilia sancti Johannis Baptiste, ad matutinas evangelium pronuntiatur. Sero, quando domini procedunt [3] in sinis-

1. *Lire* canuntur. — 2. *Ces deux mots en marge.* — 3. *Ms.* procedit.

tram porticum[1], ubi est altare in honore Sancti Johannis Baptiste, in introitu canitur ℟ hoc *Descendit angelus Domini* et, dicto *Pater noster* tantum, vespere incipiuntur. In reditu autem de sancto Calixto commemoratio agitur et dicitur hec antiphona *Beatus vir qui suffert tri.* ; et dicta oratione, descendunt in ecclesiam et in introitu ecclesie cantant de sancta Cruce hanc ant. *O crux*, et post orationem intrantes chorum cantant de sancta Maria hanc ant. *Hec est regina virginum* sive aliam conpe(n)tentem, et dicta oratione canuntur vespere de omnibus sanctis. Ad matutinas vero .... Ad primas vesperas, ℟ a binis cantatur *Gabriel angelus*.

In die festivitatis, ad vesperas VIIII candelabra in prospectu altaris ponuntur, psalmi vero de feria cum antiphonis de matutinis laudibus canuntur. Sciendum quoque est quod ad matutinas a binis cantatur. Ad missam sollempnes cape induuntur...

Vigilia apostolorum Pauli et Petri, ad matutinas agitur de sancto Leone papa..... Ad vesperas dicitur oratio que dicta est ad missam ipso die. Canonici autem procedunt ad Sanctum Petrum ad moniales et in procedendo cantant hanc ant. *Cum duceretur Petrus* ; in introitu autem ecclesie canitur hec ant. *Tu es pastor ovium* sive hec *Considera oves*, et intrantes chorum[2] dicunt *Kyrieleyson* III, *Pater noster*, *Et ne* [*no*]*s inducas*, *In omnem terram exivi*[*t*] *sonus eorum*, et *Oremus Presta quesumus omnipotens Deus ut nullis*. Postea incho(n)antur vespere et super IIII psalmos canuntur IIII ant. proprie, scilicet *Beatus vir P.*, a. *Intellexit beatus P.*, *Tunc conversus r. in u.*, *Considera o. t.* Hymnus autem est *Aurea luce*, ℣ *Beatus es Simon Barjona*. Ad Magnificat hec ant. *Hec sacra Petri*, sed post *Magnificat anima mea Dominum* [v°] *Kyrieleyson* dicitur VIIII. vicibus. Presbiter autem dicit alte et quasi legendo *Pater noster qui es*, et preces que sequntur et orationem. Post vesperas autem revertentes cantant vesperas in choro Sancte Marie, cum psalmis de feria et cum una antiphona, scilicet *Beatus Petrus apostolus* et sine hymno, ℣ tamen[3] dicitur *In omnem terram*. Ant. ad Magnificat *Tu es pastor ovium*. Sequenti nocte matutine singulariter aguntur de sancto Petro et nulla mentio agitur de sancto Paulo, nisi in lectionibus. In crastinum autem, in introitu ecclesie Sancti Petri dicitur hec ant. *Hec sacra P. s.* et *Kyrieleyson* III, et versorium cum oratione de apostolis. Die ipso festivitatis apostolorum, ad vesperas super psalmos canuntur antiphona *Juravit Dominus* et cetere per ordinem... [4] Sciendum autem

1. *En interligne.* — 2. *Ms.* chorium. — 3. *Ms.* tamem. — 4. *En marge.*

quod ad ipsas vesperas transactas VIIII candelabra ante altare ponuntur.

Sequenti nocte, ad matutinas agitur totum de sancto Paulo...

Sequenti nocte, ad matutinas agitur totum de sancto Theoderico.....

Sequenti nocte, ad matutinas agitur de sanctis martyribus Processo et Martiniano... Ipso die, ad vesperas procedunt canonici ad Sanctum Hylarium. In introitu ecclesie canitur una ant. de apostolis, scil. hec *Beati eritis* sive alia conpetens; qua finita, *Kyrieleyson* III. dicitur et *Pater noster*, et versorium ad apostolos pertine[n]s et oratio propria de sancto Thoma. Postea inchoantur vespere ; psalmi vero cum una antiphona expenduntur, scilicet hanc *Euntes ibant et flebant* ; hymnus *Exultet celum laudibus*... Finita antiphona et oratione, statim de octavis subinfertur hec antiphona *Gloriosi principes terrae*. Deinde domini ad suam repedantes ecclesiam, canuntur ad vesperas de omnibus sanctis. Sequenti nocte, ad matutinas totum agitur de apostolo... [80] Ipsa die, post primam statim canitur missa ad magnum altare [1]. Qua finita, tercia pulsatur et canitur ; et hoc facto, domini procedunt ad Sanctum Hylarium. In introitu autem dicitur ant. *Dum steteritis ante reges*, et *Kyrieleyson* III. dicitur et *Pater noster*, et versorium de apostolis et oratio de sancto Thoma. Dum autem presbiter et ceteri ministri preparant se ad officium misse, ceteri cantant terciam. Cantata autem missa, dum sacerdos ceterique qui ministraverint deponunt sacras vestes, alii interim cantant sextam. Et hic ordo observandus est ad Sanctum Petrum veterem et ad Sanctum Martynum. Reversi autem iterum cantant sextam... Sequenti nocte, ad matutinas agitur de sancto Martyno.....

Ipsa die, qui est dies septima, ad vesperas dicitur una antiphona super psalmos, scilicet *Euntes*, hymnus vero est *Aurea luce*, ℣ *In omnem terram* ; antiphona ad Magnificat anima *Isti sunt due olive et duo candelabra*...

In festo sancte Marie Magdalene, ad vesperas...

Translatio sancti Nichasii sociorumque ejus. — Ad vesperas, hymnus est *Sanctorum meritis*. Vespere et matutine de omnibus sanctis pretermittuntur. Diaconus cantat invitatorium, et quamvis VIIII candelabra ante altare ponantur, non tamen [2] a binis cantatur [v°]. Ad missam sollempnes cape induuntur. Ad vesperas, psalmi et antiphone de die canuntur. Ad matutinas, III, VI. et VIIII. ℟ de propriis responsis inseruntur.

1. *Ms*. altere. — 2. *Ms*. tamem.

Post tridie, vigilia beati Jacobi nec agitur nec jejunatur.

Ipso die, de sancta Cristina nichil agitur.

De sancto Christoforo collecte solummodo ad missam subjungitur; passio ejus ad mensam legitur.

Pridie kal. Augusti, de sancto Germano agitur.

Kalendis Augusti, procedunt canonici ad Sanctum Petrum veterem [1]. In introitu ecclesie canitur hec antiphona *Quodcumque* et *Kyrieleyson* dicitur III, *Pater noster qui es in celis, Et ne nos inducas, Solve jubente Deo terrarum P. c., Oremus Deus qui beatum Petrum apostolum a vinculis absolutum inlesum ;* reversi autem cantant vesperas de omnibus sanctis. In crastinum autem similiter canitur in introitu ecclesie Sancti Petri hec ant. *Tu es pastor ovium* et cetera. Ad missam tantum collecte de sanctis Machabeis dicuntur. Passio eorum in refectorio legitur. Si kal. Augusti V feria fuerint et Inventio beati Stephani VII feria, ipso sabbato ad vesperas totum de festivitate agitur...

Festivitate beati Laurentii canitur invitatorium *Regem sempiternum.*

Hec et festivitas sancti Bartholomei, si in sabbato evenerint, de ipsis sanctis usquequaque agitur...

In celebritate sancti Ciriaci sociorumque ejus...

De sancto Memmio VIIII lectiones aguntur.

Per circulum anni de festivitatibus sancte Marie nulla vigilia agitur nisi de Assumptione sancte Marie, in qua vigilia ad matutinas quidem de sancto Eusebio agitur et de hystoria legitur. In die vero ad missam de sancta Maria canitur et legitur ; orationes tantum de sancto dicuntur.

Sciendum est quod infra octavas [Assumptionis] non agitur de aliquibus sanctis nisi de octavis [81] sancti Laurentii, nisi tantummodo ad missam. Quando archiepiscopus deducitur a palatio in ecclesiam, canitur hec ant. *Hec est regina virginum.* In crastinum autem hec ant. *Beata Dei genitrix.* Ad vesperas...

Septima die autem, ad vesperas, imus ad Sanctum Sy[m]phorianum. In introitu autem ecclesie dicitur hec ant. *Beatus vir qui suffert* [2] *;* qua finita, *Kyrieleyson* ter dicitur, et versorium de martyre et oratio. Postea inchoa[n]tur vespere ; decursis autem psalmi[s] canitur hoc ℟ *Sancte Sy[m]phoriane,* hymnus vero est *Martyr Dei,* ℣ *Gloria et honore.* Ad Magnificat dicitur ant. *O beate Symphoriane.* Reversi autem in chorum Sancte Marie, canimus vesperas de octavis..... Ipsa die, post primam missa canitur ad majus altare de octavis; postea procedimus ad Sanc-

1. *Ms.* veterum. — 2. *Ms.* sunt.

tum Symphorianum. In introitu autem ecclesie dicitur hec ant. *O beate Symphoriane*. Postea sequitur *Kyrieleyson* III, et ℣ et oratio de martyre. Postea missa canitur de martyre; tantummodo orationes de sancto Thimoteo subinferuntur; sequencia vero canitur *Regine*. Ipsa die, ad vesperas imus ad Sanctum Thimotheum. In introitu autem canitur hec ant. *Sancti tui Domine*, postea sequitur *Kyrieleyson* III, et ℣ et oratio de martyribus; postea inchoantur vespere. Reversi autem canimus vesperas de omnibus sanctis. In crastinum similiter canitur hec ant. in introitu ecclesie *Sanctus Thimotheus*, postea sequitur *Kyrieleyson* ter, et ℣ et oratio de martyribus. Ipsa die, ad vesperas agitur de sancto Bartholomeo tantum....

In die sancti Augustini, Hermetis, Juliani...

Passione sancti Johannis Babtiste, tria prima ℟ tantum de sancta Sabina canitur, cetera ex toto leguntur.....

Si kalende Septembris prima feria evenerint, sabbato ad vesperas de sanctis Sixto et Sinitio usquequaque agitur; solito more novem candelabra ante altare ponuntur [1], non tamen [2] a binis cantatur..... Cetera cum vesperis de omnibus sanctis utroque vespere pretermittuntur... In die, ad missam cape induuntur.....

Vigilia Nativitatis sancte Marie, de sancto Inventio agitur.

Nativitas sancte Marie.....

Sero, scilicet in vigilia sancti Maurilii, procedunt domini in destram porticum, ubi est altare in honore Sancti Maurilii. In introitu canitur ℟ hoc *Cum sanctus presul*, et dicto *Pater noster* tantum vespere incipiuntur; deinde decursis psalmis, a duobus diaconibus canitur ℟ *Mirans* [v°] *dominus pontifex*, ℣ *Non est fraud*[*at*]*us*; hymnus est *Iste confessor*. In reditu autem de sancto Calixto conmemoratio agitur et dicitur hec ant. *Beatus vir qui suffert temptationem*. Et dicta oratione descendunt in ecclesiam, et in introitu ecclesie cantant de sancta Cruce hanc ant. *O crux*, et post orationem intrantes chorum cantant de sancta Maria hanc ant. *Hec regina virginum* sive aliam conpetentem; et dicta oratione, canuntur [3] vespere de omnibus sanctis. Ad matutinas vero similis ordo servatur; invitatorium a duobus diaconibus canitur, scil. *Hec agmina Xpisti pangite* et omnia ℟ similiter canuntur a binis; de sancto Calixto hec ant. dicitur *Qui pre. te.*; de sancta Cruce hec ant. dicitur *Super omnia ligna cedrorum*; de sancta Maria hec ant. dicitur *Beata Dei genitrix* sive alia conpetens. In crastinum autem ad eundem locum missa canitur et sollempnes cape induuntur....

1. *Ms.* ponitur. — 2. *Ms.* tamem. — 3. *Ms.* canitur.

Exaltatio sancte Crucis... In die, ad missam... sollempnes cape induuntur, *Credo in unum Deum* canitur, quacumque die eveniat. Ipso die, ad matutinas illuminatur corona ante Crucifixum.....

Post hanc festivitatem, ubicumque quarta feria occurrerit, ibi jejunium septimi mensis celebratur, quia plena ebdomada ante equinoctium jejunium septimi mensis celebrari debet. Quando jejunium septimi mensis celebratur feria quarta, post primam cantantur x. psalmi penitentiales... ; quibus finitis, sequntur preces et orationes. Post terciam autem discalciantur canonici; regressi autem in chorum, cantant sextam. Qua cantata, signa insimul pulsantur. Tunc incipit cantor *Exurge Domine ad.* ; quo conpleto, dicitur oratio de sancta Maria et de omnibus sanctis. Postea exeunt de choro, una precedente cruce, et pergentes per claustrum cantant istas antiphonas *Si fecissemus precepta*, *Oremus dil.*, *Qui celorum contines*. Venientes autem ad Sanctum Sy[m]phorianum, in introitu cantant antiphonam *Beati eritis* ; qua finita, *Kyrieleyson* III. dicitur et postea statim procumbunt ad orationem, et dicto *Amen* statim exeunt cantantes antiphonam *Isti sunt viri sancti*. Qua finita, duo subdiacones incipiunt letaniam et hanc decantantes redeunt, nec intrant per portam claustri, sed pergunt in circuitu murorum archiepiscopi donec per majorem portam ecclesie in chorum regrediantur, [82] et finita letania missa cantatur.

Similiter feria VI[a] psalmi x post primam cantantur. Cantata autem VI[a], signa insimul pulsantur et tunc incipit cantor *Propicius esto Domine*. Quo decurso cum psalmo et *Gloria Patri*, et dicta oratione de sancta Maria et de omnibus sanctis, exeunt cantantes antiphonam *Si fecissemus* et de aliis prout opus fuerit. Exeuntes autem de ecclesia, non devertunt ad dexteram partem, sed per portam que est pre oculis exeunt, et procedunt per vetus forum, per viam que est juxta muros urbis usque ad Sanctum Petrum. Quo pervenientes, in introitu ecclesie cantant antiphonam *Tu es pastor* ; qua finita, *Ky[ri]eleyson* III. dicitur et statim procunbunt ad orationem. Qua expleta et decursis precibus con versorio et dicta [1] oratione de apostolo, regrediuntur cantantes antiphonam *Quo[d]cunque* ; qua finita, revertentes per aliam viam, scilicet que est a parte sinistra, duo subdiaconi incipiunt letaniam ; et hanc decantantes, ordinate repedant in chorum Sancte Marie, et statim post letaniam missa canitur.....

Si natalis Mathei apostoli sabbato evenerit, totum de apostolo agitur.....

1. *Ms.* de.

Post vesperas de sancto Mauricio antiphona et oratio subinfertur....

Ab octavis Pentecostes usque ad Adventum Domini, si septimane plus quam dominicales misse superabundaverint, parcendum est; et conpetenti tempore ipsas missas protelari oportet.

Istud autem sciendum et observandum est quod, omni tempore, omni die canonici in choro psalmos stando decantant, exceptis tamen[1] illis qui debilitate vel egritudine gravantur, exceptis psalmis qui post primam in Quadragesima cantantur.

Sequenti sabbato, hoc est vigilia sancti Michaelis, ad vesperas psalmi de feria canuntur; de cetero omnia de angelo aguntur. Post vesperas antiphona de hester[no] *Domine rex omnipotens* pretermittitur canonicis per singulos anno(no)s ad Sanctum Michaelem. In introitu, ℟ *Fidelis sermo* canitur, et ad vesperas tantum crux ante defertur; illuc postquam pervenerint, neque *Kyrieleyson* neque preces dicuntur, sed post brevem orationem vespere incipiuntur. Ingressi post vesperas subter Sanctum Calixtum[2], antiphona de eo dicitur et oratio, et intrantibus ecclesiam antiphona de sancta Cruce et oratio dicitur; et intrantibus in chorum, antiphona de sancta Maria et oratio dicitur. Postea vespere de omnibus sanctis canuntur. Ad matutinas ordo redeundi observatur. Sequenti die, postquam tercia sonuerit et in choro cantata fuerit, pulsatis insimul signis[3], egrediuntur domini de choro et presbiter septimanarius paratus ad missam, cum processione diaconorum et subdiaconorum et acolitorum, precedit eos. Ipso die, ad missam cape induuntur. *Credo in Deum Patrem* non canitur....

Pridie kalendas octobris, quando canonici debent movere versus Sanctum Remigium, non sonant vespere sicut nec in altera festivitate, sed tantummodo signum ad [v°] vocandos fratres. In ceteris autem festivitatibus, ubicumque canonici ad procedendum egrediuntur, sonant ex toto vespere. Euntes vero in introitu ecclesie cantant antiphonam hanc *Confessor Domini*; postea sequitur *Kyrieleyson* III. et *Pater noster*, et versus de sancto et oratio. Inde vero regressi in chorum Sancte Marie, canunt vesperas de ipsa sollepnitate, cum una antiphona super psalmos *O quam venerandus es* et sine hymno, ℣ tantum dicitur, et antiphona ad Magnificat anima mea *Iste est*. Sequenti die, exeuntes de capitulo, mox cantant terciam statimque missam, et pulsatis pariter signis procedunt et eundo nichil cantant, sed in introitu ecclesie incipit cantor ℟ *Iste est*; quo finito, *Kyrieley-*

1. *Ms.* tamem. — 2. *Ms.* Calutum. — 3. *En interligne.*

son dicitur III. et ℣ de ipso sancto et oratio ; postea celebratur missa. Illo die, ad missam canitur sequencia *Ad celebres*. In crastinum autem, in introitu ecclesie Sancti Remigii canitur ant. *Pax eterna* ; qua finita, *Kyrieleyson* III. dicitur et ℣ *Hec est domus Domini f. e.* ; postea sequitur oratio. Ad missam canitur sequencia *Eia simul*. In quo etiam die nullus ex canonicis neque diaconus neque subdiaconus neque accolitus ad missam ministrat, nisi tantummodo succentor qui chorum tenet. Regressi autem vesperas cantant...., pretermissis vesperis de omnibus sanctis. Sciendum est autem quod in utraque festivitate sancti Remigii VIIII. candelabra in prospectu altaris ponuntur [1] et a binis cantatur.....

VII idus octobris, procedunt canonici ad Sanctum Dyonisium. In introitu autem ecclesie canitur ant. *O beate Dyonisi* ; qua finita, *Ky*[*ri*]*eleyson* III. dicitur et versorium et oratio de martyribus. Post *Magnificat anima mea* autem de Dedicatione ipsius ecclesie antiphona subjungitur hec *Zechee*. Regressi autem cantant vesperas de omnibus sanctis. In crastinum autem canitur in introitu ecclesie Sancti Dyonisii hec ant. *Et facta est*, et *Kyrieleyson* III. dicitur et versus et oratio de martyribus.

Vigilia sancti Calixti cantantur vespere in turim veterem. In introitu autem nichil cantatur, sed in reditu ant. et oratio de sancta Cruce ante Crucifixum dicitur. In introitu chori de sancta Maria dicitur antiphona et oratio ; postea vespere de omnibus sanctis. Ad matutinas idem ordo commemoratur. Invitatorium est autem *Regem sempiternum*, VIIII responsum *Vir iste in populo*. Ad missam cape induuntur. Ad vesperas VIIII candelabra illuminantur. Vespere de omnibus sanctis pretermituntur. Post vesperas de sancto Basolo ant. et oratio dicitur.

De Dedicatione ecclesie. — Pridie Dedicationis ecclesie agitur de sancto Luca evangelista et confessore... Sero, quando archiepiscopus deducitur a palatio in ecclesiam con processione, cantatur hec ant. *Fundamenta templi hujus*. In crastinum autem ista *Benedic Domine*... [83] Vespere de omnibus sanctis et matutine pretermittuntur VII diebus ; memoria defunctorum non agitur.....

Octava die agitur de festivitate (omnium) sanctorum martyrum Crispini et Crispiniani, in quo die de sancto Celsino una colleta dicitur. Septimo itaque die, ad vesperas de sanctis istis agitur, et vespere de omnibus sanctis repetuntur.

Vigilia Omnium sanctorum, ad vesperas, quando donus archi-

1. *Ms.* ponitur.

episcopus deducitur[1] cum processione a palatio in ecclesiam, canitur hec ant. *Timere Dominum*. In crastinum autem ad eandem processionem canitur hec ant. *Beati estis*... Ipso die, post primam ex longa consuetudine faciunt canonici conmendationem pro anima domini Ebali archiepiscopi, qui videlicet altare de Bechiniaca villa propter suum adniversarium faciendum nobis donavit, et mansiones archiepiscopi labefactas peroptime reparavit et thesaurum ecclesie adnichillatum multipliciter restauravit ; unde etiam de ipsius thesauri reditibus nadulas in choro in festivitate Omnium sanctorum annuatim haberi constituit, propter quod ipso die anime sue, ut prediximus, fieri conmendationem obtinuit. Sciendum est etiam quod, ipso die, post vesperas de Omnibus sanctis expletis, aguntur vespere pro omnibus fidelibus defunctis, et sequenti nocte post matutinas, pretermissis matutinis de omnibus sanctis, matutine pro defunctis cum novem lectionibus aguntur. Similiter post primam quindecim psalmi pro defunctis canuntur, et post tertiam missa ante missam de die. Iterum videndum est quod, si festivitas Omnium sanctorum die sabbati evenerit, ipso die post vesperas non agitur ; conmemoratio defunctorum differtur in crastinum. Item si hec festivitas die dominica evenerit, post prima[m] facta aqua benedicta canonici faciunt processionem, et finita antiphona *Benedic Domine* canunt ℟ *Concede nobis Domine* cum versu. In introitu autem ecclesie cantant hanc ant. *Beati estis* ; postea procedunt in medio ecclesie et ibi, decursa predicta ant., canunt ℟ *Beata vere mater* ; versum autem adolescentes cant[antes] super pulpitum canunt, et facta repetitione, ingrediuntur chorum cantantes antiphonam *O quam gloriosum est*. Iterum sciendum est quod a kalendis novembris usque ad Adventum Domini, in dominicis diebus ad processionem in introitu ecclesie cantande sunt iste due antiphone *Beati estis*, *O quam gloriosum est*...

III° idus decenbris, pulsatis insimul vesperis, procedunt canonici ad Sanctum Martinum. In introitu autem ecclesie canitur hec ant. *Exequie Martini* sive alia conpetens ; qua finita, *Kyrieleyson* III. dici(ci)tur ; postea sequitur *Pater noster* et versorium et oratio de sancto, et sic inchoantur vespere. Reversi autem domini, canunt vesperas de omnibus sanctis in choro Sancte Marie. In crastinum autem, similiter in introitu ecclesie Sancti Martini canitur hec ant. *O Martine* ; et dicto *Kyrieleyson* III, sequitur *Pater noster* et versorium de sancto ; postea inchoatur tertia. Qua finita, domini capis sollempnibus induti celebrent

1. *Ms.* decucitur.

missam. Post missam autem ibidem decur[v°]runt sextam et interim sacerdos et levite et ceteri qui ministraverunt deponunt sacra vestimenta et post REVERTUNT.

SACRAMENTARIUM
ABBATIAE S. REMIGII REMENSIS

IN CHRISTI NOMINE.

IN HOC VOLUMINE LIBER SACRAMENTORUM CONTINETUR [a], QUEM VIR VENERABILIS GODELGAUDUS, SACERDOS, SED [b] ET MONACHUS, IMMO ETIAM ET DECANUS, DIVINO INSTINCTUS AMORE, SUO LANTBERTO SACERDOTI [c], VITAM SOLITARIAM DEGENTI [d], JUSSIT IMPERIO [e] TRANSCRIBERE HUNC LIBRUM. ET HOC DEVOTUS OBTULIT IN HONOREM [f] BEATISSIMI REMIGII EPISCOPI URBIS REMORUM, IN COENOBIO [g] ILLIUS, UBI IPSIUS DOMNI PRETIOSUM [h] CORPUS QUIESCIT. ERGO ISTE CODEX LEGENTIBUS, VEL AUDIENTIBUS PROFICIAT AD SALUTEM, ET CONTEMNENTIBUS [i] INGERAT TIMOREM, ET CONLATORIBUS MEMORIA AEVIS [j] PROLIXIORIBUS, BEATITUDO POST [k] TEMPORA. AMEN. AMICE, VIS SCIRE QUOMODO EXARATUM SIT [l]? EXORDIUM SUMPSI [m] XI KAL[ENDAS] APRILIS, CONCURRENTE [n] VII, EPACTA NULLA, INDICTIONE [o] VI, CURREBANT UTRUMQUE SIMUL. PERFECTUM DUXI X [p] KAL. AUGUSTI ; RURSUM CURREBANT CONCUR. [p] III, EPACT. [q] XXII, INDICT. [o] VIII ; QUOD NUNC EST ANNUS QUOQUE XXXI REGNANTE DOMINO [r] NOSTRO KAROLO GLORIOSISSIMO REGE FRANCORUM.

Variantes de MABILLON (Acta SS. Bened.) — *a.* nom. Hoc vol. libri Sacramentariorum continet. — *b.* seu. — *c.* sacerdote. — *d.* degens. — *e.* imperium. — *f.* honore. — *g.* coenubii. — *h.* ipse domnus pretiosus. — *i.* contempnentibus. — *j.* ejus. — *k.* a beato per. — *l.* exaratus est. — *m.* sumpsit. — *n.* concurrens. — *o.* indictio. — *p. omet.* — *q.* epacta. — *r.* domno.

In nomine Domini nostri Jesu Christi.
Incipiunt Benedictiones episcopales.

Benedictio in vigilia Natalis Domini.

Populum tuum, quaesumus, Domine, pio favore prosequere, pro quo dignatus es in hac sacratissima nocte tuam mundo praesentiam exhibere.

Cunctis eum adversitatibus paterna pietate custodi, pro quo in mundo hoc tempore ex Virgine dignatus es nasci.

Ut te Redemptorem suum semper intelligat, et tuam veraciter gratiam comprehendat. Quod ipse praestare.

In Natali Domini.

Respice, Omnipotens, de coelo plebem tuam, pro cujus redemptione dignatus es nasci de Virgine.

Complectere hunc populum in Ecclesiae sinu, qui nobis processisti Mariae de thalamo.

Ut pietate sedula in te sit salus hominum, propter quos factus es creator astrorum.

Sit haec plebs tuis praeceptis obedienter amabilis, sicut est partus Virginis in origine singularis.

Ut cum dies tui adventus effulserit, invenias in illis quod recondas in horreo, pro quibus dignatus es venire de coelo.

Ille vos benedicat de coelis, qui per crucem et sanguinem passionis suae, vos venire dignatus est redimere in terris.

Benedictio in natali sancti Stephani.

Deus, qui tuos martyres sic confixisti charitate, ut pro te etiam mori cuperent, ne perirent.

Et beatum Stephanum in confessione ita succendisti fide, ut imbrem lapidum non timeret.

Exaudi precem familiae tuae amatoris inter festa plaudentem.

Habeat sanctum Stephanum pius iste populus patronum, quem etiam ille habuit impius advocatum.

Accedat ad te vox illa intercedens pro populo, quae orabat pro inimicis in ipso martyrio.

Ut se obtinente et te remunerante, perveniat illuc plebs ad quaesita per gratiam, ubi te coelis apertis ipse vidit in gloria.

Ille vos benedicat.

In natali sancti Jacobi et Johannis apostoli.

Deus, qui tuos apostolos pretiosa gentium lumina praeparasti, qui Jacobum et Johannem ad inlustrandas animas inter vasa ecclesiae candelabra fidei preparasti.

Fac plebem tuam imitari quod unus exorando formavit, alter evangelizando eructavit.

Fructificet in populo quod seminavit iste verbo, plantavit ille martyrio.

Ut eorum interventu haec turba illius reficiatur dulcedine, supra cujus pectus carus Johannes recubuit.

Quod ipse.

IN NATALI SANCTORUM INFANTIUM.

Concede, quaesumus, Domine, plebi tuae innocentiam, per gratiam, qui tibi consecrasti primitias martyrum ab innocentia parvulorum.

Servetur hic populus, purgatus baptismate, qui tibi placitam fecisti innocentiam per cruorem.

Ut illuc suo interventu grex accedat per lavacrum, ubi felices parvuli perfusi rore sanguinis gloriantur in perpetuum.

Quod ipse.

BENEDICTIO IN OCTABAS DOMINI.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per Incarnationem Verbum Unigenitum tuum per Virginis uterum dedisti lumen in saeculum,

Ejus misericordiam suppliciter deprecamur, ut qui ex gentibus sanctam Ecclesiam foecundavit in gregem, ab omni gentilitatis absolvet errore.

Et qui hodierna die, ut legis tolleret jugum, per legem est carnaliter circumcisus, ita huic populo spiritaliter dignetur circumcidere corda.

Atque omnia amputare radicitus vitia, ut sobrietatis studium, et non ebrietatis sectentur incommodum.

Sint semper tua, Omnipotens, protectione salvati, ut dum carnalem celebrant circumcisionem, tua sint firmati benedictione.

Ut callidi serpentis venena possint evadere et ad aeternam beatitudinem, te praevio, feliciter valeant pervenire.

Quod ipse praestare.

IN VIGILIA DE THEOPHANIA.

Deus, mirabilium et virtutum auctor, te supplices exoramus, ut qui se tunc mundi lumen stellae prodidit lumine, et humilitate siderum Magi pervenerunt ad Regem ipsa ad agnoscendum se, delicta ignoscendo concedat.

Ut qui dignatus es hodie ad Jordanis fontem, fons aquae vivae, descendere, et lavacrum sui corporis, ipsas aquas dilueris, cum ablui non egeres.

Rursus hic ille dies est, qui in Cana Galileae designavit

Dominum virtutis et gloriae, cum ad beatum convivium rogatus ad nuptias, quis esses demonstrasti in operibus, virtutum miraculis.

Ille vos benedicat.

In die Theophaniae.

Deus, qui praesentem diem ita dignaris diligere, ut eum tot elegeris miraculis inlustrare, esto, quaesumus, tuae familiae ipse lux itineris, qui stella indice clarificatus es rex salutis.

Da plebi tuae Redemptoris sui plenum cognoscere fulgorem, ut ad perpetuam claritatem per ejus incrementa perveniat.

Converte ad te quaerendum corda fidelium, ut juncta cum angelis in excelsis Deo tibi cantet gloriam plebs protecta.

Ut qui dignatus es hodie ad Jordanis fontem fons aquae vivae descendere, et tuo baptismate sanctificare, da populis tuis perpetua pace gaudere, et splendore gratiae tuae cor eorum semper accendere.

Quod ipse.

In capite Quadragesimae sive in Dominica prima Quadragesimae.

Benedicat vos Dominus Jesus, qui se a vobis voluit benedici; et qui hoc quadragenarium curriculum, cujus hodie curamus exordium, suo dedicavit jejunio, vestrum suscipiat jejunium, omnique vos repleat bono.

Det vobis fidem integram et abstinentiam tam salubrem, ut nec caro escis victa luxurietur nec mens afflicta degeneret.

Sed ita sit vobis sanctificatum in divino timore jejunium, ut vitiis pariter atque corporibus abstinentiae fraena imponantur.

Ut toti semper ab infestatione inimici maneamus inlesi et in habitaculis nostris pax jugiter quieta permaneat.

Quod ipse.

In aurium apertione post V Dominicam in Quadragesima.

Adesto, omnipotens Deus, huic populo tuo verbis hodie mysticis informato, ut fiat illis inluminatio mentis, et reparatio cordis in perpetuum.

Proficiat eis inlapsa benedictio tua plenius ad salutem, quod in hac die de sacris mysteriis tuis susceperunt in aures.

Sis illis protector et dominus in aeternum fidei integritate, sicut fuisti Israeliticis tuis praemonente Moyse in subsidium, et Aegyptiis in exterminium, ut non premerentur oneroso servitio.

Et ne ulterius graventur mole peccaminum, dignare circa

eos divinum impartiri praesidium, ut tibi famulari valeant in aeternum.

Quod ipse.

In die Palmarum Dominica VI.

Deus, qui pro mundi salute Verbum caro factus es, et habitasti totus in nobis, qui traditori perfido pium dedisti osculum, dum pro vita omnium pius velles agnus occidi, respice vota supplicum, qui tua charismata fideliter amplectuntur.

Da illis devoto corde te colere, se cavere, te semper diligere, se munire.

Ut te gubernante ad coelos Patri praesententur inlesi, pro quibus ipse terras dignatus es inlustrare.

Quod ipse.

In Coena Domini.

Benedic, quaesumus, Domine, universum hunc populum ad coenae tuae convivium avocatum.

Protege eum tuae scuto defensionis, pro quo dignatus es propria sustinere tormenta.

Defende eum ab irae serpentis incursibus, atque a cunctis ablue sordibus, qui hac die pedes discipulorum humiliata majestate propriis lavisti manibus.

Quod ipse.

In vigilia Paschae.

Deus, qui mortem nostram ingressus Inferi tartara in hac nocte devicisti virtute divina.

Et eam multorum funere divitem morte tua spoliatam traxisti, pie victor, in praedam.

Suscipe propitius familiae tuae preces humillimas, voto sincerae mentis oblatas.

Et quos veteribus maculis baptismatis emundavit unda sacrata per lavacrum, tuae protectionis auxilio purgati, tales ante te repraesententur in judicio, quales nunc processerunt ex baptismo.

Et qui, te miserante, revocati sunt in Paradisum, non patieris exules fieri renascente commisso.

Ut qui te semel agnovit principem universitatis et dominum nostrum, tam in suis sensibus in se tyrannizantem non sentiat inimicum.

Quod ipse.

In die.

Deus, qui calcatis inferni legibus, captivitatem nostram resoluta hodie catenarum compage, dignatus es ad libertatis praemia revocare.

Inclina aures tuas ad vota populi, propitius, ut hinc ad te recuperatorem suum, sensum semper attollat intentus.

Te cognoscat, se corrigat : te praedicet, se commendat; te colat, se muniat; te diligat, se praeparet; inlaese custodiat quod accepit, ut adquirat, te remunerante, quod indiget.

Tu sis circumstantium sine intermissione defensio; ipsi sint tua sine hostis invasione possessio.

Ut ad beatae vitae gaudia festinantes qui salutari fonte renati sunt, peccati maculam non repetant originalis excessus.

Quod ipse.

In clausum Pascha.

Deus, qui dignatione misericordiae, majestate potenti, ut succurreres homini, terras coelitus visitasti.

Et in carne sustinens poenam patibuli, rumpens legem Tartari, ad coelos ab inferis ascendisti.

Praesta tuae familiae ita hanc vitam transigere, ut in illam perpetuam, te ducente, possit intrare.

Tantum habeat fervorem catholicae fidei, ut sancti adventus tui sint expectatione securi.

Ut quicumque meruerunt purgari unda baptismi, praesentari valeant tibi pio judi[ci] candidati.

Ille vos.

In Laetania majore.

Respice, Domine, super hanc familiam tuam subjectam tibi, benedictionum tuarum dona poscentem.

Rege eam de superioribus tuis, et ubertatem fructuum largire ei.

Libera eam a diebus malis, et a cogitatione bellorum, et da eis tempora tranquilla atque pacifica, ut te custode pervigile, ac pastore aeterno, et praesenti tempore consistant securi et ad aeterna gaudia perveniant hinc liberi.

Et qui quondam misericors misertus es turbae tecum triduo permanenti, simili nunc dignatione super hanc miserere plebem, tibi jejuniis et hymnis innixius supplicantem.

Quod ipse.

In Ascensa Domini.

Deus, qui tartara fregisti resurgens, aperuisti coelos ascendens, ut populi illuc per fidem ascenderent, ubi te apostoli cum gloria viderunt intrare.

Respice, ascendens coelum, propter quos dignatus es descendere ad infernum.

Sit eis quod te exaltasti, protectio, quibus fuit unicum quod te humiliasti, remedium.

Ut in die judicii tui non sint sinistro numero, qui te sedere ad Patris dexteram confitentur in coelo.

Quod ipse.

IN DIE SANCTO PENTECOSTES.

Deus, qui praesentem diem futurae remunerationis munere figurasti.

Quo gratia sancti Spiritus inebriati apostoli mente una locuti sunt, ore diverso.

Respice hanc Ecclesiam, quam ex gentibus congregari, linguarum varietate signasti.

Da consolationem inter pressuras saeculi, qui nobis hodie aequalem tibi ipsi consolatorem Spiritum misisti.

Ut, te propitiante, sit ipse plebi custodia, qui dedit discipulis tunc doctrinam. Per Dominum.

IN PRIMA DOMINICA POST PENTECOSTEN.

Domine Jesu Christe, qui discipulis tuis tuum Spiritum tribuisti, Ecclesiae tuae catholicae dona largire.

Ut quicumque sunt ex aqua et Spiritu sancto renati, semper induant ejus protectione muniti.

Redundet in eis charitas diffusa per Spiritum sanctum, quae operiat ac superet omnem multitudinem peccatorum.

Requiescat in istis propitius, qui quondam requievit in apostolis gloriosus.

Quod ipse.

IN NATIVITATE SANCTI JOHANNIS BAPTISTAE.

Deus, qui beatum Johannem Baptistam magnum nuntiasti per Angelum, maximum declarasti per Verbum.

Qui clausus in utero reddidit obsequium Domino, matrem replevit gaudio, patris linguam solvit a vinculo.

Cerne placato vultu confrequentantem hodie populum ad tanti praeconis occursum,

Ascendat vox illius ad aures Altissimi, qui maternis visceribus ante Dominum meruit confiteri quam nasci.

Ut, eo intercedente, purgetur haec plebs a crimine, cujus auctorem lavacri sacra dextera tinxit in fonte.

Ille vos.

IN NATALI APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

Deus, qui in membris Ecclesiae geminatum lumen, quo caveantur tenebrae, fecisti Petri lacrimis, Pauli litteris coruscare, hanc plebem placitus inspice, qui coelos fecisti aperire.

Petro in clave, Paulo in dogmate, ut praeviantibus ducibus, illic grex possit accedere, quo pervenerunt pariter, tam ille pastor suspendio, quam iste doctor per gladium in congressu.

Quod ille.

IN ADSUMPTIONE SANCTAE MARIAE.

Omnipotens sempiterne Deus, qui cum Unigenitum Filium Dominum nostrum Jesum Christum omnes coeli et terra vix capere valuerunt, infra alvum virginis Mariae contineri voluisti.

Praesta, quaesumus, ut ipsam pro nobis apud te intercedere sentiamus,per quam meruimus auctorem vitae nostrae suscipere.

Dignare super hanc familiam tuam lumen misericordiae tuae ostendere, qui non es dedignatus nasci per Virginem.

Ut qui tuo sancto sanguine sunt redempti, tua semper dextera sint protecti.

Ut et in praesenti vita positi, tua jugi misericordia sint defensi, atque ad aeternam beatitudinem te praeveniente sint perducti.

Et qui hac die Adsumptionem sacratissimae virginis tuae genitricis beatae Mariae celebramus devoti, et supra choros virginum paradisi sedibus collocasti, ejusdem suffragiis nos pariter, abjecta carnis sarcina, ad aeterna jubeas perducere regna.

Quod ipse.

IN NATIVITATE SANCTAE MARIAE.

Deus, qui cum te non capiant coeli, dignatus es in templo uteri virginalis includi, ut mater integra haberet et fructum de Spiritu, et incorruptionem de partu.

Da huic plebi Angelum custodem, qui filium Mariae fide concipiente praedixit.

Sanctificet gregem tuum illa benedictio, quae sine semine humano Redemptorem virginis firmavit in utero.

Ut, te protegente, exultent Ecclesiae de congregato populo, sicut Maria meruit gloriari de fructu.

Quod ipse.

IN SANCTI ARCHANGELI MICHAELIS FESTIVITATE.

Adesto plebi tuae, misericors Deus, ob hodiernam solemnitatem devotissime confluenti.

Et ut gratiae tuae beneficia potiora percipiat, beati Michaelis archangeli solemnia celebrantem, fac supplicum deprecationibus sublevari.

Ab omni eos peccatorum labe defensa, et ad tua aeterna deduc promissa.

Amove ab eis pestifera serpentis blandimenta, et insere semper cordibus eorum praecepti tui salubria mandata.

Actus eorum in tua dirige voluntate, quo possint, te auxiliante, ad praemia adtingere aeternae vitae.

Postremo tu eis sis lux, tu salus, tu pius semper in omni adversitate protector esse dignare.

Et ad haec omnia impetranda beatus Michael archangelus, cujus frequentamus solemnia, tibi, Domine, precator accedat. Quod ipse.

In natali sancti Martini.

Deus, qui beatissimum praesulem tuum Martinum tanta tibi familiaritate junxisti, ut etiam cum adhuc corpore habitaret in terris, jam tunc corde totus esset in coelis.

Dignare ejus intercessione plebem tuam illas petitiones effundere, quas eligas libenter implere.

Et festivitatem hanc venisse beneficiis in terris sentiant, quam videre votis in coelis optant.

Ille vos.

Benedictio tempore belli.

Populi tui, quaesumus, omnipotens Deus, propitiare peccatis, et totius hostilitatem a nobis cruoris averte.

Ut Romani sive Francorum nominis secura libertas in tua devotione semper exulteat, et tibi subdito famulatu deserviat.

Elide omnium adversariorum nostrorum superbiam, et virtute dexterae tuae prosterne hostium contumaciam.

Fidelem hunc populum potentiae tuae muniat invicta defensio, ut pio semper tibi devotus affectu, et ab infestis liberetur inimicis, et in tua jugiter gratia perseveret.

Quod ipse.

In tempore, quod absit, mortalitatis.

Deus, qui non mortem, sed poenitentiam desideras peccatorum, populum tuum, quaesumus, sub potentia manus tuae prostratum, ad te converte propitius et ab imminenti morte defende placatus.

Ut dum tibi devotus extiterit, iracundiae ab eo flagella amoveas, atque a mortifero vastatore defendas.

Praesta, Domine, ut sicut sanctus Michael archangelus in conspectu tuo gloriosus adsistit, ita et ibi populo tuo exorare dignetur, ubi gratiam tuam semper meretur habere praesentem.

Quod ipse.

Benedictio super unum hominem.

Benedicat te Deus cœli, adjuvet te Christus filius Dei ; corpus tuum in servitio suo custodiri et conservari faciat.

Mentem tuam inluminet, sensum tuum custodiat, gratiam suam ad profectum animae tuae in te augeat.

Ab omni malo te liberet, dextera sua te defendat. Qui sanctos suos semper adjuvat, ipse te adjuvet et conservare dignetur per omnia saecula saeculorum.

BENEDICTIO DOMINICALIS SUPER POPULUM.

Deus, qui universa profundissime praevides, prudentissime disponis, consultissime moderaris,

Intuere propitius vota praesentis populi, et tuae defensionis decernas ala protegi et munere communiri.

Ut repulsis insidiis tibi serviant libere, quos dignatus es morte redimere, et liberare subditos passione.

BENEDICTIO IN PRIMA DOMINICA DE ADVENTU DOMINI.

Dominus Jesus Christus, qui sacratissimo Adventu suo subvenire dignatus est mundo, animas vestras corporaque purificet a delicto.

Det nobis legis suae praecepta virtute Spiritus sancti adprehendere, ut possitis Adventum ejus intrepidi praestolari.

Sicque vos ab omni reatu inmunes efficiat, ut cum advenerit, non in terrore discutiat, sed in gloria remunerandos adsumat.

Quod ipse.

IN NATALI SANCTI ANDREAE APOSTOLI.

Deus, qui Ecclesiam tuam in apostolicis tribuisti consistere fundamentis, quaesumus, ut beatus Andreas pro nobis imploret apostolus, ut a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis eruamur.

Infunde sensibus nostris apostolica dogmata retinere, quo te contemplemur mente serena.

Concede propitius circumstanti plebi, ut in illo tremendo discussionis tempore, eorum defensetur praesidio, quorum est secura praecepto.

Quod ipse.

IN II DOMINICA DE ADVENTU DOMINI.

Aperi, Domine, januas cœli et veni, et visita plebem tuam in pace.

Emitte Spiritum tuum de alto, et inriga terram nostram, ut germinet fructum spiritalem.

Sanctifica plebem tuam, Domine, qui datus es nobis ex Virgine, et benedic hereditatem tuam in pace.

Praesta eis semper tempora salutis, quae ante tuum Adven-

tum praedixit sanctus propheta Johannes, ut hic fideliter credant, et in futuro cum sanctis electis tuis vitam et regnum consequantur aeternum.

Quod ipse.

In III Dominica in Adventu Domini.

Excita, Domine, potentiam tuam et veni ad salvationem populi tui, quem adquisisti sanguine tuo.

Ne in ejus perditione saevus ille exultet humani generis inimicus, quem adventus tui potentia dudum liberasti per gratiam.

Sit fortitudo dexterae tuae ad protectionem hujus familiae tuae, pro qua dignatus es hoc tempore carnem induere virginalem.

Et dum infirmitatem nostram tua clementia non ignorat, ita omnem hanc Ecclesiam tuam tuae divinitatis clipeo protege.

In IIII Dominica in Adventu Domini.

Domine Jesu, pastor bone, rogamus te, qui temetipsum nostri causa dedisti, propitio ita tui sanguinis defende commercio.

Ut et hic te semper sentiant praevium, et in aeterna beatitudine te remunerante mereantur accipere praemium.

Tu ergo eos, omnipotens Domine Jesu Christe, benedictionem rore perfunde, et in praesenti via positi de omnibus inimicis te habeant ereptorem, et hic et in aeternum semper sentiant protectorem.

Quod ipse.

In V Dominica in Adventu Domini.

Deus, qui tuum nuntiasti Christum venturum in saeculum, nunc venienti occurrere populus mereatur cum gaudio.

Ille vos benedicat ante nativitatem, qui benedixit apostolos post passionem.

Dirigat corda vestra per tempora, qui dixit « Lux fiat » ante saeculum.

Ipse vobis tribuat veniam peccatorum, qui pro salute humana in patibulo effudit sanguinem.

Ille vos benedicat de coelis.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Salvatoris.
Incipit Liber Sacramentoriorum Romanae ecclesiae ordinis anni circuli.

In primis In vigilia Natalis Domini ad Nonam.
Statio ad Sanctam Mariam ad Praesepe.

Deus, qui nos redemptionis nostrae (S. Gregorii M. Liber Sacramentorum = Patrol. latina, *t. LXXVIII, c. 29)*... Unigen. filium tuum... videamus. Per eundem Dom.

Da nobis, omnipotens Deus, ut sicut ad adorandum Filii tui natalitia praev. (*ibid.*).. Per Dominum, etc.

Item alia. — Praesta, miser. Deus, ut ad salvandum Filii (*ibid.*).

Super oblata. — Da nobis, Domine, ut nativitatis Domini nostri (Sacramentarium Gelasianum = Patrol. latina, *t. LXXIV, c. 1057*)... ut pro suo...

Tanto nos, Domine, quaesumus, promptiori servitio hujus sacrificii praec. (*c. 1056-7*)... Per Dominum.

Contestada. — Vere dignum et justum est in confessione hodie ejus faciem praevenire, et cum voce supplici exorare, ut superventurae noctis vigiliarum suarum ita pervigiles reddat, ut (*t. 78, c. 29*)... Natalem... natura... exterior, ad ... natus Jesus Christus Dominus noster. Per quem, etc.

Post communionem. — Da nobis, Domine, quaesumus... (*ibid.*).

De vigilia Natalis Domini, in nocte.
Statio ad Sanctam Mariam.

Deus, qui hanc sacratissimam (*ibid*)... inlustratione... mysterium... Per Dominum, etc.

Respice nos, omnipotens et misericors Deus (*c. 30*)... Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Super oblata. — Accepta tibi sit Domine (*c. 29*)... Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum, etc.

Munera tua, Domine, quaesumus, Nativitatis hodiernae mysteriis praeveniant, et pacem nobis semper infundant, ut sicut homo genitus idem praefulsit et Deus, sic nobis haec terrena substantia conferat quod divinum est. Per Dominum nostrum, etc.

Contestada. — Per Christum Dominum nostrum, cujus (*c. 30*)... aeterna generatum, quia... praedic.; verum etiam honore...

sancto Spiritu confit., dum trino... Majestatem. Quem laudant Angeli, etc.

Post communionem. — Da nobis, quaesumus, Domine (*ibid.*).

In natali sanctae Anastasiae.

Da, quaesumus, omnipotens Deus (*c. 31*).

Super oblata. — Accipe, quaesumus, Domine (*ibid.*).

Contestada. — Qui, ut de hoste generis humani major victoria duceretur, non solum per viros virtute martyrii, sed de eo etiam per foeminas triumphasti. Et ideo cum Angelis.

Post communionem. — Satiasti, Domine, familiam (*ibid.*).

De Natali Domini, mane primo.

Da, quaesumus, omnipotens Deus (*c. 30*)... Incarnatione Verbi... Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Super oblata. — Cuncta, Domine, quaesumus (*t. 74, c. 1057*).

Contestada. — Quia nostri Salvatoris hodie (*t. 78, c. 31*).

Post communionem.— Hujus nos, Domine, sacramentis (*t. 74, c. 1057*).

Super populum.— Populum tuum, Domine, quaesum. (*c. 1058*).

Die Natalis Domini.

Statio ad Sanctum Petrum.

Omnipotens sempiterne Deus, qui (*ibid.*)... Verbi tui, per... celeb. laetitiae, ut qui...

Concede, quaesumus, omnipotens Deus (*t. 78, c. 31*)... Per D. n.

Super oblata.— Oblatio tibi sit, Domine, quaesumus, hodiernae (*t. 74, c. 1058*)... plenitudo. Per Dominum.

† Tuae laudis hostiam jugiter immolantes (*ibid.*)... Agnus, et aeternus pont.... cum Angelis et Archangelis, cum Tronis et Dominationibus, cumque omni militia coelestis exercitus hymnum gloriae tuae canimus sine fine dicentes : Sanctus, sanctus.

Infra actionem. — Communicantes, et diem sacratissimum (*ibid.*).

Post commun. — Laeti, Domine, frequentamus (*c. 1057*)... princ., quae tr...

Praesta, quaesumus, misericors Deus, ut natus (*t. 78, c. 32*)... Per D. n.

In natali sancti Stephani proto martyris.

Da nobis, quaesumus, omnipotens Deus, imitari (*c. 33*).

Omnipotens sempiterne Deus, qui primitias martyrum (*ibid.*).

Super oblata. — Grata tibi sint, Domine, munera (*t. 74, c. 1059*).

† Beati Stephani levitae simul et martyris (*t. 78, c. 33*).

Post commun. — Auxilientur nobis, Domine, sumpta mysteria (*ibid.*).

Super populum. — Beatus martyr Stephanus, Domine (*t. 74, c. 1060*)... etiam possit audiri. Per.

In natali sancti Johannis evangelistae.

Deus, qui per os beati apostoli tui Johannis (*t. 78, c. 35*)...

Ecclesiam tuam, Domine, benignus inlustra (*c. 34*).

Super oblata. — Suscipe munera, Domine, quae in ejus (*ibid.*).

† Beati apostoli tui evangelistae Johannis (*ibid.*)... grat. munere sibi adprob. ut cum... sui... probata dilecti virgin. des.... myst. est revel. inspiratus, ut o. t. c. voce...Verbum. Per Christum D. n.

Post commun. — Refecti cibo, potuque cœlesti, Deus noster (*ibid.*).

Super populum. — Adsit ecclesiae tuae, Domine, quaesumus, beatus (*c. 35*).

In natali Innocentum.

Ad Sanctum Paulum.

Deus, cujus hodierna die praeconium Innocentes (*ibid.*).

Deus, qui bonis tuis Infantium quoque nascentia sacram. (*t. 74, c. 1060*)... ut et nostrae conscientiae fiduciam...

Super oblata. — Adesto, Domine, muneribus Innocentum (*t. 78, c. 35*).

† Pretiosis enim moribus parvulorum (*ibid.*)... n. Salvatoris i... immensae c. t. d. cognoscimus; fulget namque sola... membra passionis existerent C. t... O i. b., cum pro... regen. expletur et i. c. m. Per Christum.

Post commun. — Votiva, Domine, dona percipimus (*c. 36*).

Super populum. — Discat Ecclesia tua, Deus, Infantum (*t. 74, c. 1061*)... posset...

In Dominica I post Natale Domini.

Deus, qui salutis aeternae beatae Mariae virginit. (*t. 78, c. 36-7*).

Da nobis, quaesumus, omnipotens Deus, ut Nativitatem Domini nostri Jesu Christi, cujus solemnia veneramur, ejus semper muniamur auxilio. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Super oblata. — Muneribus nostris, quaesumus, Domine, precib. (*t. 55, c. 133*).

† Nos sursum cordibus erectis (*t. 74, c. 1058*)... myst., quod hum...

Post commun. — Da nobis, quaesumus, Domine Deus noster (*t. 78, c. 30*)... Christi digne mysteriis frequent. gaud., ad...

Super populum. — Benedictionem tuam, Domine, populus (*t. 74, c. 1209*)... salvetur... et gratiam tibi...

KAL. JANUARII. — OCTOB. DOMINI.

Ad Sanctam Mariam.

Deus, qui nobis nati Salvatoris diem celebrem (*t. 78, c. 37*)... Per.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in Unigenito (*ibid.*)... creat. nobis esse... nos malis vet... Per D. n. J. C.

Super oblata.— Praesta, quaesumus, Domine, ut per (*ibid.*)...

† Cujus hodie octabas nati celebrantes (*t. 74, c. 1061*)... Magi invitati Reges... circumcisionem scil...

Post commun.— Praesta, quaesumus, Domine, ut quod Salvatoris (*t. 78, c. 37*)... perpetua nobis redemptione...

Super populum. — Omnipotens sempiterne Deus, qui tuae (*t. 74, c. 1061*).

MISSA AD PROHIBENDUM AB IDOLIS.

Omnipotens sempiterne Deus, da nobis voluntatem (*ibid.*)...

Super oblata. — Ut tibi grata sint, Domine, munera populi tui, ab omni eum (*c. 1062*)... ad veritatis tuae...

Post commun. — Mysteriis tuis veneranter assumptis (*ibid.*)...

IN VIGILIA THEOPHANIAE.

Corda nostra, quaesumus, Domine, venturae (*t. 78, c. 38*)... inlustret...

Super oblata. — Tribue, quaesumus, Domine, ut cum praes. immol. (*ibid.*)... praelocuntur...

† Te laudare mirabilem Deum in omnibus (*ibid.*)... festivit. index puerperae virginalis stella... nunt. ; et ut manif. in mundo...

Post commun. — Inlumina, quaesumus, Domine, populum (*ibid.*).

IN DIE THEOPHANIAE.

Statio ad Sanctum Petrum.

Deus, qui hodierna die Unigenitum tuum gentibus (*ibid.*)... Per D...

Omnipotens sempiterne Deus, qui Verbi tui incarnat. (*t. 74, c. 1062*).

Super oblata. — Ecclesiae tuae, quaesumus Domine, dona (*t. 78, c. 39*)... sum. P. D. n.

✝ Quia notam fecisti in populis misericordiam tuam, et salutem tuam cunctis gentibus declarasti, hodiernum eligens diem in quo ad adorandam veri Regis infantiam excitatos de remotis partibus Magos clarior caeteris sideribus stella perduceret, et cœli ac terrae Dominum corporaliter natum radio suae lucis ostenderet. Et ideo.

Infra actionem. — Communicantes, et diem sacratissimum celebrantes, in quo (*t. 74, c. 1063*)... gloria caeternus, in...

Post commun. – Praesta, quaesumus, Domine Deus noster, ut (*t. 78, c. 39*).

Super populum. — Deus, qui per hujus celebritatis mysterium (*t. 74, c. 1063*)... perveniat, per quem eadem sumpsit exordia. Per.

DOMINICA I POST THEOPHANIAM.

Vota, quaesumus, Domine, supplicantis populi tui c. (*t. 78, c. 40*)... ut quae....

Fac nos, Domine Deus noster, tuis obedire mandatis (*t. 74, c. 1104*)... si te totius vitae sequantur auct. Per Dominum nost.

Super oblata. — Oblatum tibi, Domine, sacrificium vivificet (*t. 78, c. 40*).

✝ Quia cum Unigenitus tuus in substantia (*ibid.*)... in nova n. i. s. luce....

Post commun. — Supplices te rogamus, omnipotens Deus (*ibid.*)... tibi complacitis....

Super populum. — Conserva, quaesumus, Domine, familiam tuam (*ibid.*).

IIII NONAS FEBROARIAS, SANCTI SIMEONIS COLLECTA.

Ad Sanctum Adrianum.

Erudi, quaesumus, Domine, plebem tuam (*c. 46*)... adsequi...

Ad Missam. Statio ad Sanctam Mariam.

Omnipotens sempiterne Deus, majestatem tuam (*ibid.*)...P.D. n.

Super oblata. — Exaudi, Domine, preces nostras, ut digna sint (*ibid.*)...

✝ Quia per Incarnati Verbi mysterium (*ibid.*)... infulsit... amorem...

Post commun. — Quaesumus, Domine Deus noster, ut sacros. (*ibid.*).

DOMINICA V POST THEOPHANIAM.

Familiam tuam, quaesumus, Domine, continua (*c. 48*).

Deus, qui solus es bonus, et sine quo nullus est bonus, jube nos, quaesumus, tales fieri, qui tua non mereamur bonitate privari. Per.

Super oblata. — Hostias tibi, Domine, placationis offer. (*ibid.*).

† Tibi istam immolationem offerre, quae est mira, rursus et ineffabilis divinae gratiae sacramenti, quae offertur (*ibid.*)..., et singulis... neque in singulis min... praebet singulis..., unum in Christo corpus... ipsius majest... uti accepta habeas et benedicas haec super imposita munera, per quae nos ab omnibus emundes contagiis vetustatis. Per Christum.

Post commun. — Quaesumus, omnipotens Deus, ut illius salut. (*c. 49*).

Super populum. — Adesto, Domine, populis tuis in tua pietate fidentibus, et tuae se dexterae suppliciter inclinantes perpetua defensione conserva. Per.

VIII KAL. MARTII. CATHEDRA SANCTI PETRI APOSTOLI.

Deus, qui beato apostolo tuo Petro, collatis (*c. 50*)... Per D.

Super oblata. — Ecclesiae tuae, quaesumus, Domine, preces (*ibid.*).

† Te laudare mirabilem Deum in sanctis tuis (*ibid.*)... Per ipsos Unig... et ipsis Eccl. t. fund. constituisti... Petrum confessionis Unigeniti tui principem per os ipsius Domini Dei Verbi tui vocatum in apostolatum et immutato nomine confirmatum in fundamentum domus tuae coelestium... coelis. Cujus honore vel gloria hodie Majest... hostiam. Per Christum.

Post commun. — Laetificet nos, Domine, munus oblatum, ut (*ibid.*).

FERIA IIII INFRA QUINQUAGESIMAM.

Ordo agentibus publicam poenitentiam.

Suscipis eum IIII feria mane in capite Quadragesimae, et cooperis cum cilicio ; oras pro eo, et includis usque ad Coenam Domini : qui eodem die in gremio praesentatur Ecclesiae et prostrato eo omni corpore in terram, et dat orationem Pontifex super eum, ad reconciliandum in V feria in Coena Domini, sicut ibidem continetur.

Orationes et preces super poenitentem.

Exaudi, Domine, preces nostras, et confitentium (*t. 74, c. 1064*)... indulgentia tuae miserationis abs...

Praeveniat hunc famulum tuum, quaesumus, Domine (*ibid*).

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, nec sit ab (*ibid.*)... clem. long. m. S. v. ejus, sicque rem... Domine...

Domine Deus noster, qui offensione nostra non (*ibid.*)... celebret et ut corr. a. s. conferri sibi a te sempiterna...

Precor, Domine, clementiam tuae Majestatis (*ibid.*)... veniam

relaxare, et... crim. dare dign... placare : tu ejus... confes. flebili perm..., et coelesti gloriae ref. Per.

FERIA IIII CAPUT DE JEJUNIO.

Statio ad Sanctam Savinam.

Ad collectam. — Concede nobis, Domine, praesidia militiae (*t. 78, c. 55*)... contra nequitias spirituales p...

Praesta, Domine, fidelibus tuis, ut jejuniorum (*ibid.*).

Super oblata. — Fac nobis, quaesumus, Domine, his muneribus (*ibid.*)... sacram. venturum celebr...

† Qui corporali jejunio vitia comprimis, mentem (*ibid*).

Post commun. — Percepta nobis, Domine, praebeant (*ibid.*) sacram., ut...

Super populum. — Tuere, Domine, populum tuum, et ab omnibus (Sacramentarium Leonianum = Patr. lat., *t. LV, c. 126*)...

DOMINICA I QUADRAGESIMAE INCHOANTIS INITIUM.

Statio ad Sanctum Johannem. — Ad Lateranis.

Deus, qui Ecclesiam tuam annua Quadragesimali (*t. 78, c. 57*)... bonis moribus exseq...

Concede nobis, omnipotens Deus, ut (*c. 58*)... sacram., ad...

Super oblata.— Sacrificium, Domine, quadragesimalis (*c. 57*)... voluntatis....

† Qui continuatis quadraginta diebus (*c. 58*)... Cibus enim ejus est r... totius volunt. affectus..., sed qui... percip. Et ideo c. A.

Post commun. — Tui nos, Domine, sacramenti libatio sancta (*ibid.*).

Super populum. — Super populum tuum, Domine, quaesumus, b. (*ibid.*).

Ad vesper. — Da nobis, quaesumus, omnipotens Deus, et aet. (*ibid.*).

Ad fontes. — Adesto, quaesumus, Domine, supplicationibus (*ibid.*).

POST EBDOM. I SABBATUM IN XII LECTIONIBUS.

Dominica vacat.

Deus, qui conspicis omni nos virtute destitui (*c. 62*).

Praesta nobis, misericors Deus, ut placationem (*t. 74, c. 1073*)... promptis...

Super oblata. — Ecclesiae tuae, Domine, munera placatus assume (*t. 78, c. 62*).

† Majestatem tuam supplicantes, ut mentibus (*ibid.*)... subsidia...

Post commun. — Refecti, Domine, pane coelesti, ad vitam, quaesumus (*ibid.*).

Super populum. — Familiam tuam, quaesumus, Domine, propitiatus (*ibid.*)... inlustra... mereamur...

EBDOMADAE V QUADRAGESIMAE

Sabbatum vacat. — Elemosina datur.

Da nobis observantiam, Domine, legitima devotione (*t. 74, c. 1069*).

Deus, qui juste irasceris et clementer ignoscis, afflictionem populi lacrimasque respice, et iram tuae indignationis, quam juste meremur, averte. Per.

Super oblata. — Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut jejun. (*c. 1082*).

Post commun. — Adesto, Domine, fidelibus tuis, et quos coelestibus (*ibid.*).

Super populum. — Conserva, quaesumus, Domine, populum tuum et ab omnibus, quae meretur, adversis redde securum, ut tranquillitate percepta, devota tibi mente deserviat. Per Dominum nostrum.

FERIA V COENA DOMINI.

Egreditur poenitens de loco suo, ubi poenitentiam gessit ; et in gremio praesentatur Ecclesiae, prostrato omni corpore in terram.

Omnipotens sempiterne Deus, da, quaesumus (*c. 1095*).

Concede credentibus, misericors Deus, salvum (*ibid.*)... remed., ut hum...

Omnipotens sempiterne Deus, qui vitam humani (*ibid.*)... proveniat....

Et antequam offeratur, postulat diaconus his verbis :

Adest, o venerabilis pontifex, tempus acceptum (*ibid.*)... purg. execratio (*d'abord* et curatio)... adsumptio... absumptione... laetitia... supplex grex tuus, postquam... ad Dominum voce... lacrimis... ego cognosco... diab. suadente... vivorum, devicto...

Post hoc admonetur ab episcopo, sive ab alio sacerdote, ut quod poenitendo diluit, iterando non revocet. Inde vero has dicit orationes sacerdos super eum :

Adesto, Domine, supplicationibus (*c. 1096*)... exaudi, et quem...

Praesta, quaesumus, Domine, huic famulo tuo (*ibid.*).

Deus, humani generis benignissime conditor et miser. reparator (*ibid.*)... unici Filii tui... lacrymae et suspiria... nec

Ecclesia... familiae damno... ergo supplices p., t. ergo fletum... ut imminentibus poenis, sententiaque... ultra vulner... set... miseric. tua reform. Per.

Item ad reconciliandum.

Omnipotens, sempiterne Deus, confitenti tibi (*c. 1097*)... ei praevaleat (*d'abord* noceat)...

Omnipotens et misericors Deus (*ibid.*)... cathena...

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus (*ibid.*)... confitenti indulgeas salutarem (*d'abord* c., salutem poenitendi), ejusque c...

RECONCILIATIO POENITENTIS AD MORTEM.

Deus misericors, Deus clemens, qui secundum (*ibid.*)... lacrimarum... Per Dominum nostrum.

Majestatem tuam, Domine, supplices deprecamur (*c. 1098*).

Majestatem tuam, quaesumus, Domine sancte Pater (*ibid.*)... miser. converte : scinde...

Deus misericors, Deus clemens, qui indulgentiam (*ibid.*)... pulsantibus mis... et in unitatem corp... redemptionis... lacrimarum... non in longa... mox ut ingemuisset, dixisti esse salvandum. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Super oblata. — Virtutum coelestium Deus, de cujus gratiae rore (*ibid*).... honorem tibi, et placitum...

Infra actionem. — Communicantes et diem sacratissimum (*c. 1099*).

Hanc igitur oblationem, Domine, cunctae familiae (*ibid.*).

Item infra actionem. — Qui hac die antequam traderetur (*ibid.*).

Post communionem. — Concede, quaesumus, Domine, ut percepti (*ibid.*).

Oratio super poenitentem postquam communicatus est.

Deus, qui confitentium tibi corda purificas, et accus. se consc. (*c. 1097*)... peccat., in sacramentis tuis sincera... permaneat, et n. redemptionis act. sustineat...

MISSA CRISMALIS.

Domine Deus, qui in regenerandis plebibus tuis (*c. 1099*).

Da nobis, omnipotens Deus, remedia condit. (*ibid.*)... et in sinc...

Super oblata. — Hujus sacrificii potentia, Domine, quaesumus, ut vet. (*ibid.*)... aug. et salutem. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

† Clementiam tuam suppliciter obsecrare (*ibid.*)... crismatis, in sacr. pietatis, salutis, vitaeque... absorta... odor... Per Christum dominum nostrum.

Infra actionem. — Communicantes et diem sacratissimum, quo traditus est Dominus noster Jesus Christus, celebrantes, set et memoriam venerantes.

Item. — Hanc igitur oblationem famulorum famul. (*ibid.*)... offerre. Per Christum.

Quam oblationem, *etc.*

Item in ultimo, antequam dicatur Per quem haec omnia Domine, *benedicis oleum pro infirmis sive pro populo, his verbis :*

Nec te latet, Satanas, imminere tibi poenas (*c. 1105*)... praec. tibi, quicumque es, spiritus immunde, ut...

Inde tanges ei nares et aures, et dices ei ad aurem :

Efeta, quod est adaperire, in odorem suavitatis (*c. 1106*).

Postea vero tanges ei pectus et inter scapulas de oleo exorcizato, et vocato nomine ejus ; singulis dicens :

Abrenuntias Satanae? *Respondet :* Abrenuncio.

Et omnibus operibus ejus? *Respondet :* Abrenuntio.

Et omnibus pompis ejus? *Respondet :* Abrenuntio.

Et ego linio te oleo salutis, in Christo Jesu Domino nostro.

Inde vero dices Symbolum, imposita manu super capita eorum. Postea dicitur eis ab archidiacono :

Orate, electi, flectite genua, complete orationem vest. (*ibid.*).

Et respondent omnes : Amen.

Iterum admonentur ab archidiacono his verbis :

Catechumeni recedant. Si quis catechumenus est, secedat. *Omnes catechumeni exeant foras.*

Iterum dicit diaconus

Filii charissimi, revertimini in loca vestra expect. (*ibid.*).

Hoc expleto, procedit pontifex de ecclesia, cum omni ordine sacerdotum, laetaniam canentes, praecedentibus ante cum duobus cereis staturam hominis habentibus, cum thuribulis, vel tymiamatibus, ad fontes benedicendum.

Completa autem ipsa laetania in circuitu fontis, facto silentio, dicit pontifex :

Dominus vobiscum. *Respondent omnes :* Et cum spiritu tuo.

Omnipotens sempiterne Deus, adesto magnae pietatis (*c. 1110*)... Per D. n.

CONSECRATIO FONTIS.

Deus, qui invisibili potentia tua sacramentorum (*ibid.*)... oper. effectu, et... deseras... sign. ut un...vitiorum...affluente.. ammixtione... omnis... pariat... perfectae...

Hic signat. — Unde bene✝dico te, creatura aquae (*c. 1111*)... arida, cujus spiritus super te ferebatur, qui te Paradiso manare et in...

Bene✝dico te et per Jesum Christum (*ibid.*)... mirabili...

Hic mutas vocem.

Haec nobis praecepta servantibus (*ibid.*)... bened. et pr...

Hic deponunt cereos in fontes et insuper flas in aqua.

Descendat in hanc plenitudinem fontis virtus (*ibid.*)... condita, ad... verae innocentiae novam infantiam... J. C. qui v. est j....

Deinde accipiens chrisma cum vasculo, fundens ipsum in cruce, super ipsam aquam, et miscens ipsum chrisma cum ipsa aqua; spargas tam super fontem, quam circumadstantes. Qui voluerint, accipiant de ipsa aqua in vasis suis, ad spargendum ubi voluerint. Et interrogante presbytero Symbolum, tenentibus ipsis qui eos suscepturi sunt. Ita ille :

Credis in Deum Patrem omnipotentem ? ℟ Credo.

Et in Jesum Christum filium ejus unicum (*ibid.*) ? ℟ Credo.

Credis et in Spiritum sanctum, sanct. (*ibid.*) Eccl. catholicam, r... ? ℟ Credo.

Vis baptizari ?

Et ingrediuntur presbyteri, aut diaconi, illam si necesse fuerit. Acolyti discalceati induentes se aliis vestibus mundis, et ingrediuntur in fontes intra in aquam ; et accipient eos a parentibus.

Baptizantur primi masculi, deinde foeminae, sub trina mersione tantum, sanctam Trinitatem semel invocantes, ita dicendo :

Baptizo te in nomine Patris. *Et mergis semel.*

Et Filii. *Et mergis iterum.*

Et Spiritus sancti. *Et mergis tertio.*

Cum autem surrexerint a fonte, facit presbyter signum crucis de chrismate cum pollice, in vertice eorum, dicens :

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi (*ibid.*)... chrismate... aeternam. Amen.

Et suscipiuntur ab ipsis qui eos suscepturi sunt. Pontifex vero egreditur a fonte, ad ejus compositam sedem in ipsa ecclesia. Et deportantur ad eum infantes, et dat eis stolam candidam, et chrismale et decem silicas, et vestiuntur.

Inde ver[o] ordinantur per ordinem, sicut scripti sunt. Et confirmet eos cum chrismate. Hoc autem praecaventes ne negligatur, quia tunc omne baptismum legitimum christianitatis est nomine confirmatum.

Post hoc ingrediuntur ad missas, illud praevidentes, ut postquam baptizati fuerint, nullum cibum accipiant, nec ablactentur

antequam communicent. Et omnibus diebus septem Paschae, semper ad missas procedant, et offeratur pro ipsis, et communicent omnes.

SABBATO SANCTO. Qui veniunt ad baptizandum.

Facis eum catechumenum ; prius dicis orationem :

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri J. C., *etc.*

Completa autem oratione, intingis pollicem in sale benedicto, et mittis ei in os. Et imponis ei nomen, et dicis illi ita :

Li, accipe salem sapientiae in vitam propitiatus aeternam. Pax tibi.

Deinde dicis :

Aeternam ac justissimam pietatem tuam, Domine.

Completa ista oratione, catechizas eum his verbis :

Nec te latet, Satanas.

Postea intingis pollicem in saliva oris tui ; tangis ei nares et aures, et dicis ei secreto ad aurem : Efeta.

Deinde ad abrenunciandum dicis illi tale :

Abrenuntias Satanae ? ℟ Abrenuntio.

Et omnibus operibus ejus ? ℟ Abrenuntio.

Et omnibus pompis ejus ? ℟ Abrenuntio.

Et intingis pollicem in oleo benedicto ; et signas eum in pectore et inter scapulas, et dicis :

Et ego linio te oleo salutis in Christo Jesu Domino nostro.

Inde interrogato Symbolum, ut mos est, et baptiza eum, sicut alios.

BENEDICTIO AD OMNIA IN USUM BASILICAE.

Dignare, Domine, Deus omnipotens, rex regum (*c. 1140*)... asolis... aereo... summe... e. seu b... prec. ut bened... consummes...

Ad consecrandam patenam.

Consecramus et sanctificamus hanc patenam (*ibid.*)... sal. nostrum omn... sancto vivit... s. Amen.

Inde facit signum crucis de oleo sancto super patenam, et dicit :

Consecrare et sanctificare digneris, Domine (*ibid.*)... r. Deus.

Ad calicem benedicendum.

Oremus, dilectissimi fratres, ut Dominus (*ibid.*)... cal. in usum sui ministerii consecrandum...

Item alia.—Dignare, Domine, calicem istum in usum (*ibid.*)... tui sacratum cal.

In dedicationis basilicae anniversario.

Deus, qui nobis per singulos annos hujus (*t. 78*, *c. 161*)... praeparas... ut si quis... P. D. n. J. C.

Super oblata. — Annuae festivitatis cultum Domino Deo nostro, fratres dilectissimi, summa nostrorum precibus supplicatione poscamus, ut quicumque intra templi hujus, cujus natalis est hodie, ambitum continemur, plena illi atque perfecta corporis et animae devotione placeamus, ut dum haec praesentia vota reddimus, ad aeterna praemia venire mereamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

✝ Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, pro annua devotione tabernaculi hujus honorem tibi, gratiasque referre, per Christum Dominum nostrum, cujus virtus magna, pietas copiosa ; respice de coelo, et vide, et visita domum istam, ut si quis in ea nomini tuo supplicaverit, libenter exaudias, et satisfacientibus clementer ignoscas. Hic tibi sacerdotes tui sacrificium laudis offerant ; hic fidelis populus vota persolvat ; hic peccatorum onera deponantur ; hic fides sancta stabiliatur. Hic ipse inter bonum malumque discernens, cum causam interpellatus judicaveris, quam non ignoras ; hinc pietas absoluta redeat, hinc iniquitas emendata discedat. Inveniat apud te, Domine, locum veniae quicumque satisfaciens huc confugerit, et conscio dolore victus altaria tua rivis suarum eluerit lacrymarum. Hic. si quando populus tuus tristis moestusque convenerit, adquiesce rogari et rogatus indulge. Per Christum Dominum nostrum, per quem.

Post communionem. — Deus, qui Ecclesiam tuam sponsam (*c. 162*)... ut quae... cujus natalis est hodie, tibi... et dum j. p. vest. tua g. ad c. p. te d. p. m. Per.

Ad populum. — Deus, qui de vivis ac coelestibus lapidibus (*Miss. Roman.*)... tuae condis habic., aux. pop. suppl...

Incipit actio nuptialis.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris et institutis (*t. 74*, *c. 1213*)... Per D. n. J. C.

Item alia. — Quaesumus, omnipotens Deus, instituta Providentiae (*ibid.*).

Super oblata. — Adesto, Domine, supplicationibus nostris et hanc (*ibid.*)... offerimus... expetitur... Per D. n.

✝ Deus, qui foedera nuptiarum blando concordiae (*ibid.*)... Tu en. D. providentiae tuae gr... dispensas... m. edet o... Per Chr.

Infra actionem. — Hanc igitur oblationem famularum tuarum *illarum* (*c. 1214*), quaes... gaud. perficias atque oblatam

ser... pervehas b. a. Per Chr. Dom. nostr. Quam oblationem tu Deus.

Infra trigesimum, vel annualem nuptiarum.

Hanc igitur oblationem, Domine, famulorum tuorum (*ibid.*) *illorum* et *illarum*, q... pacifice...

Percomples canonem plenarium et dicis orationem Dominicam et sic eam benedicis his verbis :

Deus, qui mundi crescentis exordium multiplicata (*ibid.*)... tuam *illam* opem ben... conjugali...

Item. — Pater, mundi conditor, nascentium genitor (*ibid.*)... placitum fuit, sic enim nec... homini simile quam quod... additur fortiori... efficeres... egesta p. et in prioris v. sequeretur... data sunt legis i. ventura... t., Pater, r... et bene prosp... deligata... Sara... h. subdolus i... inlicitos... foecunda sobole...

Post haec dicis : Pax vobiscum. *Et sic eos communicas.*

Deinde, posteaquam communicaverint, dicis super eos benedictionem his verbis :

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus (*c. 1215*), iter. ritibus te... supplicatus e. C., ut conjunctionem... sicut plurimorum conf... inim. insidiae, Omnipotens, ut..., conjungi m. per D. n. J. C.

Post communionem. — Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens (*ibid.*).

Benedictio salis et aquae ad spargendum.

Domine sancte, Pater omnipotens, instaurator et conditor omnium elementorum, qui per Christum Jesum filium tuum hanc creaturam Spiritu creantem jussisti, te deprecamur, Domine, ut hanc creaturam salis et aquae benedicere digneris, ut ubicumque aspersa fuerit, omnis spiritus immundus ab eo loco confusus et increpatus effugiat, nec ulterius in eo loco habeat potestatem commorandi. Per.

Item. — Praesta, Domine, per hanc creaturam aspersionis sanitatem mentis, integritatem corporis, tutelam salutis, securitatem spei, corroborationem fidei, hic et in aeterna saecula saeculorum. Amen.

Exorcismus aquae.

Exorcizo te, creatura aquae, per Deum vivum, creatorem tuum et omnium creaturarum auctorem, qui te ab initio separavit ab arida, et tam ad potandum, quam ad abluendum omne quod sordidum est decrevit, ut retineas naturalem et insitam tibi a Deo virtutem, sicut palpabiles abluis sordes, ita adjecta virtute per invocationem divinam, invisibili, si quae in loco sunt

sordes, aspergimento, Christo jubente, purgentur. Per Dominum nostrum.

Item alia. — Benedic, Domine, has aquas, quas ad usus humani generis vel ad abluendum omnium peccatorum crimina praestitisti, ut invocato super eas nomine sancto tuo, ubicumque aspersae fuerint vel a quolibet potatae, salutare tuum munus inviolabile, ut omne quod sordidum est effugetur et tuae pietatis beneficium in omnibus convalescat. Per.

BENEDICTIO SALIS.

Exorcizo te, creatura salis, per Deum vivum, creatorem [tuum] et omnium creaturarum auctorem, qui te inter reliquas suo operi adjungere dignatus est, cui virtutem solis et ignis adjunxit, ut armata per spiritum flammae coelestis, persequaris gravissimum inimicum, una et nunc creatura in praesenti opere implicata, instincta virtute Domi[ni] nostri Jesu Christi, persequere diabolum atque inimicum in latebras ubicumque perfusa, viscera omnium absque ulla molestia expellas a capite animae profutura ad salutem perpetuam, decipienti adversario futuram in perniciem ultionis perpetuam. Per Dominum nostrum.

BENEDICTIO SALIS ET AQUAE.

Exorcizo vos, creatura salis et aquae, in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazarei filii Dei vivi, ut sit purgatio et purificatio in his locis, vel omnibus in quibus aspersa fuerit aqua haec, ad effugandos immundos et erraticos spiritus, omnemque nefariam repellandam atque exterminandam, ac fulgura et sidera quae videntur, in arboribus, aut hominibus, aut pecoribus, aut frugibus noceant, sed aufugiant invocatione nominis Dei, et Jesu Christi filii sui Nazaraei, qui venturus est judicare saeculum per ignem. Per Dominum nostrum Jesum.

BENEDICTIO PANIS.

Benedic, Domine, creaturam istam panis, sicut benedixisti quinque panes in deserto, ut sit Dominus ejusdem abundans in annuum alimentum, gustantesque ex eo accipiant tam corporis quam animae sanitatem. Per.

MISSA VOTIVA.

Deus, qui justificas impium, et non vis mortem peccatorum, majestatem tuam suppliciter deprecamur, ut famulum tuum *il.* de tua misericordia confidentem, coelesti protegas benignus auxilio, et assidua protectione conserva, ut tibi jugiter famuletur, et nullis tentationibus a te separetur. Per Dominum.

Super oblata. — Suscipe, clementissime Pater, hostias placationis et laudis, quas ego peccator indignus tuus famulus tibi offerre praesumo, ad honorem et gloriam nominis tui, et pro incolumitate famuli tui *ill.*, ut omnium delictorum suorum veniam consequi mereatur. Per Dominum nostrum.

Contestada. — † Qui es justorum gloria et misericordia peccatorum, pietatem tuam humili prece deposcimus, ut famulo tuo *ill.* benignus respicias, et pietatis tuae custodiam pendas, ut ex toto corde et ex tota mente tibi deserviat, et sub tua protectione consistat, ut quando ei extrema dies venerit, societatem sanctorum percipiat, cum quibus inenarrabilem gloriam sine fine possideat. Per Christum Dominum nostrum.

Infra actionem. — Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus pro famulo tuo *ill.*, ut remissionem omnium peccatorum suorum consequi mereatur, quaesumus, Domine, ut accipias, et miserationis tuae largitatem concedas, ut fiat ei ad veniam delictorum et actuum emendationem, ut et hic bene valeat vivere, et ad aeternam beatitudinem feliciter pervenire. Per Christum.

Post communionem. — Purificent nos, Domine, quaesumus, sacramenta quae sumpsimus, et famulo tuo *ill.* ab omni culpa libero esse concede, ut qui reatu conscientiae constringitur, de coelestis remedii plenitudine glorietur. Per Dominum.

ITEM ALIA MISSA VOTIVA.

Ad aures clementiae tuae, omnipotens Deus, vota famuli tui *ill.* perveniant, et omnia ei peccata dimitte, tuaque eum misericordia circumdet, et ab omnibus inimici insidiis eum inlaesum custodire digneris. Per D. n. J. C.

Super oblata. — Propitius intuere, Domine, munera, quae tuis altaribus honori nominis gloriae tuae offert famulus tuus *ill.*, ut quae a nostra fragilitate offeruntur, tua virtute sacrentur. Per.

Post commun. — Hujus operatio nos, Domine, sacramenti, quaes. (*c. 1208*).

PROSARIUM
ECCLESIAE REMENSIS

(*3 r°*) [[1] *Rubrique* . . . .
. . . .
. . . . . s]upplices exoramus, Omnipotens, ut nostri digneris *eleyson. Kyrie leyson.* Te decet laus cum tripudio jugiter, qua tibi petimus canentes *eleyson. Kyrie leyson.* O bone rex, qui super astra sedes, et domine, qui cuncta gubernas, *eleyson. Kyrie le*[*yson*.....].Os agye, salva, vivifice redemptor noster [... *Xpi*]*ste eleyson.* Qui canunt ant[... (*v°*) [2] . . . .] *Xpiste eleyson.* Clan[. . . . .] concio et dicit *eleyson. Kyrie leyson.* Miserere nostri, fili David, tu semper *eleyson. Kyrie leyson.*

In excelsis Deo magna sit gloria eterno Patri, qui nos redemit proprio sanguine, ut vivificaret a morte. [Dicamus indesi]nenter una voce omnes *eleyson. Kyrie leyson.* [.....] ac pie rex, o theos ymon, nostri pie *eleyson.* (*4 r°*) Tibi laudes conjubilantes, regum rex Xpiste, oram[us...]. Laus, virtus, pax et imperium, cui est semper sine [.....]. *Kyrie leyson. Xpiste,* rex unice, Patris almi nate coeterne, *eleyson.* Qui perditum hominem salvasti, de morte reddens vite, *eleyson.* Ne pereant pascue oves tue, Jhesu pastor bone, *eleyson. Xpiste eleyson. Kyrie,* sother agye, supplices, imas, te exoramus, *eleyson* . . . . . (*5 v°*) . . . . . . Odas alme thebaticho, quod ubique sit Domino eya personet vox precantum suppliciter *eleyson. Kyrie eleyson.*

(*6 r°*) Cvnctipotens genitor, Deus omni creator, *eleyson.* Fons et origo boni, pie luxque perhemnis, *eleyson.* Salvificet pietas tua nos, bone rector, *eleyson. Kyrie eleyson.* . . . . Offensas dele, sancto nos munere reple, (*v°*) *eleyson. Kyrie eleyson.*

1. *La rubrique, la 1re ligne et le début de la 2e ligne du texte ont été découpés; chaque ligne est précédée de 4 lignes en rubrique, avec notes de chant en noir. Les initiales des versets sont bleu clair.* — 2. *Les 2 premières lignes et la fin de la 3e manquent, pour le même motif.*

Orbis factor, rex eterne, *eleyson*. Pietatis fons immense, *eleyson*. Noxas omnes nostras pelle, *eleyson*. *Kyrie eleyson*. . . . . . . Et cum sanctis tuis assidue simus *(7 r°)* in requie, *eleyson*. *Kyrie* [*eleyson*].

Kyrie, Deus sempiterne vita vivens [vite, *eleyson*]. *Kyrie*, rex immense, sceptrum tenens imper[iale, *el.*]. *Kyrie*, Pater increate. ..... *(8 r°)* Peccatorum dona medicamen [.....] *eleyson*.

[Clemens rect]or, eterne pater immense, *eleyson*. [*Kyrie*] *eleyson*. Nostras necne voces exaudi, benedicte Domine, *eleyson* . . . ... (*v°*) Trine et une *Kyrie*, qui manes in eternum cum Patre, te ore, te corde atque mente psallimus nunc tibi, o beate Jhesu bone, te precamur omnes assidue, *eleyson*. *Kyrie* (*9 r°*) *eleyson*.

Kyrie, fons bonitatis, Pater ingenite, a quo bona cuncta procedunt, *eleyson*. *K. e. Kyrie*, qui pati natum mundi pro crimine, ipsum ut salvaret, misisti, *eleyson*. . . . . (*v°*) *Kyrie*, ignis pectora nostra succende, ut digni pariter proclamare [semper possim]us, *eleyson*.

[*Kyrie*, rex v]irginum amator, Deus Marie decus, *eleyson* (*10 r°*). *Kyrie eleyson* . . . . Qui super celos spiritum levas Marie, fac nos post ipsam (*v°*) scandere tua virtute, vt mereamur divino frui munere, *eleyson*.

Cyrion o theos, pater agios, ymas *eleyson*. *Kyrie eleyson*. Sabaoth yschirros bone, [a]thanatos, ymas *eleyson*. Agyon pneuma Patris Filiique compar, *eleyson*. Hec alme conditor excelsa residens in aula, *eleyson*. *Xpiste eleyson*. Sother pie Jhesu, te solum decet doxa, melos, *eleyson*. Nam, spirator, nostras perfla amantes machinas, *eleyson*. Numine theos saday celse tibi jubilantibus *eleyson*. Eloy (*11 r°*) Adonay miselli petimus, ymas *eleyson*. *Kyrie* basileus, usye rector cuncte, fragilibus digneris quatinus, ymas *eleyson*. *Kyrie leyson*. *Xpiste leyson*. *Kyrie leyson*.

[........] et bb (?) princeps et origo [.....] Pater sancte, *eleyson*, *K*[*yrie*] *leyson*. Gloriosus summe bonu[......]... clemens rector, *eleyson*. Amor divine prope nunc a[nnue] tecum esse.

[Deus] immense, rex eterne glorie domine, *eleyson*. *Kyrie eleyson*. Pro nobis qui dedisti unicum filium, *eleyson*... Pendens in stypite crucis, almiflue, te petimus, supplices, *eleyson*. *K. e.*

(*v°*) [Summ]e Deus, qui cuncta creas, *eleyson*. *Kyrie* [*eleyson*]. Qui regis arces ethereas, *eleyson* . . . . Assis nobis pius atque clemens, peccatorum dona medicamen, *eleyson*. *Kyrie leyson*. (*13 r°*)

[Pater, cunct]a qui gubernas, *eleyson*. *Kyrie leyson*. [Sede sedens in su]perna, *eleyson*. Plebem pio vultu cernas, *eleyson*. . . . Et cum ipso gloriemur, *eleyson*. *Kyrie leyson*.

[O] rex clemens, rex omnipotens, *eleyson. Kyrie* [*leyson*]. Conditor pie immortalis, *eleyson. K. l.* . . . .
Kyrie athanatos agyos pantho[crator] o theos. Emmanuel laus et decus, honor et virt[us ....] in eternum sit. Amen. *Kyrie* [*leyson*]. — (*14 r°, v°, 15 r°*) *Suivent dix* Kyrie *sans tropes*.

K[= D]eus pater, auctor Marie, *eleyson. Kyrie leyson.* Spes et salus Marie, *eleyson. Kyrie leyson* (*v°*) . . . . Consecrator Marie, *eleyson. Kyrie leyson.* [A]mator verus Marie, *eleyson. Kyrie leyson.*

Summe [1] rex, sempiterne dator vite, *eleyson. Kyrie leyson.* Rex justicie, pater pie, *eleyson.* (*16 v°*)........... In fine venture judex in carne, *e.* Paterna pietate nos tuere, *eleyson.* (*17 r°*)

De beata virgine Maria.

[*Gl*]*oria in excelsis Deo* [*etc.*]... *Jhesu Xpiste.* Spiritus et alme orphanorum paraclyte. *Domine Deus, agnus Dei, filius Patris.* Primogenitus Marie virginis matris. *Qui tollis .... deprecat. nostram.* Ad Marie gloriam. (*v°*) *Qui sedes... sanctus.* Mariam sanctificans. [*Tu solus Dominus.*] Mariam gubernans. *Tu solus altissimus.* [Mariam coronans.] *Jesu Christe*... *Patris. Amen.* (*18 r°, v°, 19 r°*) *Suivent trois* Gloria *sans tropes*.

Gloria in excelsis Deo... (*v°*) *Jhesu Xpiste.* Regnum tuum soli[d]um, o rex qui es splendor et decus Ecclesie. Quam decorasti tuo quoque in cruce precioso sanguine. Hanc rege semper piissime. Qui (*20 r°*) es fons misericordie. Permanebit in eternum. *Cum sancto Spiritu in gloria Dei Patris. Amen.*

Gloria in excelsis Deo. Cujus reboat in omni gloria mundo. *Et in terra pax.* Pax perhennis. *Hominibus bone voluntatis.* Qui Deum diligunt in veritate. *Laudamus te.* Te decet laus . . . . . (*21 v°*) . . . . *In gloria Dei Patris.* In quo gloriatur unus per cuncta secula Deus. *Amen.* (*22 r°*)

[De nativi]tate Domini epistola.

[......] am per secula. Qui me plas[mavit .... m]anu dextera et reformavit [..... san]guine nati ab ortu solis orbis per climata usque ad mundi partes occiduas, in laude ejus clamores excitat. *Lectio Ysaye prophete.* In qua Xpisti lucida vaticinatur nativitas. . . . . (*23 v°*) . . . .
Celicolarum messe dignos glorie suorum vere es esse eternum

Sancti Stephani epistola. — *Lectio Actuum apostolorum : In diebus illis Stephanus plenus gratia et fortitudine* . . . . . (*24 v°*) *Et cum hoc dixisset, obdormivit in Domino* Jhesu Xpisto.

1. *Les lignes de cette pièce sont précédées, non plus de 4, mais de 12 lignes en rubrique pour 3 voix : 4 lignes de texte par page.*

De sancto Stephano epistola. (*25 r°*)

Lectio Actuum apostolorum. Vernant fortia jam, quorum trophea in celi regia. *In diebus illis, [S]tephanus plenus gratia et fortitudine.* Lumine vultus tui Domine insignitus. *Faciebat prodigia et signa magna in populo.* Optatum infirmis robur cedendo catervis. *Surrexerunt autem quidam de synagoga.* Viri mendaces. *Que appellabatur Libertinorum et Cyrenensium et Alexandrinorum et eorum qui erant a Cylicia et Asya, disputantes cum Stephano.* De Jhesu (*v°*) qui fuit vir propheta, potens in opere et sermone. *Et non poterant resistere sapientie.* Implevit eos Dominus spiritu sapientie et intellectus. *Et spiritui qui loquebatur.* Nam Spiritus sanctus erat in eo. *Audientes autem hec.* Cogitaverunt interficere eum. *Dissecabantur cordibus suis.* Quidam enim dicebant quia bonus est, alii autem dicebant non : seducit turbas. *Et stridebant dentibus in eum.* Paratum ad omnia pro Salvatoris nomine sustinenda. *Cum autem esset Stepha(26 r°)nus plenus Spiritu sancto.* Spe fruendi victoria divinitus subnixus. *Intendens in celum vidit gloriam Dei.* Quem terra, pontus, ethera colunt, adorant, predicant. *Et Jhesum stantem a dextris Dei.* In sede magestatis sue. *Et ait.* Ecce quod cupivi jam video. *Ecce video celos apertos.* Beatus homo cui celi patebant. *Et filium hominis stantem a dextris Dei.* Cujus caritas vera celo sublevat Stephanum de terra. *Exclamantes autem voce magna.* Adversus eum. *Continuerunt aures suas.* (*v°*) Insipientes et maligni oderunt sapientiam. *Et impetum fecerunt unanimiter in eum.* Viri iniqui absque misericordia. *Et eicientes eum extra civitatem, lapidabant.* Set stat fortiter paciens martir et orat. *Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis qui vocabatur Saulus.* Vas electionis futurus. *Et lapidabant Stephanum, invocantem et dicentem.* Domine suscipe me ut cum fratribus meis sim. *Domine Jhesu.* Salvator mundi. *Suscipe spiritum me(27 r°)um.* Et perduc me ad convivium epularum tuarum. *[P]ositus autem genibus.* Sinite me, inquid, celum videre, ut spiritus dirigatur ad Dominum. *Exclamavit voce magna, dicens.* Nunc dimittis, Domine, servum tuum in pace. *Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* Nec tua dampnetur Jhesu factura benigne. *Et cum hoc dixisset.* Sanguine laureatus. *Obdormivit in Domino.* Cum quo gaudet et regnabit per omnia secula. Amen.

Johannis Euvangeliste.

Ad laudem regis glorie vox (*27 v°*) intonet Ecclesie, propter Johannis merita hec recitantur [= r-ns] preconia. *Lectio libri sapientie.* Pro . . . . (*28 v°*) O Xpiste dilectissime, tuis letos sollempniis celi conjunge gaudiis. Amen.

SANCTORUM INNOCENTUM.

Laus, honor, virtus Deo nostro, decus et imperium regi nostro de sanctorum Innocentum tripudio, qui quanto prepolleant honoris tytulo, presens nobis ostendit. (*29 r°*) *Lectio libri Apocalypsis Johannis apostoli.* Qui testimonium perhibet de his. *In diebus illis.* Ecce ego Johannes. *Vidi supra montem Syon Agnum stantem.* Qui tollit peccata mundi. *Et cum eo centum quadraginta quatuor milia.* Quos trucidavit frendens insania. *Habentes nomen ejus et nomen Patris ejus.* In sancti Spiritus clementia. De quo Scriptura est : erit nomen meum ibi, dicit Dominus. *Et audivi vocem de celo.* Ab axe sydereo. *Tanquam vocem aquarum multarum.* Que fluunt impetu de Libano. *Et tamquam vocem* (*v°*) *tonitrui magni.* Sicut sonum sublimis Dei. [*E*]*t vocem quam audivi.* Intentus in superna. *Sicut cytharedorum citharizantium.* Dulciter in voce modula. *In citharis suis.* Cum mera symphonia. *Et cantabant quasi canticum novum ante sedem.* Sedentis super thronum. *Et ante quatuor animalia et seniores.* Qui gaudent et ovant t[r]ementes moderate. *Et nemo poterat dicere canticum.* [I]n laude consona. *Nisi illa centum* [*quadraginta*] *quatuor milia.* Quos infans Xpistus hodie vexit ad astra. *Qui empti* (*30 r°*) *sunt de terra.* A bymmatu et infra. *Hii sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati.* Casta generatio. *Virgines enim sunt.* In eterna luce. *Hii secuntur agnum.* Sine macula. *Quocumque ierit.* Ipsum laudantes. *Hii empti sunt ex omnibus* [= *hominibus*]. Mira victoria. *Primicie Deo et Agno.* Qui pascit inter lilia septus choreis virginum. *Et in ore ipsorum non est inventum mendacium.* Dum nec dum potuerit lingula. *Sine macula sunt.* Amicti stolis albis. [*A*]*nte thronum Dei.* Vnde, Xpiste, supplices tanti (*v°*) doni memores. Laudes tibi reddimus altisonis vocibus. Laudis ergo gloria tibi sit et gratia. Patre cum altissimo, qui regnat per omnia seculorum secula. Amen dicant omnia.

(*31 v°*) BENEDICTIO CEREI. — [E]xultet jam angelica turba celorum. Exultent divina misteria . . . .
(*32 r°*) . . . . . Dignum et justum est.

PREFATIO. — ☩ Vere quia dignum et justum est invisibilem Deum omnipotentem Patrem . . . .
(*34 r°*) Precamur ergo te, Domine, ut nos famulos tuos, omnem clerum et devotissimum populum, una cum papa nostro N. et gloriosissimo rege nostro N. et domno N. archiepiscopo, quiete temporum concessa, in his festis paschalibus conservare digneris. Per dominum nostrum Jhesum Xpistum filium tuum, qui tecum vi[vit et regnat in u]nitate Spiritus sancti per omnia secula seculorum.

In Nativitate Domini. — [Dominus vo]biscum. [Et cum spiritu tuo. I]nitium sancti evangelii secundum Mat(*35 r°*)heum. Gloria tibi, Domine.

Euvangelium. — Liber generationis Jesu Xpisti, filii David, filii Abraham. . . . . . . (*36 r°*) inventa est in utero habens de Spiritu sancto.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sequentia sancti evangelii secundum Lucam. Gloria tibi, Domine.

In Epyphania Domini (*37 r°*) euvangelium.

[Factum est] autem cum [baptizaretur omnis] populus et Jhesu baptizato et orante, apertum. . . . . (*38 v°*) . . . . . . Spiritu sancto regressus est ab Jordane.

Secundum usum Parisiensis ecclesie versus ad sacrandum crisma.

O redemptor, sume carmen temet cumcinentium. Audi, judex mortuorum, vna spes mortalium . . . . (*39 r°*) Sit sacrata digna laude nec senescat tempore. Amen.

Idem cum alio cantu. (*v°*) O redemptor, sume carmen temet concinentium . . . . (*40 r°*) . . . . Nec senescat tempore. Amen.

(*v°*) Fortunati versus. — Salve, festa dies, toto venerabilis evo. Qua Deus infernum vicit et astra tenet . . . . (*41 r°*) . . . . ad celos ampla trophea refers. Salve.

Laudes.

[Xpistus] vincit. Xpistus regnat. Xpistus imperat.

Exaudi, Xpiste, domno N. a Deo decreto apostolico et reverentissimo pape vita. iii.

Salvator mundi, tu illum adjuva.
Sancte Petre, tu illum adjuva.
Sancte Paule, (*v°*) tu illum adjuva.
Sancte Andrea, tu illum adjuva.
Sancte Clemens, tu illum adjuva.
Sancte Sixte, tu illum adjuva.

Exaudi, Xpiste, domno N. excellentissimo regi Francorum a Deo coronato magno et pacifico, vita et victoria.

Redemptor mundi, tu illum adjuva.
Sancta Maria, tu illum adjuva.
Sancte Michael, tu ill[um adjuva].
Sancte Gabriel, tu illum adjuva.
Sancte R[aphael, tu illum] adjuva.
Sancte Johannes, tu illum adjuva.
Sancte Stephane, tu illum adjuva.

Exaudi, Xpiste, domno illi archiepiscopo, salus perpetua. III.
Sancte Calixte, tu (*42 r°*) illum adjuva.
Sancte Nichasi, tu illum adjuva.
Sancte Nivarde, tu illum adjuva.
Sancte Rigoberte, tu illum adjuva.
Sancte Basole, tu illum adjuva.
Sancte Benedicte, tu illum adjuva.
Exaudi, Xpiste, omnibus judicibus et cuncto exercitui Francorum, vita et victoria.
Sancte Remigi, tu illos adjuva.
Sancte Martine, tu illos ad[juva.
San]cte Hilari, tu illos a[djuva].
Sancte Dionisi, tu illos adjuva.
Sancte Crispine, tu illos adjuva.
Sancte Crispiniane, tu illos adjuva.
Xpistus vincit. Xpistus regnat. Xpistus imperat.
Lux, via et vita nostra, Xpistus vincit.
Rex regum, Xpistus (*v°*) vincit.
Gloria nostra, Xpistus vincit.
Misericordia nostra, Xpistus vincit.
Spes nostra, Xpistus vincit.
Auxilium nostrum, Xpistus vincit.
Fortitudo et justicia nostra, Xpistus vincit.
Prudentia et temperantia nostra, Xpistus vincit.
Liberatio et redemptio nostra, Xpistus vincit.
Arma nostra invinctissima, Xpistus vincit.
Murus noster inexpugnabilis, Xpistus vincit.
Defensio et exaltatio nostra, Xpistus vincit.
Ipsi soli honor, laus et jubilatio per infinita secula seculorum. Amen.
Ipsi soli virtus, fortitudo et victoria per omnia secula secu-(*43 r°*)lorum. Amen.
Xpiste, audi nos. Kyrie leyson. Xpiste eleyson. Kyrie leyson.
Te pastorem. III. Deus elegit. III. In hac sede. III. Te conservet. III. Annos vite. III. Deus [multiplicet feli]citer, feliciter, feliciter.
[Tempora bona] habeas. Tempora bona habeas. [Tempora bona habeas.] Multos annos. Amen.
(*44 r°*) [*S*]*anctus*. Sancte ingenite, genitor sine genitrice, geniti Marie. *Sanctus*. Sancte Fili, in gloria equalis Patri, equalis dignitas sine patre Marie matri. *Sanctus*. Sancte Spiritus, amborum amor suavissimus, sub cujus umbra exultat virgo mater Maria. *Dominus Deus Sabaoth, pleni sunt celi et terra gloria tua, osanna*

in excelsis. Cujus gloria pre cunctis Mariam glorificavit. *Benedictus* Marie filius, *qui venit in nomine Domini*. O celsa gloria Patris ad humilitatem ancille, set regine ma(*v°*)tris. *Osanna in excelsis*.

Sanctus, Perpetuo numin[.......]. *Sanctus*. Regna Patris . . . . . *Osanna in excelsis*.

Suivent trois Sanctus *sans tropes*.

(*45 r°*) *Sanctus*. Summe pater, (*v°*) deitatis amor bone, conditor orbis. *Sanctus*. Sanctorum splendor, decus inviolabile pacis. *Sanctus*. Quem chorus ecclesie colit ac veneratur, adorat. *Dominus Deus Sabaoth*. *Pleni sunt*. Te dominum celi clamat jubilatio san[c]ta. *Benedictus*. Lux, via, vita, salus, tibi psallimus omne per evum. *Osanna*.

Sanctus. Genitor (*46 r°*) omnium ingenitus. *Sanctus*. . . . . . . Quam celestis armonia dulci laudat simphonia.

Sanctus. Rex sine principio nec habens in tempore finem. *Sanctus*. Verbum, Xpiste, Patris et par patrie deitatis. (*v°*) *Sanctus*. Spiritus alme, pari deitate manens in utroque. *Dominus*. *Pleni sunt*. Has tres personas unum facit una potestas. *Benedictus*.

Sanctus. Principium sine principio, Deus unus et idem. *Sanctus*. Idem principium, sed ab ipso equalis eidem. *Sanctus*. Ens ab utroque manens, Deus idem nexus amorque. *Dominus*. Tres persone, genitor, genite et spiritus. O pie fons, o vera salus, medicina (*47 r°*) salubris. *Benedictus*. Tres unus, tribus unus honor manet imperiumque. *Osanna*.

Sanctus. Fons vivus vite, quo vivunt Israelite. *Sanctus*. . . . . . (*v°*) . . . *Benedictus qui venit*.

Sanctus. Deus Pater, cujus presentia suis bona ministrat omnia. *Sanctus*. Verbum Patris sollempni perhenne gaudium, mundi salus, vita fidelium. *Sanctus*. Deo Patri laudes et Filio cum Spiritu reddat hec contio. *Dominus*. *Pleni*. Benedictus cujus sunt omnia, celum, tellus, aer et Maria. *Benedictus*.

Sanctus. Sanctorum exultatio. *Sanctus*. Sanctorum benedictio. *Sanctus*. Sanctorum consolatio. (*48 r°*) *Dominus Deus Sabaoth*. Quem decet laus, salus et honor. *Pleni sunt celi et terra gloria tua*. *Osanna in excelsis*. Cui dulci jubilo sanctorum concinit ordo. *Benedictus*. — *Suivent trois* Sanctus *sans tropes*.

Sanctus. *Sanctus*. *Sanctus*. Trinitas, unitas, deitas superna.
Majestas, potestas, claritas eterna.
Lapis, mons, petra, fons, flumen, pons, semita.
(*49 r°*) Sol, lumen et numen, cacumen et vita.
Tu sator, amator, creator, redemptor, salvator, luxque perpetua.

Tu nitor et decor, tu candor, tu splendor et odor, quo vivunt mortua.

Tu vertex et apex, regum rex, legum lex et judex ; tu laus angelica.

Quem laudant, adorant ; quem amant, quem clamant, quem cantant agmina celica.

Tu theos, tu heros, dives flos, vivens ros, rege nos, salva nos, perduc nos ad thronos superos et vite pascua.

Tu Deus, tu pius, tu justus et verus, tu sanctus et bonus. (*v°*) Tu rectus et summus dominus, tibi sit gloria. *In excelsis*.

(*50 r°*) [*Agnus*]. Vulnere quo [........]mur, om[.......*A*]*gnus*. Inviolate virginis alme nate paterque. [*A*]*gnus*. Sanguinis unda pectora munda perpetuamque. *Dona nobis*.

Agnus Dei. Fons indeficiens pietatis. *Agnus Dei*. Actor summe bonus bonitatis. *Agnus Dei*. Pax eterna, dator caritatis.

(*v°*) *Agnus D*[*ei*.........] eterne Domine q[........] *miserere, misere*[*re*.........] virgine sub humana specie, *miserere, miserere*. [*A*]*gnus*. Pater potentissime, pacem nobis tribue. [*D*]*ona nobis, dona nobis, dona nobis*.

Agnus Dei. Deus deorum, creator omnium, rex angelorum. ..... reserator hominum salvato. *Dona nobis*.

(*51 r°*) *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi*. Lux lucis, verbumque Patris, virtusque perhennis. *Miserere nobis. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi*. Verus sanctorum splendor, nosterque redemptor. *Miserere nobis. Agnus*. Nostra salus, pax vera, Deus, altissima virtus. *Dona nobis pacem*.

Avem Johannes in deserto predicavit ovans et dicens : ecce. *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi*. Qui sedes ad dexteram Patris, solus invisibilis rex. *Miserere nobis. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi*. Rex regum, gaudium angelorum, Xpiste. *Miserere nobis. Agnus Dei*, (*52 r°*) *qui tollis peccata mundi*. Lux indeficiens, pax perpetua, hominumque redemptio, eia. *Dona nobis pacem*. — (*v°*) A. (*2 r°*).

[*A*]*gnus Dei*. Factus homo, sumpta de virgine carne Maria. Quem genuit mater sine patre, pater sine matre. Virginis auxilio propulsis hostibus omnem. *Dona nobis pacem*.

[*S*]*anctus*. [1] *Sanctus*. Voci vita sit unita legis amicitia, dum (*53 r°*) sacratur quo dampnatur peccati malitia. Caro panis, sanguis vinum dum fiunt veraciter . . . . (*v°*) unde chorus hic devotus concinat plausificum. *Osanna in excelsis*.

1. *A partir d'ici, pour cette pièce huit lignes de chant au-dessus de chaque ligne de texte.*

[*A*]*gnus Dei*. Mortis dira ferens, ut nostra pianda piares. *Miserere nobis*. [*A*]*gnus Dei*. Ad vitam surgens, ut nos sic justificares, *mis*[*erere nobis. A*]*gnus Dei*. Celos ascendens, ubi nos tecumque locares. *Dona nobis pacem*.

(*Suit cette note, de la même main que celle du texte*) :

A. Require supra in secundo folio libri (*voir après 52 v°*).

(*54 r°*) Alleluya. Hodie Maria virgo celos ascendit, gaudete quia cum Xpisto regnat in eternum.

Alleluya. Per te, Dei genitrix, nobis est vita perdita data, que de cela [= celo] suscepisti prolem et mundo genuisti salvatorem.

Alleluya. Post partum, virgo, inviolata permansisti ; Dei genitrix, intercede pro nobis. (*v°*)

Alleluya. Gaude, virgo, gaude, Dei genitrix, et gaude gaudium . . . . tecum ante Dominum.

Alleluya. Dulcis virgo, dulcis mater, dulcia ferens pondera . . . . celorum et dominum.

Alleluya. Virga (*55 r°*) Jesse floruit, virgo Deum et hominem . . . . ymma summis.

Alleluya. Adsumpta est Maria in celum, gaudent angeli . . . . benedicunt Dominum.

Alleluya. Pulcra es, amica mea, speciosa mea, inmaculata mea, suavis et decora sicut Jherusalem. (*v° blanc*)

(*I r°*) [Dominica prima Adventus. — Salus eterna,] indeficiens mundi vita. Lux sempiterna et redemptio vere nostra. Condolens humana . . . . Vt cum (*v°*) . . . . . [quocumque visa.]

[Dominica secunda]. — Regnantem sempiterna per secula susceptura. . . . . (*II r°*) Cui regnas secula per infinita.

Dominica tercia. — [Qui regis sce]ptra forti dextra, solus [cuncta tu ple]bi tuam ostende . . . . Jhesu mitte domine arva.

Dominica quarta Adventus. — Jubilemus omnes una Deo nostro, qui creavit omnia . . . . (*v°*) . . . et protegas et dones pecca[torum veniam.]

[In Vigilia Natalis ?] Ad primam missam.

Salus eterna *vt supra*. Alleluya.

Vel. — [Natus ante] secula Dei filius, invisibilis, interminus. Per quem fit machina (*III r°*) . . . . participes, Deus, facere digneris, unice Dei.

Ad secundam missam. — Regnantem *etc*. Alleluya.

VEL. — Salve, porta perpetue lucis fulgida. Maris stella inclita . . . . (*IIII r°*) Salvet ut nos per omnia secula.

IN DIE NATALIS DOMINI, AD MISSAM (*v°*) PROSA. — Xpisti hodierna pangimini omnes una. Celica resonent clare camenas agmina . . . . (*V v°*) Qui est salus eterna et nostra gloria.

IN GALLI CANTU, PROSA. — Nato canunt omnia Domino pie agmina. Sillabatim pneumata perstringendo organica. . . . (*VI r°*) . . . omnia peccata nostra. Alleluya.

AD MISSAM. — [Eia] recolamus laudibus piis digna. Hujus diei carmina . . . . (*VII r°*) In qua sibi laus est eterna.

AD MAGNAM MISSAM. — Letabundus exultet fidelis chorus, alleluya. Re(*v°*)gem regum . . . . (*VIII r°*) . . . considera : ipsum genuit puerpera.

ALIA DE EODEM. — Celeste organum hodie sonuit in terra. Ad partum virginis . . (*v°*) dicantur alia. Amen, amen, eya.

DE SANCTO STEPHANO. — (*IX r°*) [Magnus Deus in uni]versa terra. Magna sunt [ejus ubique omnia, in cel]o atque in terra opera . . . (*v°*) o Stephane, sempiterna impetra gaudia.

SANCTI JOHANNIS EVANGELISTE. — Organicis canamus Domino in Johannis sollempnia. Omnigenis Domino vocibus . . . . (*X v°*) . . . consortium mereamur in celesti patria Alleluya.

VEL. — Nostram musicam sume, camena. [V]ernacula dulcis . . . . . . (*XI r°*) . . . Et sine fine mansura.

SANCTORUM INNOCENTUM. — [C]elsa pueri concrepent melodia. Pia Innocentum colentes tripudia. . . . . (*XII v°*) . . . concedas per eterna.

IN DIE EPYPHANIE. — Epyphaniam Domino canamus gloriosam. Qua prolem . . . . (*XIII v°*). . . protegat in secula sempiterna. Amen. Alleluya.

VEL. — Festa Xpisti omnis xpistianitas celebret. Que miris sunt . . (*XIIII v°*) . . . ausculta te populi preceptori.

IN PURIFICATIONE BEATE VIRGINIS MARIE. — [Nostra tu]rma festiva dat sollempnia. Mariam concrepando symphonia nectarea. . . . (*XV r°*) . . . Omnia qui dat tempora pacifica. Amen.

IN ANNUNTIATIONE BEATE MARIE.— Ave, Maria, gratia plena, (*v°*) Dominus tecum . . (*XVI r°*) . . . collocet per secula. Amen.

IN DIE PASCHE, AD MISSAM. — [F]ulgens preclara rutilans per orbem hodie dies, in qua Xpisti . . . . (*XVII v°*) . . . ad beatam gloriam, digna rependens merita.

ISTUD RESIDUUM NON DICITUR NISI IN DIE PENTHECOSTEN. — Paraclyti sancti consolationem piam expectamus . . . . Pollens laude excelsa. Alleluya.

(*XVIII r°*) Pangite celsa voce, puro quoque corde, eya. Sotii votiva nunc celebrantes. . . . .
(*v°*) . . . tuba nostra te laudet per secula. Alleluya.

Laudes Salvatori voce modulemur supplici. (*XIX r°*) Et devotis . . . (*XX v°*) in celis spiritales chori Trinitati. Alleluya.

Alme mundi, Jhesu, tua fidelia agmina tibi canticant.

Et propius adesse sibi rogitant ; aspice, te quesumus, oves morte emptas tua preciosa.

Omni parentis proles tuam plebem memoratam hanc prerogativam.

Hac die sacra, qua triumphans, Domine, tartara tristes demonas.

Hinc tecum tuos ad gaudia jam letos revehis nam celestia.

Hactenus se flentes diversos nocte ceca et continua herebi dum innec(*XXI r°*)tis moras.

Vt mortem veniens necares nece tua, ac captivares captivitatem hanc humanam.

Tunc disrumperes antiquis isdem tuis fidelibus inferni dira claustra.

Atque januam paradysiacam panderes jam universis mente pia.

Adesto nunc et tribue, ut mentes omnium canentium tua.

Totis quippe visceribus concinant modulis in [...]or mundi presta.

In Pascha. — [Victime paschali] laudes immolant xpistiani. Agnus redemit oves . . . (*v°*) nobis victor rex miserere.

In [Inventione sanctæ Crucis]. — Laudes crucis attolla[mus, nos qui crucis exulta]mus speciali gloria . . . (*XXIII v°*) largire sempiterna gaudia. Amen.

In die Ascensionis. — [R]ex omnipotens die hodierna. Mundo triumphali redempto . . . .
(*XXIIII v°*) . . . decantemus omnes alleluya.

In die Pentheconst[en]. — Fulgens preclara.

[S]ancti Spiritus adsit nobis gratia. Que corda nostra . . .
(*XXVI r°*) . . . Hunc die[m gloriosum fecisti.]

Alma chorus Domini [compan]gat nomina summi. Messyas. .
(*v°*) . . . omnia doxa.

De sancta Trinitate. — [Benedicta] sancta sit Trinitas, deitas scilicet unitas, coequalis gloria . . . .
(*XXVII v°*) . . . tibi canamus, tibi laus et gloria.

In Inventione sancte Crucis. — Laudes crucis attollamus, nos qui crucis exultamus speciali gloria . . . .
(*XXIX r°*) . . . confer et largire sempite[r]na gaudia. Amen.

(*v*°) De sancta Cruce. — Salve, crux sancta, arbor digna. Cujus robur preciosum . . . . . Cui laus sit in evum.

Apostolorum Petri et Pauli. — Laude jocunda melos, turma, persona. Jungendo verba simphonie rithmica . . . . (*XXX r*°) . . . resolvendo vincula.

Divisio. — Sacra, Paule, ingere dogma(*v*°)ta, illustrant plebis pectora . . dicant nunc omnia amen redempta. (*XXXI r*°)

Benedicti abbatis. — Laudum carmina creatori, lyra, plaude, eya. Pangens. . . . . (*v*°) et sanctis omnibus gloria.

Beate Marie Magdal[ene]. — Mane prima sabbati surgens Dei filius, nostra spes et gloria . . . . (*XXXII v*°) . . . ejus gratia, qui regnat per omnia. Alleluya.

Alia. — Laus tibi, Xpistc, qui es creator, redemptor, idem et salvator. Celi, terre . . . . (*XXXIIII r*°) . . . sanctorum spes et gloria.

De sancto Laurentio. — Stola jocunditatis, alleluya, Induit hodie Dominus militem suum . . . . (*XXXV r*°) Jocundum in ecclesia decantans alleluya. Alleluya.

De sancto Nichasio. — Saude [= Gaude] eya, unica columba, speciosa sponsa, superno regi . . . . (*XXXVI r*°) . . . cuncta per secula.

In Assumptione beate Marie. — A rea virga prime matris Eve florens rosa processit Maria . . . . (*XXXVII v*°) . . . jubilemus. Alleluya.

In Nativitate beate Marie. — Alle celeste necnon et perhenne luya. Dic paraphonista cum mera symphonia . . . . (*XXIXX r*°) . . . usque dancia preconia.

Michaelis archangeli. — Ad celebres, rex celice, laudes cuncta. Clangat nunc canora caterva . . . . (*XL r*°) . . . gloria condecantemus. Alleluya.

De quolibet sancto. — Xpisto inclita candida nostra canunt melodia agmi(*v*°)na . (*XLI r*°) pium agmina. Amen redempta.

Sancti Nicholai episcopi et confessoris. — Congaudentes exultemus vocali concordia. Ad beati Nicholai festiva solempnia. (*XLII v*°) . . . post vite curricula. Amen.

Alia. — Dulcis odor Nicholai cogit omnes ad se trahi, salus egris, lapsis presidium . . . . (*XLIII v*°). . . . . militanti sub tanto preside.

In Dedicatione ecclesie. — Psallat Ecclesia mater illibata. Et virgo sine ruga honorem hujus ecclesie . . . . (*XLIIII r*°) . . . . et unitatis resultet.

De sancta Maria. — Regine nunc celorum festa. Recolat veneranda caterva fidelis, eya . . . . (*v*°) . . . . Et virgo post partum illibata maneas. Alleluya.

Fraterna gratanter nunc canat (*XLV r°*) tuba. Laudes promat dominoque . . . (*v°*) . . . . In seculorum secula. Alleluya.

De sancto Stephano prothomartyre. — Gloriosa dies adest, qua processit prepotens ex virginis aula . . . (*XLVI v°*) potestas in eterna secula. Amen dicant omnia. Alleluya.

De virginibus. — Virginis venerande de numero sapientum festa celebremus, socii . . . . (*XLVII r°*) . . . . consolationem precando.

In dominicis diebus. — Stans a longe qui plurima perpetrarat facinora. Atque sua revolvens . . . Mitis et nos justifica.

Tripudiet timentium Deum turma.

Eique vocis nostre (*v°*) jubilet camena,
Qui suis seva serenat mundi pericla.

[E]t hos maris per invia tuta regit naufragia.
Inbruens Egyptiaca in fluctibus molimina.

Sanctos ad amena superne civitatis ducit palatia.
In qua vita et leticia floret interminata.
Ibi indivisa sequntur agnum clara sanctorum milia,
Manu palma preferentia et caput laureata.

Quorum per suffragia donetur optata nobis a Xpisto venia.
Eorum est.

In Dedicatione ecclesie. — Clara chorus dulce pangat (*XLVIII r°*) nunc voce, alleluia. Ad eterni regis laudem . . . (*XLIX r°*) . . . . . paradisi ad gaudia. Alleluya.

De apostolis. — Clare sanctorum senatus apostolorum, princeps orbis terrarum rectorque regnorum. . . . . (*v°*) . . . . debitum supplex impendit.

De martyribus. — Mirabilis Deus in sanctis, mira[bi]lia dans magnifica. Qui fide preclara . . (*L r°*) Qui nostra est gloria.

De confessoribus. — Mundi etate octava Florebunt duplici palma beatorum agmina . . . . (*v°*) . . . Vox est quam signat sequentia pura voce canenda.

[...] de sancta Maria. — [Inviolata], intacta et casta es, Maria. Que es effecta fulgida . . sola inviolata permensisti.

Alia. — Ave, mundi spes, Maria ; ave, mittis, ave, pia, plena gratia . . . . (*LI v°*). . . collocet in lucis domo. Amen dicat omnis homo.

Alia. — Hodierne lux diei celebris in matris Dei agitur memoria. Decantemus . . (*LII r°*) et tempestas obvia. Amen.

OMNES PROSE QUE SECUNTUR EODEM CANTU CANTANDE SUNT QUO HODIERNE CANTATUR SUPRA [1].

DE SANCTO STEPHANO PROTHOMARTYRE.

Ecce martyr primitivus,
in quo salit redivivus
veri fons martyrii.
Hic athleta sternit hostes
et cruore primus postes
signat sanctuarii.

Cujus sanguis est cementum
et primevum fundamentum
nascentis Ecclesie.
Dum a suis lapidatur,
ipsi celum reseratur
et tribunal glorie.

Inter ictus
stat invictus,
Deum orat
et implorat
inimicis veniam.
Pro Paulo tunc exauditur,
unde Paulus (*v*°) accersitur
ad eternam gloriam.

Mortes, morbos, pestes pel- [lit,
aspernatur et repellit
Judeorum jacula.
Laurentius amplexatur
hunc, pro quo resuscitatur
justus in craticula.

Jhesu viso, dormit letus,
vite luce statim fretus
Stephanus tam inclitus.
Nos ex sua passione
et tam sancta visione
illustret divinitus. Amen.

SANCTORUM JOHANNIS ET PAULI MARTYRUM [2]. — Flore vernat virginali et doctrina spiritali Johannes pre ceteris. . . . . in curam custodie. Amen.

DE SANCTO JOHANNE BAPTISTA ET SANCTIS PATRIARCHIS ET PROPHETIS. — Vos primevi fundatores et ardentes defensores nascentis Ecclesie . . . . archam veri federis. Amen.

SANCTORUM JOHANNIS ET PAULI MARTYRUM.

Paulus et Johannes fortes
bellatores et consortes
martyrum victorie.
Nequam spernit [3] Julianum,
cujus horrent et prophanum
baltheum milicie.

Malunt (*LIII r*°) Xpisto deser- [vire
quam tam vilis obedire
mandatis apostate.
Caritate sunt excocti,
stant invicti et edocti
vivo Verbi dogmate.

Tunc nequam Terentianus,
sicut jubet Julianus,
sic sanctos aggreditur :
« Vobis ut Xpistum negetis
et ut Jovem adoretis
districte precipitur. »

Q[ui res]pondent : « Nos nega- [mus
Jovem et te reprobamus
et sectas ge[ntilium].
Solum Deum adoramus,
Juliani confutamus
ferale dominium. »

1. *La musique des six pièces suivantes n'est pas indiquée, pour la raison énoncée dans la rubrique.* — 2. *Les trois derniers mots sont exponctués.* — 3. *Lire* spernunt.

[Tunc] pro Xpisto decollantur
et in fossas suffocantur,
quorum mox martyria

Per virtutes declarantur,
ut in nobis excollantur
martyrum preconia. Amen.

SANCTORUM PETRI ET PAULI APOSTOLORUM. — Due vere sunt olive, per quas plancte primitive nascuntur Ecclesie . . . . celestis convivii. Amen.

DE SANCTO PETRO APOSTOLO.

Petrus, splendor firmamenti,
sal et sapor condimenti
nascentis Ecclesie.
Princeps est apostolorum,
claviger regni celorum
et celestis curie.

Pro sequela Xpisti mundum
dereliquit et se mundum
a mundo constituit.
Umbra sola morbos sanat ;
Symon magus, quem propha-[nat,
ejus prece corruit.

Ex fulgore veritatis
et fervore caritatis
pre cunctis ardentior.

Calcat mare, altum cedit,
Sathan vincit quem comedit
zelus preminentior.

Petrus Xpistum ter negavit,
trinam culpam Xpistus lavit
et trina confessio.
Ardet in amorem crucis
et in cruce summe lucis
illustratur radio.

Omnes ergo nos infirmi
in hac petra stemus (*v°*) firmi
per crucis martyrium.
Vt in cruce triumphemus
et per crucem confutemus
errores gentilium. Amen.

DE SANCTA MARIA. — [A]ve [1], maris stella, Dei mater alma, porta spei, flos immense speciei . . . . (*LIIII v°*) . . . . ejus patrocinia. Amen.

ALIA. — Missus Gabriel de celis, verbi bajulus fidelis, sacris disserit loquelis . . . . (*LV v°*) . . . hic est in periculo. Amen.

ALIA. —[V]irgini Marie laudes intonant xpistiani. Eva tristis abstulit . . . (*LVI r°*) . . . victor rex miserere. Amen.

ALIA DE SANCTA MARIA. — Gaude [2], Dei genitrix. Gaude, vite reparatrix. Reginarum imperatrix . . . . in cele(*v°*)sti patria decantemus. Alleluya. (*LVII r°*)

[IN NATALI DOMINI]. — [Splendor Patris] et figura se conformans homini. Potestate, non natura partum . . . . (*LVIII r°*) . . . . paterne claritatis gaudia. Amen.

IN NATALI DOMINI PROSA. — In excelsis canitur nato regi gloria, per quem terre redditur et celo concordia . . . . . . (*LIX r°*) . . . . clementer restitue. Amen.

1. *La musique recommence.* — 2. *Chaque ligne du texte de cette pièce est précédée, non de 4, mais de 8 lignes pour le chant. C'est donc une pièce à 2 voix.*

Alia. — [L]ux est orta gentibus in umbra sedentibus et mortis caligine . . . (*LX r°*) . . . feriat sentencia. Amen.

Alia. — In natale Salvatoris angelorum nostra choris succinat conditio. . . . .
(*LXI r°*) . . . . da perhempne gaudium. Amen.

Alia. — Nato nobis Salvatore, celebremus cum honore diem natalicium. . . . .
(*v°*) . . . te collaudant omnia. Amen.

Alia. — [J]ubilemus Salvatori, quem celestes laudant chori, in cordi leticia . . . .
(*LXII r°*) . . . tibi laus et gloria. Amen.

De sancto Stephano prothomartyre. — (*v°*) [Heri mundus] exultavit et exultans celebravit Xpisti natalicia. . . . . .
(*LXIIII r°*) . . . mundum celesti fragrantia. Amen.

Sancti Johannis evangeliste. — Gratulemur ad festivum, jocundemur ad votivum Johannis preconium . . . . . .
(*LXV r°*) . . . unam in substantiam. Amen.

De beato Thoma martyre.

Sponsa virum lugeo
planctu(m) sub funereo,
lugeo raptum ;
mater filium saucia
remedium stupida
consilium.

Res est casus
unici regis scelus
Anglici impius ;
patrem mactat filius,
nec dampnavit sevius
Xpisti Dei Pontius.

De profundis clamito
nec solido ductu se
vox exierit,
vox desierit
dolorem.
Fontem fundo lacrimis
jam intimus,
cor scaturit
et parturit (*v°*)
merorem.

Regni furor Siculi
mitius exasperat
nec post fedus osculi
quicquam sevum imperat.
Canit Judas osculans
patris vite sospiti,
egre pacem simulans
Diomedes hospiti.

Prodiit iniquitas
ex adipe,
cum nefanda trinitas
a principe
fex exivit procerum
jurans scelerum,
ut Herodes gaudeat,
lux et gemma pereat
sacerdotum.

Nam loci religio,
non ordinis
mora vel dilatio
fit criminis
morti se pro patria
vivens offert hostia.

Sanguis sacer funditur,
caput ense petitur
tam devotum.
Flere pium
felix humani generis
et vicium.

Cujus vita posteris
obprobrium fusum
bibe sanguinem
in hominem
bacchare.
Vivit tamen spiritus,
vivit martyr inclitus (*LXVI r°*)
te fortior sponsi, Cantuaria,
de gloria
latere.

Sol extinctus Angliam
suo priva[t] lumine,
sed Deus ecclesiam
novo lustrat numine.
Cujus vita nomini
Xpisti gloriosa
in conspectu Domini
mors preciosa. Amen.

Sancte Genovefe virginis. — Genovefe sollempnitas sollempne parit gaudium. Cordis erumpat . . . .
(*LXVII r°*) . . . laus frequens, jugis gloria. Amen.

In die Epyphanie. — Virgo mater Salvatoris, angelorum grata choris, intus fove, serva foris nos benignis precibus . .
(*LXVIII r°*) . . . ab hoste sic ereptos in celis recipiat. Amen.

Sancte Agnenis virginis. — (*v°*) Animemur ad agonem, recolentes passionem gloriose virginis. Contrectantes sacrum florem, respiremus . . . .
(*LXXI v°*) . . . generali vel subscribi tytulo. Amen.

Sancti Vincentii martyris. — [E]cce dies preoptata, dies felix, dies grata, dies digna gaudio. Nos . . . .
(*LXXI r°*) . . . laudemus in patria. Amen.

In conversione sancti Pauli apostoli. — Corde, voce pulsa celos, triumphale pange melos gentium Ecclesia . . . . .
(*LXXII r°*) . . . jehennalem gemitum. Amen.

In Purificatione beate Marie. — [T]emplum cordis adornemus, novo corde renovemus novum senis gaudium . . . .
(*LXXIII v°*) . . . cor mundani populi. Amen.

In Annunciatione beate Marie. — [S]alve mater Salvatoris, vas electum, vas honoris, vas celestis gratie . . . . . .
(*LXXV r°*) . . . claritatis configura glorie. Amen.

Alia. — Paranymphus salutat virginem, novi partus assignans ordinem . . . (*v°*) . . . tue matris gratia. Amen.

In die Pasche. — [Z]ima vetus expurgetur, ut sincere celebretur nova resurrectio . . . .
(*LXXVII r°*) . . . tua salvet gratia. Amen.

Per octab[as]. — Salve, dies dierum gloria, dies felix Xpisti victoria, dies digna jugi . . . .
(*LXXVIII r°*). . . . et jubilatio sit in celis. Amen.

In septimana Pasche. — Ecce dies celebris, lux succedit tenebris, morti resurrectio. Letis cedant tristia . . . . .
(*LXXIX r°*) . . . membris et concordia. Amen.

Alia. — Lux illuxit dominica, lux insignis, lux unica ; lux lucis et leticie . . . .
(*v°*) . . . mors morti non obnoxia, da nobis premia. Amen.

In octabis. — Mundi renovatio nova parit gaudia, resurgenti Domino conresurgunt omnia . . . .
(*LXXX r°*) . . . cum sancto Spiritu. Amen.

In die Penthec[osten]. — (*v°*) [V]ox [= Lux] jocunda, lux insignis, qua de throno missus ignis . . . .
(*LXXXI v°*) . . . plena nobis gaudia. Amen.

De eodem. — Simplex in essentia, septiformi gratia, nos reformet Spiritus. . . . .
(*LXXXII v°*) . . . reddat munere. Amen.

De sancta Trinitate. — Profitentes unitatem, veneremur trinitatem, pari reverentia. . . . .
(*LXXXIII v°*). Trinitati coeterna gloria. Amen. (*LXXXIIII r°*).

Sanctorum Nerei et Achillei martyrum. — Celebremus victoriam Nerei et Achillei, quos ad perhemem gloriam. . .
(*v°*) . . . pari congaudet gloria. Amen.

In susceptione reliquiarum sancti Victoris. — Ex radice caritatis, ex affectu pietatis (*LXXXV r°*) psallat hec ecclesia. Psallat corde . . . .
(*LXXXVI r°*) . . . nostra turbet gaudia. Amen.

Sancti Johannis Baptiste. — Ad honorem tuum, Xpiste, recolat Ecclesia Precursoris et Baptiste. . . . .
(*LXXXVII r°*). . . carnem cepit sine carnis opere.

Isti duo versus qui secuntur non dicuntur nisi in decollatione. — Capitali justus pena jubetur in carcere consummari. Cujus caput . . . (*v°*) . . . nobis presentia. Amen.

De sancto Petro apostolo. — Gaude, Roma, caput mundi, primus pastor in secundi laudetur victoria . . . .
(*LXXXIX r°*). . . eterne pastor libera. Amen.

De sancto Petro apostolo. — Roma Petro glorietur, Roma Paulum veneretur pari reverentia. . . . .
(*LXXXX v°*). . . efficax sententia. Amen.

De sancto Victore. — Ecce dies triumphalis, gaude turba spiritalis spiritali gaudio . . . .
(*LXXXXII v°*). . . infinita ubi Deus omnia. Amen.

Sancti Laurentii martyris. — [P]runis datum admiremur, laureatum veneremur laudibus Laurentium . . . .
(*LXXXXIIII r°*). . . exultare meritorum gratia. Amen.

In Assumptione beate Marie virginis. — [Ave, vi]rgo singularis, mater [nostri sa]lutaris, que vocaris stella maris. Nos. . (*LXXXXV v°*) . . . pro tua clementia. Amen.

In octabis. — O Maria, stella maris, pietate singularis, pietatis oculo. Nos digneris intueri nec cuncteris misereri . . (*LXXXXVI v°*. . . Trinitatis post spem frui spetie. Amen.

De sancto Bartholomeo apostolo. — Laudemus omnes inclita Bartholomei merita. Cujus sacra . . . . nec fallere nec (*xcvii*) [..... Christum laudent in secula. Amen.

De sancto Germano. — Ecce dies attollenda... (*xcviii*)

In decollatione sancti Johannis Bapt. — Precursorem summi regis et preconem nove legis... recto colle per ejus vestigia. Amen. (*xcix*)

In Nativitate beate Marie. — Ave mater Jhesu Xpisti, que de celo concepisti non carnis... Christi juvante gratia. Amen. (*c*)

In Exaltatione sancte Crucis. — Salve, crux, arbor vite preclara, vexillum Christi, thronus et ara... gaudia det superna gratia. Amen. (*ci*)

De sancto Michaele. — Laus erumpat ex affectu, psallat chorus in conspectu supernorum..... membrisque concordia. Amen. (*cii*)

De sancto Dionisio. — Gaude prole, Grecia ; glorietur Gallia patre Dionisio. Exultet uberius felici... passio repleat nos gaudio. Amen. (*ciii*)

Omnium sanctorum. — Superne matris gaudia representet Ecclesia, dum festa colit annua...]
(*LXXLIIIII r°*) Dies festos cognatio simul . . . .
(*v°*). . . Xpisti perducat gaudia. Amen.

De sancto Marcello episcopo. — Gaude, superna civitas, nova frequentans cantica. Accrescit tibi dignitas . . . . .
(*LXXLVI v°*). . . celi subscribe tytulo. Amen. (*LXXLVII r°*)

Sancti Andree apostoli. — Exultemus et letemur et Andree delectemur laudibus apostoli . . . .
(*LXXLVIII r°*) . . . tua transfer gracia. Amen.

De apostolis prosa. — Cor angustum dilatemus et sanatus [= sen-s] exaltemus laudes apostolici. . . . .
(*LXXLIX v°*). . . culpe vindices. Amen.

Omnium apostolorum. — Stola regni laureatus summi regis est senatus cetus apostolicus . . . .
(*CX v°*) . . . ad tribunal glorie. Amen. (*CXI r°*)

1. *Le cahier contenant les ff. LXXXXVII-LXXLIIII* (= *104*) *a disparu, mais il est facile d'en restituer le contenu à l'aide de la table.*

De apostolis. — Celi solem imitantes, in occasu triumphantes, ortum solis . . . . vitam adimunt [1]. Johannes est . . . . (v^o) . . . nobis vitam impetrant. Amen [2].

In Dedicatione ecclesie. — Rex Salomon fecit templum, quorum instar et exemplum Xpistus et Ecclesia . . . . . (*CXII v°*). . . communis tibi laus et gloria. Amen.

Alia. — Quam dilecta tabernacula Domini virtutum et atria . . . . . . (*CXIII v°*) . . . que procedit sponderis.

De beata Virgine. — Jesse virgam humidavit et in fructum fecundavit ros misericordie . . . . (*CXIIII r°*) . . . cantatur in excelsis gloria. Amen.

Sancti Victoris martyris hymnus. — Jhesu, tuorum militum transcendens omne meritum, ad laudem tui militis nos ejus juva meritis [3] (v^o) Celebrantes . . . laus sancto sit Spiritui. Amen.

In laudibus hymnus. — Aurora diem nunciat et terram ros inebriat, nos verus sol justicie rore perfundat gratie. Lux . . . . . tuis egemus precibus. Pro victoris.

De sancta Cruce.

Ave, crux lignum nobile,
eternis digna laudibus,
hosti signum terribile,
impressa regum frontibus,

O crux inter pericula
tu naufraganti tabula,
per te purgantur crimina,
cui vetus cessit lamina.

Per te salvatur Israel
ab hostis exterminio,
presignavit Ezechiel
sub thau te misterio.

Tu ligni vite surculus,
tu triumphalis tytulus,
tu vecti botri bajulus,
quem fert uterque populus.

Crux ara, crux craticula,
da nobis Agni fercula,
qui solus sine macula
solvit a labe secula.

Constantino victoriam
crux dedit et Eraclio ;
nos trucidemus gloriam
per quam nostra redemptio.

Gloria tibi, Domine,
cum Patre et sancto Flamine,
qui resurgens a mortuis
mortem per crucem destruis.
Amen. (*CXV r°*)

1. *Dans la marge inférieure se trouve la strophe suivante à insérer entre* adimunt *et* Johannes : Juda surgit in Mathiam . . . rorem stillat evangelii. *Ce renvoi paraît être du XIIIe siècle, comme le texte.*

2. *De même ici, le mot* Amen *a été effacé et il faut insérer après* impetrant *les strophes suivantes ajoutées au XIIIe siècle au bas des marges du f° 111 v° et du f° 112 r° :* Marcus Petrum imitatus . . . dormit in Bithinia. Hi(i)s patronis vite donis . . . cernere per secula. Amen.

3. *La pièce est en musique jusqu'à ce mot, à la fin de la page ; au verso, la fin de la pièce est sans musique. L'air devait se répéter sans changement. Il en est de même des six pièces suivantes, dont les premières mesures seules sont en musique jusqu'au f° CXV v°.*

In laudibus hymnus.

Eterni patris unicum
tangat affectus supplicum,
qui per crucis misterium
mortis solvit imperium.

Verbi celans potentiam,
sumpta carnis misteria,
vicit hostis maliciam
divina sapientia.

Escam videns improvidus,
non previdit aculeum ;
dum predam captat avidus,
necis incurrit laqueum.

Salve, crux, arbor nobilis,
nunc clara, prius humilis,
prius tormentum sceleris,
nunc spes superna miseris.

Crux nostre frontis gloria,
numen [est] et protectio,
cordis munit vitalia
sacre cunctis impressio.

O crux pre lignis inclita,
ligno mortis opposita,
tu nobis hostem subicis,
tribunal facta judicis.

Gloria.

Sancti Augustini episcopi et confessoris.

Clarum, pater Augustine,
laudis habes tytulum,
sanctitatis et doctrine
singulare speculum.

Sis pusilli memor gregis,
presul lumen presulum,
quem nunc pascis, quem nunc [regis,
dans scripture pabulum.

Non relinquens in scripturis
obscuris opericulum,
diligenter te lecturis
omne tollis scrupulum.

Jure presens veneratur
et miratur seculum,
a quo sibi vite datur
et cibus et poculum.

Hujus prius Babylonis
sequebaris idola,
tenebrose regionis
tenebrosus accola.

Sed vocaris et mutaris
a prisca tetredine,
postquam verbi salutaris
illustraris lumine.

Deo soli Patri, proli
sit perhemnis
persollempnis
diei leticia.
Amen.

Sancte Marie Magdalene hymnus. — Lauda, mater Ecclesia, lauda Xpisti clementiam, qui septem purgat vicia per septiformem gratiam (*v°*). . . . . dat premia. Amen.

In laudibus hymnus. — Eterni patris unice, nos pio vultu respice, qui Magdalenam hodie vocas ad thronum glorie. . . . . . Uni deo sit gloria.

De Nativitate Domini prosa. — (*CXVI r°*) [A]nte thorum virginalem, hymnum dicat spiritalem per orbem Ecclesia . . . (*CXVII v°*). . . bene facis de beatitudine. Amen.

Alia de eodem.

Novum canticum cantemus,
novas Deo decantemus
laudes et preconia.
Novos sonos innovemus,
novo cantu resonemus,
nova sunt sollempnia.

Novus puer nobis natus
et filius nobis datus
nova fecit omnia.
Homo natus et renatus,
novo rege renovatus
nova speret premia.

Qui de novo novum cepit,
novus est, sed non incepit
nec novit principia.
Felix virgo que concepit,
(*CXVIII r°*)
felix senex qui suscepit
Xpistum inter brachia.

Hunc prophete predixerunt,
hunc pastores cognoverunt
inter animalia.
Hunc reges adoraverunt
et munera obtulerunt,
stella duce regia.

Ave, Virgo, de qua sumpsit
veram carnem Deus, cum sit
Dei sapientia.
Per te secum nos assumpsit,
qui non credit jam presumpsit
currere per devia.

Gaude celum, terra plaude,
credat homo sine fraude,
speret cum fiducia.
Et tu, Virgo digna laude,
cum filio tuo gaude
in eterna patria.

O quam dulcis melodia,
o suavis armonia
in celesti curia!
Tibi (*v°*) dicunt, o Maria,
tibi dicunt : « Ave pia,
ave plena gratia. »

Hec est laus et vox sanctorum,
hoc canticum canticorum
cantet cum leticia.
Psallat chorus supernorum,
consonet vox angelorum,
resonet ecclesia.

Omnes pariter psallentes
psallant Deo sic dicentes :
« Tibi laus et gloria. »
Pia pio nos presentes,
nostras ipsi fovens mentes,
offer desideria.
Duc nos tecum congaudentes
ad eterna gaudia.
Amen.

Alia. — In sapientia disponens omnia superna deitas Nobis condoluit . . . . (*CXX v°*). . . sorte parentis. Amen.

In Nativitate Domini prosa.

A sublimi
statu primi
parentes exciderant.
Casu digni
quia ligni
fructum non exceperant.

Vir conventi
virulenti
serpentis astutia,
Spe delusi
sunt conclusi
sub mortis sententia.

Pro reatu
cruciatu
fatigantur miseri.
Obligati
sub peccati
lege gemunt posteri.

Ex radice viciata,
predampnata
necdum nata,
procedit posteritas.
Plangit Eva sub ruina,
plangit Adam nec divina
dormitat severitas.

Fera ferax viru plena
gaudet planctu, gaude pena,
pene penas ingerit.
Cesos cedit,
lesos (*CXXI r°*) ledit
compos voti,
quod sic toti
masse prenocuerit.

Se pro Deo cogit coli
tyranni superbia,
quod debetur Deo soli
presumit malicia.

Dracho vetus libertatis
intercludit aditum,
nec superne pietatis
attendit propositum.

Nobis ergo desperatis
a consensu majestatis
Pater misit unicum.
Pugnaturus cum gygante
nos ad pugnam provocante,
processit in publicum.

Summi Patris Filius
nostre cladis conscius,
dum superbit impius
et pauper incenditur.
Ut superbum conderat
carni se considerat,
sic captivos liberat
sic ars arte luditur.

Pater, Fili, consolator,
unus Deus, unus dator (*v°*)
multiformis gratie,
Solo nutu pietatis
fac nos simple Trinitatis
post spem frui specie.
Amen.

SANCTI STEPHANI PROTHOMARTYRIS. — Rosa novum dans odorem, adornatum ampliorem regic celestis . . . .
(*CXXII r°*) . . . jugiter fruamur. Amen.

SANCTI JOHANNIS EVANGELISTE. — Fons preclarissimus et predulcissimus exit de monte . . . .
(*CXXIII v°*) . . . sola mater est et puella. Amen.

IN NATALI DOMINI. — Potestate, non natura, fit creator creatura, reportetur ut factura . . . .
(*CXXIIII v°*) . . . Dei cantemus alleluya.

SANCTI THOME MARTYRIS. — Plaude, Cantuaria, plausu renovato. Laude multipharia Deum . . . .
(*CXXV v°*) . . . gloria, virtus, honor. Amen.

ALIA DE SANCTO THOMA.

Gratulantes celebremus
festum Thome et cantemus
martyris preconia.

Ab electis est electus,
Thomas mar(*CXXVI r°*)tyr est [effectus,
gaudeat Ecclesia.

Pro qua mori non negavit,
sed se morti presentavit
miranda constantia.
Presul sacer exulavit,
tandem tutus remeavit
pacis cum fiducia.

Est in alvo matris natus,
miro modo cruciatus
hostium nequicia.
Hic est factus martyr Dei,
cujus novit modum rei
tota celi curia.

Est cruore dedicata
nati mater et lustrata
martyris presentia.
Quinta die a Natali
Dei martyr a mortali
migravit angustia.

Tam festive cur diei
non peperat hostis Dei,
omni plenus furia.
Hostes martyr non timebat, (*v*°)
sed pro Xpisto se trahebat
mortis ad supplicia.

Omnis terra gratuletur,
festum Thome veneretur,
sed pre cunctis Anglia.

Que nutrivit virum tantum,
mitem, pium, castum, sanc-
dignum celi gloria. [tum,

Mundum spernens elevatur
et cum sanctis collocatur
in celorum patria.
Hic dum celis inhiabat,
sacrum corpus macerabat
rerum abstinentia.

Pauper fuit et egenus,
licet hujus mundi plenus
esset opulentia.
Hujus viri sanctitatis,
hujus rei veritatis
hec sunt testimonia.

Plures egri restituti
adoptate sunt saluti
divina potentia.
Ceci facti sunt videntes,
claudi recte (*CXXVII r*°) gra-
lepra fugit anxia. [dientes,

Ergo, martyr, te precamur,
cujus festum veneramur
dignum reverentia,
Vt pro nobis ores Xpistum,
ut perducat chorum istum
ad celorum gaudia.
Amen.

ALIA. — Gaude, Syon, et letare ; voce, voto jocundare sollempni leticia. . . . .
(*CXXVIII r*°). . . capiamus premia. Amen.

ALIA. — Palmes fructum fert in (*v*°) vite, dum consummat Thomas mite . . . .
(*CXXIX v*°) . . . perfruamur gloria. Amen.

SANCTORUM INNOCENTUM.

Psallant letis mentibus
sanctis Innocentibus
puri cordi fidibus
innocentes.

Regis celi filius
nostra carne editus,
suis qui(s) infantibus
vitam dedit.

Nam quos mori voluit,
mortem pati voluit,
pie pro se posuit
Innocentes.

Regis nati nuntium
fert in terram gentium
stella micans nimium
in Chaldeam.

Gnari astronomie,
visa stelle specie,
natum regem glorie
cognoverunt.

Myrram et thus capiunt,
in Judeam veniunt:
« Ubi est rex, inquiunt, (*CXXX r°*)
qui natus est? »

Ut Herodes audiit,
legis doctos adiit :
« Ubi Xpistus, quesiit,
nasci debet? »

Tacto vaticinio
dicunt sine dubio :
« Exiet redemptio
ex Bethleem ».

Qui responso territus,
inquit : « Ite primitus
nosse si sit genitus,
ut adorem ».

Illi duce sydere
vadunt Xpistum querere ;
hic infantes perdere
cepit omnes.

Trucidantur teneri,
super matres liberi
mensis anni ceteri
a bymatu.

O crudelis bestia,
Herodis sevicia ;
qui tot spernis dulcia
vota matrum.

O Xpisti dilectio !
hos nam bona actio,
tua miseratio
hos coronat.

Innocentes pueri
ad vos clamant (*v°*) miseri,
ad tenellos teneri
proclamamus.

Ferte locis omnibus
choris puerilibus,
infantes infantibus
auxilium.

Vale, Syon, urbs beata,
vale, celi regio,
in qua gaudet,
psallit, floret,
Innocentum legio.

Vale, sancta, vale, dulcis
angelorum patria,
in qua sancti Xpisto canunt
et dicunt alleluya.

Sancti Vincentii martyris. — Martyris egregii triumphos Vincentii celebret Ecclesia. . . . . (*CXXXI v°*). . . . letemur in gloria. Amen.

Alia. — Triumphalis lux illuxit, lux preclara, que reduxit levite . . (*CXXXIII r°*). . . . claritatis coheredes. Alleluya.

In Purificatione beate Marie. — [L]ux advenit veneranda, lux in choris jubilanda luminosis vocibus . . . . (*CXXXIIII v°*). . . tua siste filio. Amen.

De Resurrectione. — Sexta passus feria, die Xpistus tercia resurrexit. Surgens . . . .
(*CXXXV r°*). . . fidelibus dies iste. Amen.

In Ascensione Domini. — (*v°*) Postquam hostem et inferna spoliavit, ad superna Xpistus redit gaudia . . . .
(*CXXXVI r°*). . . sempiternum premium. Amen.

In septimana Penthecost[en]. — (*v°*) Qui procedis ab utroque, genitore genitoque pariter, paraclyte. Redde . . . .
(*CXXXVIII r°*). . . laudes debitas. Amen.

In Penthec[oste]. — Spiritus paraclytus, procedens divinitus, manet ante secula. Populus . . . .
(*v°*). . . perhennis puritas. Amen.

In die Penthec[osten]. — (*CXXXIX r°*) [V]eni [1], sancte Spiritus, et emitte celitus lucis tue radium . . . .
(*v°*). . . da perhenne gaudium. A[men].

De beata Virgine [2]. — Veni, sancte Spiritus, nos perfunde celitus rore nove gracie. . . . .
(*CXL r°*). . . doctrinis celestium. Amen.

Ab arce syderea descendit lux aurea Virginis in gremium .
. . . palacia. Amen. (*v°*)

De sancta Trinitate.

[De]um trinum adoremus,
tres in una [c]ollaudemus
personas essentia.
Hee persone personali
distinguntur, non locali
a se differentia;

Quamvis sint tres, non sunt tria,
quarum simplex est usya,
sed trina distinctio.
Quas discernunt nosciones,
non humane rationes,
sed vera confessio.

Hee persone sunt diverse,
non diversa, sed adverse
in rerum regimine.

Cum sit illis idem nosse,
idem velle, idem posse
pari moderamine.

Pater alter est a prole,
proles tamquam sol ex sole
a Patre progreditur.
Quod procedat ab utroque
Flamen Patre Filioque (*CXLI r°*)
firma fide creditur.

In hac fide fortes stemus,
ut per ipsam triumphemus
de mundi principibus.
Hanc in petra solidemus,
hanc ardentem comprobemus
devotis operibus. Amen.

1. *Entre les lignes du texte et le chant, une main, probablement du XIIIe siècle, a ajouté cette autre pièce :* [Veni], virgo virginum, veni, lumen luminum, veni, mater gracie . . . . miseris, virgo mater gratie. Amen.
2. *A la suite de cette rubrique, sous le même chant, deux pièces sont superposées, toutes deux de la main du scribe, en caractères d'égale grandeur.*

ALIA. — Quicumque vult salvus esse, ipsum fidem est necesse servare catholicam . . . .
(*CXLII r°*) . . . cum tranquillitate. Amen [1].

DE SANCTO SPIRITU. — Veni, sanctum pneuma, veni ; igne corda nostra leni tuo et examina . . . .
(*v°*) . . . consolare celitus. Amen.

ALIA DE EODEM. — Stans a longe publicanus, flectit genu, cor et manus erigit ad supera. . . . .
(*CXLIII r°*) . . . publicano similes. Amen.

IN NATIVITATE SANCTI JOHANNIS BAPTISTE. — [P]recursoris et Baptiste diem istum chorus iste veneretur . . . .
(*CXLV r°*) . . . trahat gratia. Amen.

ALIA DE SANCTO JOHANNE. — Inter natos mulierum, ut testatur Verbum verum, nemo major prodiit. . . . .
(*CXLVI v°*) . . . assumat ad bravium. Amen.

SANCTI JACOBI APOSTOLI. — Pangat chorus in hac die novum genus melodie, nova dans preconia . . . .
(*CXLVII v°*) . . . consequatur celorum premia. Amen.

SANCTI XPISTOFORI MARTYRIS.

Xpisti calix quam preclarus,
gustu licet sit amarus,
vite fert dulcedinem.
Calix vero Babylonis
vene(*CXLVIII r°*)nosis, blandus bonis,
dotum [2] necat hominem.

Conregnare Xpisto querens,
Xpistoforus Xpistum ferens,
Xpistum amans unice.
Dum pro Xpisto sceleratur
cruciari debriatus
claro Xpisti calice.

Hic est unus ex trecentis
electis ad prelium,
sub figura preferentis
tam crucis misterium.
Hic incedens precedentis
Gedeonis tramite,
fontis aquam salientis
haurit recto poplite.

Hic in bello resonantem
tubam gestat dextera,
lampademque choruscantem
manu portans altera.
Dum lagenam carnis audet
frangendam exponere,
ea fracta victum gaudet
hostem sibi cedere.

Quem signorum magni(*v°*)tudo,
quem commendat sanctitudo,
quem orantem multitudo
plebis spectat sedula.
Que perpendens virge signum
et admirans virens lignum
baptizatur, fructum dignum
proferens cum virgula.

1. *La musique s'arrête f° CXLI v°, à* ... humana propago. *La fin du texte :* Non est necessarium . . . tranquillitate. Amen. *est placée sous les 4 lignes destinées au chant, mais ces lignes n'ont pas reçu de notes.* — 2. *Lire* totum.

Dum a fide nequit flecti,
status testis preelecti,
carcerali primo plecti
jubetur custodia.
Per illic aquilina
nicheaque sub divina
certant ope feminina
calcare contagia.

Ad certamen educuntur
et non cedunt dum ceduntur,
sed pro penis consequuntur
[...] momentaneis.
Sic inferens morti dampnum,
sic offendens regem dampnum,
sanctus scandit scandens scam- [num,
virgis cesus ferreis.

Non oli(*CXLIX r°*)vum, non [sagitte
frangunt illum nec ignite
cassidis supplicium.
Tandem ictu pugionis
preciose passionis
est adeptus premium.

Summe miles summi regis,
tui pius vota gregis
attendens humilia.
Nos de fumo Babylonis
ad superne visionis
transfer luminaria.

Quo referti plenis bonis
concinamus alleluya.

Sancti Germani episcopi. — [L]ux illuxit triumphalis, in qua cursus agonalis evoluto spacio . . . .
(*CL r°*) . . . sentiamus hunc culparum. Amen.

In Inventione sancti Stephani sociorumque ejus.—O athleta gloriose, prothomartyr preciose, nostre laudes, nostre prose fiant . . . (*CLII r°*). . . vere letantium. Amen.

Sancti Laurentii martyris. — Martyris eximii, levite Laurentii, colentes sollempnia. Gratulentur . . . .
(*CLIII r°*). . . Amen dicant omnia.

In Annuntiatione beate Marie. — [V]irgo gaude speciosa, benedicta, gloriosa, Xpisti mater preelecta . . . .
(*v°*) . . . per cuncta secula. Amen.

Maglorii episcopi et confessoris — (*CLIIII r°*). Ad honorem patris Maglorii spiritales exultent filii sub pastoris . . .
(*v°*) . . . sub Xpisti custodia. Amen.

Quintini martyris. — [P][1]er unius casum grani de valle Gessemani grana surgunt plurima . . . .
(*CLVI r°*) . . . parturiit. Alleluya.

Sancti Martini episcopi et confessoris. — Gaude Syon, que diem recolis qua Martinus compar apostolis . . . . .
(*CLVII r°*) . . . deseras tue gentis. Amen.

Alia. — Rex Xpiste, Martini decus, hic laus tua, tu illius specialis gloria . . . .
(*CLVIII v°*) . . . jungi per secula. Amen.

1. *L'initiale était de première grandeur, avec figure d'animal : ce qui, pour un saint français, est peut-être l'unique exemple fourni par le manuscrit.*

SANCTI GENDULPHI EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Ecce magno sacerdoti
mundi cordis et devoti
immolemus hostiam.
Die sacro revoluto,
quo (*CLIX r°*) de vie volat luto
viatorum patriam.

Servus prudens in talentis,
miles fortis in tormentis,
bino gaudet premio.
Servi patris patrem laudent,
qui patroni tanti gaudent
leti patrimonio.

Felix pater Gendulphi genitus
in Aclya *(sic)*, fecunda celitus
semen vite seminat.
Manent clause matris artus,
quam recludens florens partus
florem sacrum germinat.

Florera *(sic)* fons baptismatis,
ros rigat karismatis
sub Syxto pontifice.
Sub celesti disciplina
dote morum et doctrina
dotatur mirifice.
Sitis stupet morum pignus,
sacre sedi servit dignus
sacre sedis apice.

In pastorem (*v°*) sublimatur,
delegatur, operatur
salutem in gentibus.
Xpisto simul operante
et sermonem confirmante
signis consequentibus.

Arma penitentium,
saccum et cilicium
flagra gerit corporis.
Pane ordeaceo,
potu vivit amneo
sub deserto pectoris.

Geminatur spes corone,
verus martyr in agone
prostat ad martyrium.
Judex sevit
ut infligat,
fornax frigit,
Xpistus rigat
spondens pugne bravium.

Judex plorat,
pastor orat
et torquentis
in tormentis
vite reddit filium.
Judex credit,
pastor cedit,
cellam ponit
et disponit
fratris domicilium.

Dum disponit officinam,
hostis armat spem vulpinam,
fratrum (*CLX r°*) sevit in gal-[linam
animal perfidi[e.
Pater vulpi comminatur]
et gallina reportatur,
vulpes luit, [morti datur
ad fores ecclesie.]

Sic a vulpe spiritali
more vagos b[estiali
suos solvit et pe]nali
carnis a contagio.
Figuratur in gallina
vaga caro jumentina,
quam seducit fraus vulpina
cum vacillat ratio.

Ergo tui custos orti,
qui gallinam datam morti
vite reddis manu forti,
sic nos rege quod in grege
nil possit vulpecula.
Esto presens, o patrone,
desolatis in agone,
esto noster intercessor
vere martyr et confessor
per eterna secula. Amen.

Sancte Katherine virginis et martyris. — (*v*°) [V]ox sonora nostri chori nostro sonet [c]onditori qui disponit omnia . . . *CLXI v*°) . . . illis nos in gloria. Amen.

Alia. — Jocundare, plebs fidelis, nam preclara fit in celis (*CLXII r*°) hodie sollempnitas . . . . (*CLXIII v*°) . . . pontem valeamus scandere. Amen.

Sancti Firmini episcopi et martyris. — Triumphanti cruore proprio, tuo Syon applaude filio, ab hoc tandem . . . . . (*CLXIIII v*°) . . . cantemus alleluya.

Sancti Eustachii martyris. — [C]orde puro, mente munda moduletur vox jocunda . . . (*CLXVI r*°) . . . . . mergamur fluctibus. Amen.

Sancti Francisci institutoris ordinis Fratrum Minorum.

[C]eciderunt in preclaris
michi funes in precaris
fratribus Minoribus.

Preciosi vere funes,
quibus cincti sunt immunes
a mundanis sordibus.
Funes isti
funes Xpisti,
quibus cincti
sunt discincti
peccatorum funibus.

Metiaris sive metas,
spicas metens, signans metas
opus est funiculo.
Fune capis terram viventium,
fune messis eterne bravium (*v*°)
portas in manipulo.

O Francisce, Xpisti miles,
decorasti funes viles
cingulo milicie.
Tu per hunc funiculum
militare cingulum
cinctus stola glorie.

Tu pusilli pastor gregis,
tu vexilli summi regis
preferens insignia.
Vita vitam imitaris,
morte mortem emularis
exp[.......ia.]

Fossus manus, pedes, latus,
prior Xpistus est sig[natus
......] stimate.
Morti cujus conformatus
in eodem consignatus
reperiris scemate.

O felices cicatrices,
quibus Xpisti depinxisti
vulnus sine vulnere.
Neque sude ferrea
nec confossus lancea
sano lives latere.

Tui funes in figura
designan(*CLXVII r*°)tur in [junctura [1]
pannorum funiculis.
Jeremias fecibus
est extractus funibus
junctis [2] cum panniculis.

Funes verba preceptorum
panni facta sunt sanctorum,
feces mundi vicia.
Sociantur blanda duris,
que succurrant exituris
de culpe miseria.

1. *Ou* vinctura. — 2. *Ou* vinctis.

Fune fures suspendendi
hostes fune vinciendi
hostis, fur, demonia.
Fures quia nos denudant,
hostes quia sic insudant
ad mortis exicia.

Funes texunt lectos suaves,
funes sistunt portu naves,
funes trahunt sursum graves
lapides in tralea.
Pax eterna lectus suavis,
Xpistus portus, homo navis,
moles carnis, mola gravis
sursum vite laurea. (*v°*)

Virgis cesus et nudatus,
fune Xpistus est ligatus,
pannis infans reclinatus
ornavit presepia.
Non sunt funes abhorrendi,
non sunt panni contempnendi,
sed gratanter amplectendi,
commutandi gloria.

Roga Xpistum, o Francisce,
et sic funes pannis misce,
ut qui pannis sunt induti
fune cincti te sequuti
assequantur premia.
Pannum rudem saccum scissum
in splendoris mutet byssum,
Sathan missum in abyssum
fune liget, det promissum,
induat leticia. Amen.

ALIA. — In superna civitate de Francisci novitate felix gaudet curia. Hunc recenter nobis misit. . . . .
(*CLXVIII v°*) . . . resurget in gloria. Amen.

EGIDII ABBATIS. — Promat [1] pia vox cantoris hujus laudem (*CLXVIIII r°*) confessoris, ipsum . . . .
(*CLXX r°*) . . . glorietur in eternum. Amen.

ALIA. — Congaudentes exultemus, exultantes celebremus Egidii sollempnia . . . .
(*CLXXI r°*) . . . cantante alleluya. (*v°*)

ANGELORUM. — O alma Trinitas, Deus es et unitas. Qui resides supera. . . . .
(*CLXXII v°*) . . . gaudere per secula. Amen.

DE APOSTOLIS. — Psallat chorus corde mundo, hos attollat per quos mundo sonant euvangelia . . . .
(*CLXXIII v°*) . . . junctus homini. Amen.

ALIA. — Laus est Patri, laus sit Proli, laus sancto Spiritui. Uni Deo. . . . *CLXXV r°*) . . . in patriam. Amen.

DE MARTYRIBUS. — Letabundi jubilemus, leta mente celebremus martyrum sollempnia . . . .
(*CLXXVI v°*) . . . largiaris, Domine. Amen.

IN DEDICATIONE ECCLESIE. — Jherusalem et Syon filie, cetus omnis fidelis curie melos pangat . . . .
(*CLXXVII v°*) . . . sociis electorum. Amen.

1. *Dans l'initiale, sur fond bleu, un aigle éployé à deux têtes, en filets blancs.*

Alia. — O felices et beati septies examinati, qui ad hujus sunt vocati . . . .
(*CLXXVIII v°*) . . . congaudere in eternum. Amen.

Sancti Eligii episcopi et confessoris.

Sexus omnis convolet
ad sollempne gaudium,
ara cordis immolet
laudis sacrificium.

Presens specialius
festum colat contio,
quam munit Eligius
sui privilegio.

Lingue, manus, oculi
disponens offitia,
Dei, cleri, populi
preminebat gratia.

Lingua Dei laudibus,
manus elemosinis,
oculus moralibus
insistabat paginis.

Vas excoxit intime
fornacis igniculo,
quod effudit anime
fulgorem carbunculo.

Preter utensilia
mensis apta regiis,
vasa cudit propria
sanctorum reliquiis.

Hoc insigne tem(*CLXXIX r°*)-[pora
reducunt Eligii,
quod invenit corpora
beati collegii.

O Eligi, vas divinum,
sine vitte creas vinum
sacre manus gracia.
Benedicis et repletur
vacuum vas, ut probetur
virtutis potentia.

Quibus ludos interdixit,
vox pastoris ut affixit
spiritali gladio.
Sic in eos vindicavit
quod per annum mancipavit
demonum supplicio.

Quam timendum fudit verbum,
quo procacem et superbum
mox stravit ut pertulit.
Silve sue jus evicit,
cum sic verbo verbum vicit,
vim virtute reppulit.

In correptos ratione
reprimebat ultione
vir, prudens et strenuus.
Hoc campana (*v°*) probat [...,]
arbor succo destituta,
sacerdos premortuus.

Compeditus absolutus,
cecus videns, loquens mutus,
sanus factus languidus.
Quin sunt ejus testes veri
nemo potest deffidiri,
nec hostis nec invidus.

Quod de multis prophetavit,
ipse suum revelavit
et predixit obitum.
Signum crucis ante vexit
ignis spera que transvexit
ad celos emeritum.

Cures ergo, pastor bone,
ut hunc gregem a predone
Xpisti servet dextera.
Pietate, non vindicta,
miserante, non districta
laude libret opera. Amen.

IN CONCEPTIONE BEATE VIRGINIS MARIE. — (*CLXXX r°*) Dies ista celebretur, in qua pia recensetur Marie conceptio . . . (*CLXXXI r°*) . . . tua sistat gratia. Amen.

ALIA. — Mittit ad virginem, non quemvis angelum, sed fortitudinem . . . . (*v°*) . . . posteris in pace stabilem.

DE BEATA MARIA.

Mater [1] sancta sancte spei,
sedes regis, templum Dei
Sabaoth palacium.
Tibi virtus obumbratur,
in te Verbum humanatur
gratie principium.

Deus dixit et induxit,
fiat lumen quod illuxit
miseris in tenebris.
In(*CLXXXII r°*)de dies est diei
dispar noctis [.........]
splendor mundo celebris.

Tuus flore germine Trinitati gratus
paradysi quatuor rivis irrigatus
est de sancto Spiritu venter impregnatus.
Paradyso insitum tu es lignum vite,
tu mortem precipitas mentis pulsa vite
generosum generans palmitem de vitte.

Rubus flammis illibatus,
virga serpens vir turbatus
calcei corrigia.
Ignis ardens, non consumens,
tuus venter verbo tumens,
tua sunt misteria.

Virga cujus de radice
flos ascendit plena nuce
oleo leticie.

Nardus, tacten, myrra, mirtus,
est pudoris tui virtus
tue sinus gracie.

Manna (*v°*) verme non mutatur,
sicca vellus irroratur
Gedeonis area.
Flore partum comitante,
flore vernat post et ante
castitas virginea.

Tu triumphus in Elon ubi sol moratur,
tu es quo Leviathan hamus inescatur,
asini mandibula qua fons erogatur.
Tu fons aque invidus ubi lex rixatur,
quo credens et sitiens dulce recreatur,
a promissis perfidus procul elongatur.

Vena Aaron, Jacob stella,
penu panis, vini cella,
domus pigmentarie.
Sanctum cecis lumen fundis,
justos cibas nectar mundis,
mira das fraglantie.

O quam simplex absque nota,
quam fidelis et devota,
o (*CLXXXIII r°*) quam plena [gratia!
Salutatur, expavescit,
fecundatur, acquiescit,
fit mater de filia.

1. *Chaque ligne de texte est placée sous les 4 lignes en rubrique destinées à la musique ; mais les notes du chant sont absentes.*

Peccatorum spes beata
o vas balsamaticum,
turris David clipeata
sceptrum Salomonicum,
mensa regis adornata
cibum ferens misticum.

Archa Noe metuenti,
procellas diluvii
canopea fugienti
littumque servicii,
esto de te presumenti
asilum refugii.

Alma parens, virgo pia,
esto nobis vite via,
porta portus, o Maria.
Ut cantemus ante thronum
Agni dantis omne bonum
sempiternum alleluya.

De beata Maria.

Summi regis micans aula,
tue prolis hac in caula (*v°*)
tibi vox leticie.
Celebs illud promit ave,
ave gratum et suave
bajulumque gratie.

Istud ave terris Deum
dedit atque celis Deum
versa rerum facie.
Hoc evertit nomen Eve,
grave quondam, modo leve,
tunc pene, nunc glorie.

Hoc drachonis caput trivit,
Verbum Patris hoc vestivit
servitutis specie.
Per hoc ave petit ima
celsior propago prima
miranda manerie.

Hoc tenetur paradysus,
per hoc nostre noster risus
applaudit inopie.
Hoc in mari fit pons altus,
per hoc ave fiunt saltus
ad celos cotidie.

Illud ave frequentemus,
hoc te leti salutemus,
o flos pudicicie.
Ave semper, o Maria,
dulcis, (*CLXXXIIII r°*) grata,
nobis adsis hodie. [mitis, pia,

Virgo sapiens et leta,
humilis et mansueta,
noverca superbie.
Tu de fonte pietatis
haustum siti prebe gratis
humane penurie.

Vite terret nos eclypsis,
sed tu quam Apocalypsis
commendat egregie,
Mulier amicta sole,
delictorum pressis mole
confer opem venie.

Pedibus sub cujus luna,
educ nos ex hac lacuna
fecis et miserie.
Bis sex habens in corona
stellas, nobis posce dona
divine clementie. Amen.

De gloriosa virgine Maria. — Recolamus [1] venerandam Marie memoriam, Dei patris admirandam predicantes . . . (*CLXXXV v°*) . . . mater misericordie. Amen.

1. *Même remarque que pour l'avant-dernière pièce.*

De beata Virgine. — Pangat melos grex devotus et in laudes fluat totus mentis dulcor . . . .
(*CLXXXVI r°*) . . . illustret celitus. Amen.

De beata Virgine. — Salve, virgo, vite via, mundum mundans prece pia, Maria . . . .
(*CLXXXVII r°*) . . . ad celorum gaudia. Amen.

De beata Virgine. — Salve, sancta Verbi parens, virga Yesse, flos non arens, veri solis regia. . . . .
(*v°*) . . . porta nobis pateat. Amen.

De beata Virgine.

Salve, mater Salvatoris,
summi regis et rectoris,
(*CLXXXVIII r°*)
creatoris omnium.
Per quem lucis et splendoris
dignitatis et honoris
habes privilegium.

Tu columba portans floris
ramum, fructum dans saporis,
hoc est Dei filium.
Hic est pii fructus oris,
intus mundans, clamans foris,
hoc est Dei filium.

Vox est vite, vox clamoris,
vox invicti pugnatoris,
invitans ad prelium.
Via, victus viatoris,
vita, victor et victoris
virtus, vitans vicium.

Pius, bonus cunctis horis,
sicut magni, sic minoris
semper est refugium.
Felix que tanti decoris
fructum profers et dulcoris
tam dulce remedium.

Claritatis et candoris,
caritatis et fervo(*v°*)ris
tenes domicilium.
Tu casti castrum amoris,
tu vas fragrantis odoris,
tu rosa, tu lilium.

Tu flos diversi coloris,
tu domus imperatoris,
tu regis palacium.
O lux immensi fulgoris,
aufer pia nunc horroris
inundantem fluvium.

Expelle naufragium
torrentis interioris,
dic columbe nuncium,
Monstrans rami folium,
et ostende post meroris
flumen, lucis radium.

Ducque post diluvium
nos ad terram non terroris,
sed terram viventium.
Ubi non est studium
laborantis nec laboris
ulla spes, sed premium.

Ubi non est tedium,
sed perhenne gaudium. Amen.

De beata Virgine. — (*CLXXXIX r°*) [S]icut [1] pratum pictura-

1. *Les lignes du texte de cette pièce sont placées sous 8 lignes de chant : c'est donc une pièce pour chœur à 2 voix.*

tur et ver verni[s] floribus, Mater Dei . . . . (*IICC v°*) . . . pia natos reconcilia. Amen.

De beata Virgine [1]. —Verbum bonum et suave, personemus illud ave per quod Christi fit conclave . . . . sempiterna gaudia. Amen.

Ave sydus, lux dierum,
virgo gemma mulierum,
que lactasti regem verum
genitorem filia. (*IICC r°*)
Ave, regis summi parens,
Ave, rosa spina carens,
per te viret mundus arens,
per te datur venia.

Ave, Verbi Dei cella,
mundi decus, maris stella,
serva servos a procella
maris hujus noxia.

Mundum pingis novo more,
florem paris novo flore,
virgo manens cum pudore
novitatis gratia.

Regis mater et regina,
morum dux (*v°*) et disciplina,
de malorum nos sentina
perduc ad celestia.
Dele culpas, o Maria,
placa regem prece pia,
quia per te patet via
ad eterna gaudia. Amen.

1. *Même remarque qu'au sujet des 2 pièces placées précédemment, f° CXXXIX r° — CXL r°. Mais ici, les 2 pièces qui correspondent à la même musique sont placées sous 8 lignes de chant. D'après l'examen de la musique, l'hypothèse la plus probable est la suivante : ces 2 pièces devaient être chantées en même temps : la 1re avec le chant donné dans les 4 lignes supérieures, la 2e avec le chant donné dans les 4 lignes inférieures. Moins probable est l'hypothèse suivant laquelle chacune des 2 pièces devait être chantée à part, mais chacune ayant 2 parties distinctes de chant, c'est-à-dire formant un chœur à 2 voix. Car on peut remarquer qu'à la 1re mesure, dans la 2e partie de chant manquerait une note pour* per, *tandis que la 1re de chant convient bien à* illud ave per *et la 2e de chant à* mulierum.

APPENDICES

A

[*Ms. 328, f° 108*] HEC EST DECLARATIO ORDINARII REMENSIS ECCLESIE.

Cum omnes in sacris ordinibus constituti, maxime beneficiati, divinum servitium sive horas canonicas dicere teneantur, alias graviter peccant, et multi tales, quia novi sunt et inexperti, dictum servitium dicere nesciunt, immo nec etiam invenire, et sic illud ad quod tenentur, propter simplicitatem et ignorantiam suam, implere non possunt, propter quod diminuitur dictum servitium; ideo propter utilitatem eorum et augmentum divini servitii, quandam doctrinam brevem et utilem eisdem tradere dignum duxi, per quam dicenda faciliter invenire possint et inventa prompte dicere, cum pausatione tamen debita, intelligibiliter et devote ; et quia divinum servitium pro magna sui parte attribuitur Domino Jhesu Xristo et ratione ipsius factum est, ideo sumatur hujus operis exordium ab Adventu ipsius in carnem, et hoc est servitium de Adventu ; sed antequam aliquid de servitio Adventus dicatur, nota ad [1] hoc quod aliquis sciat vel scire possit competenter suum servitium, oportet quod ipse sit attentus et diligens circa ipsum, et quod cotidie dicat ipsum continue et sine interructione [2], hoc est diebus singulis non dimittendo aliquando pro posse suo et etiam de nocte, si opus fuerit, maxime matutinas, quia usus, consuetudo et continuatio multum proficiunt in talibus, unde versus :

Doctrine pater est usus ; doctrina scolaris
Intercisa perit, continuata viget;

et hoc est quod alibi dicitur in quodam versu :

Usus et ars docuit quod sapit omnis homo;

item qui se frequenter exercitat circa aliquam scientiam, ipsam sibi augmentat, quia ut in lege dicitur : *Omne artificium per exercitium recipit incrementum;* et alibi : *Qui alium docet, se*

1. *Ce mot a été raturé.* — 2. *Lire* interruptione.

ipsum instruit; item per tale exercitium et usum redditur aliquis habilis et promptus ad illud faciendum, in quo se frequenter exercitat, sive quod in usu sepe et pluri[v°]es habet, unde dicitur communiter : *Natura potentem, ars habilem, usus promptum reddit artificem.* Qui ista diligenter observare voluerit, velit, nolit, sciet servitium suum infra triennium aut quadriennium vel circiter, etiam corde tenus ut in pluribus et pro majori parte ; si autem predicta facere noluerit, numquam sciet servicium vel saltem post tempus longius in duplo vel in triplo, et quia talis servitium suum contempnit, a servitio suo contempnetur.

De Adventu Domini.

In primis igitur sciendum est quod Adventus Domini semper incipit in dominica propinquiore festo beati Andree apostoli, sive ante, sive post, unde versus :

Andree festo vicinior ordine quo vis
Adventum Domini prima colit feria ;

et quandoque continet quatuor septimanas, scilicet quando Natale Domini die dominica accidit, nec plus habere potest ; quandoque tres septimanas et unum diem tantum, scilicet quando Natale Domini feria II[a] accidit, nec minus habere potest ; quandoque tres septimanas et duos dies, scilicet quando Natale feria III[a] accidit ; quandoque tres septimanas et tres dies, scilicet quando Natale feria quarta accidit ; quandoque III septimanas et quatuor dies, scilicet quando Natale feria quinta accidit ; quandoque tres septimanas et quinque dies, scilicet quando Natale feria VI[a] accidit ; quandoque tres septimanas et sex dies, scilicet quando Natale sabbato accidit. Patet ex predictis quod tempus Adventus aliquotiens habet tres septimanas et unum diem, que tres septimane habent in Breviario suum servitium determinatum, integrum et perfectum, et dies sequens post dictas tres ebdomadas est vigilia Natalis Domini et dies dominica, que similiter habet suum servitium proprium. Patet iterum ex premissis quod Adventus aliquando habet tres septimanas et duos dies, sive tres, sive IIII[or], vel quinque, aut sex, sive IIII[or] septimanas integras, et ista quarta, cum servitium suum proprium et ordinatum non habeat nisi lectiones, servitium suum assumit et recuperat partim de antiphonis et responsis que remanserunt dicenda de [109] festis sanctorum Lucie et Nichasii et festi sancti Thome apostoli, quod est in ista quarta septimana, et partim de responsis dominice quarte et de quibusdem [1] antiphonis extravagantibus,

1. *Lire* quibusdam.

que hic recolliguntur et ponuntur in servitio hujus ebdomade quarte secundum usum Remensis ecclesie, sicut patet plenius in regulis que incipiunt per *Quando*, que in Ordinario continentur.

